

19 A e

COMMENTARII DE REBVS IN SCIENTIA NATVRALI ET MEDICINA GESTIS.



VOLVMINIS XXXII. PARS I.

LIPSIAE, MDCCXC.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Londini apud Pr. Elmsly, Edinburgi apud Elph. Balfour, Lugd. Bat. ap. Fratres Luchtmann, Parisiis apud Barroi Iunior. Venetiis apud Io. Bapt. Pasquali, Mediolani apud Ios. Galeazzi, Augustae Taurinor. apud Guibert et Orgeas, Florentiae apud Ios. Molini, Holmiae apud M. Swederum, Lisbonnae apud M. Borell et Socios, Lausannae apud I. H. Pott.


Jos: Banks

I.

Giornale per ſervire alla ſtoria ragionata della medicina di queſto ſecolo.

i. e.

Diarium inſeruiens hiſtoriae ratiocinanti medicinae huius ſeculi. Venet. apud Paſquali. 4. Tom. II. 1784. p. 480. ſine 7. indic.

Diarii huius, cuius primum tomum iam *) indicavimus, ſequentes tomi pariter in duodecim, forte menſtruos, diuiſi ſunt numeros, non autem in his quaelibet ſcientia ſeorſim illuſtratur, in indice tamen, quinam librorum perluſtratorum ad anatomiam, medicinam theoreticam et practicam, chemiam et chirurgiam pertinent, quinam mixti ſunt argumenti, ſingulis ſuis capitibus indicantur. Recenſentur vero quidam libri fuſius, alii ex aliis eruditorum actis, alii denique breuiter tantum quaſi annuntiantur. Quamlibet iſtam librorum claſſem ſeorſim indicabimus, iamque a nobis indicatorum gratia ſolum Commentariorum noſtrorum locum, in quo indicati, allegabimus. Tomo ſecundo inſunt fuſius recenſiti libri.

1. POUTEAU opera poſthuma Voll. III. 8. Pa- p. 1. ſqq.
riſ. 1783. Gallice ſcripta **).

2. ROSAE Epiſt. V^ta de memorabilibus quibus- p. 11. –
dam phyſiologicis. 1784. Ital. ***). 17. et

3. LALOUETTE Tr. de ſcrophulis Voll. II. 12. 52–56.
Pariſ. 1780. Gall. ****). p. 17 –

A 2 4. POU- 22.

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXVII. p. 659. ſqq.
**) ibid. Vol. XXIX. p. 572. ſequ.
***) ibid. Vol. XXVII. p. 687. ſqq.
****) ibid. Vol. XXVI. p. 632.

p. 41.– 46. 4. POUPART Tr. de herpetibus. 12. Pariſ. 1782. Gall. Herpetes quadruplici, a morbi gradibus petito, modo diſtinguuntur in *farinoſos*, *miliares eruſipelatoſos*, *viuos* aut ſiccos, aut humidos, et *depaſcentes*, vel ſeſe late expandentes; de generali, lympha nempe, acri inprimis et copioſa bile vitiata, particularibusque cauſis in retentione humorum praeſertim poſitis, de venereis, ſcorbuticis et ſcrophuloſis frequentiſſimis ſemperque contagioſis herpetibus, eorumque ſede, de herpetum ab aliis cutis morbis differentia, redeundique tempore, de ſede herpetum in ſenibus, foeminis, humidorumque locorum incolis, de damnis ab humore herpetico ad viſcera propulſo enatis, de cura herpetum per extracta et decocta herbarum floresque ſulphuris, viuorum inprimis, a ruberrimo cutis poſt eſchararum delapſum colore ita vocatorum, per potum ex malo citri decorticato et floribus Chamomillae paratum perficienda, perſpicue diſſeritur.

p. 47.– 49. 5. EVERS Diſſ. med. de contagio phthiſico Gotting. 1783. prodiit autem 1782.

Phthiſin pulmonarem vlcere coniunctam, illique affines morbos eſſe poſſe contagioſos aut haereditate, vbi leuiſſima cauſa ſufficiat, aut, quod tantum in praediſpoſitis, nec niſi in vltimo morbi gradu (COCCHIO id ignorante) vario et arctiori cum phthiſicis commercio, quo et debili laxaque fibra praediti ad hunc morbum diſponi poſſunt. CASTELLANUM, in nullo gradu phthiſeos contagium concedentem valde errare. De cautionibus denique in defenſione contra id contagium adhibendis.

6. LALOUETTE diſſ. med. chym. de modo, in corpore viuo, mediante mercurio viuo, plumbum p. 50. ſoluendi, operi de ſcrophulis annexa; Gall. Vnam drachmam plumbi cum octo vnciis mercurii, vel e cinnabari, vel ſublimato corroſiuo reſuſcitati, vel zinco, vel

vel regulo antimonii admixti calori, humano ſimili. expoſitam nullo modo, a mercurio cum biſmutho p. 51. lente, ab illo cum regulo arſenici vnito maxime fuiſſe mutatam; ab vtroque mercurio magnas, profundiores ab illo cum regulo arſenici, eſcharas in aſinae veſica, in quam cum vna drachma plumbi quinque vnciae immiſſae, enatas; amalgama vero ex duodecim ſtanni totidemque mercurii vnciis rite paratum et digeſtum, ſex eius vnciis cum plumbeo tres pollices longo vnamque drachmam ponderante ſpecillo in vaſe vitreo igni lampadis in balneo Mariae expoſitis, octo horis elapſis totum foluiſſe plumbum, et in veſicam viui animalis immiſſum p. 52. idem praeſtitiſſe, veſicam non violaſſe. Eodem p. 50. amalgamate, per octo continuas noctes (quatuor tamen poſterioribus diebus nil plumbei cum mercurio regrediebatur) in veſicam illato, penitus ſolutam eſſe ſpecilli plumbei mercurio antea bene fricti, iſchuriae tollendae callique vlceris corrodendi cauſa in vrethram ab inflammatione et abſceſſu colli veſicae coarctatam immiſſi, tertiam partem, in veſica POINSABLII, gubernatoris Martinicae, experimentum in duabus aſinis factum antea conſpicientis, prorſusque incolumis facti, haerentem. Sic et eo- p. 52. dem mercurio cum ſtanno, cuius Anglicani vncia vna granum vnum arſenici, mercurio illam plumbum ſoluendi facultatem tribuentis, contineatur, in amalgama redacto, globum plumbeum femore diu incluſum penitus fuiſſe diſſolutum.

7. ERIC. ACHARII animaduerſſ. quaedam phyſ. med. de taenia ſ. verme ſolitario. Lundae 1782. 4. A MÜLLERO *), cum quo in plurimis conſentit, in p. 56. eo diſcrepat, quod omnes taeniae annulos definiti eſſe p. 58. a natiuitate numeri, congenitos, ſenſim, et quidem a cauda caput verſus perfectiores maioresque fieri

 putet.

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXV. p. 588.

p. 56. putet. Non corpus, in quibusdam ſpeciebus non articuloſum, ſed capitis conformationem characte-
p. 58. rem genericum definire; oſcula, quibus multae taeniae careant, in aliarum inferiori tantum extremo, quo copioſum vermes vndique circumdantem mucum, nidum vulgo dictum, ſuperemineant, repe-
p. 57. riri, veraque eſſe ouaria; dolores verme increſcente ſenſim vehementiores ex maiori vi, qua ille ſubtili ſuo extremo ad ſe firmiùs figendum tendit, explicandos eſſe; ex annulis a verme ſeparatis nouum non produci vermem; de taeniarum ſexu et conta-
p. 59. gio nil certi determinari poſſe; quod congenitae ſint, taenias in foetu vtero adhuc incluſo et in quibusdam partibus et viſceribus, ad quae non niſi circulationis via, repertas, diuerſasque et diſtinctas earum in variis animalibus ſpecies perſpicue demonſtrare, taeniasque in aquis repertas a piſcibus fuiſſe iſtuc delatas. Qua in re tamen Diarii Auctor, taeniarum ouula certe in animantium corpora transferri putans, diſſentit. Taeniarum ſpecies ſecundum GOEZIVM, ſententiam de congenitis taeniis in particu-
p. 61. lari opere demonſtrante, enumerantur, notabilioresque *hydatigena* et *cerebrina*, morbi ouium, in Tuſcia aliisque Italiae locis *pazzia* vocati, mater, cenſentur. Variorum ſignorum taeniam praeſentem denotantium quodammodo conſtantiſſimum eſſe dolorem ſub praecordiis intenſum, pungentem magis et ſaeuum (*cruccioſo*) in ſiniſtro latere, quaſi periodicum, mane, ieiuno ventre, plenilunio et autumno ferociorem; vnicum tamen certiſſimum vermes cucurbitinos excretos, pro annulis taeniae vtique habendos: Nouſſerianum remedium eſſe ſpecificum, cum oleo ricini ad normam ODIERII combinandum, perque quosdam continuos dies aquis martialibus mineralibus praemittendis.

8. IO. THEOPH. WALTER tabb. neruor. thora- p. 81.–
cis et abdominis *). 84.

9. IOS. MAR. LVPIERI de microſcopio. Vicent. p. 84.
1784. 8. Ital. Eſt prodromus obſeruationum anatomico-microſcopicarum adhuc edendarum. Earum microſcopio ſimplici factarum epocham ante 130. annos ſtatuit Cl. Auctor, licet compoſitum anno 1620. aut ab Italo FONTANA, aut a Batauis DREBBELIO et IANSENIO, de inuentionis gloria invicem diſputantibus, inuentum, et ſimplex inuentioni tuborum opticorum 400. annis ante iſtam epocham factae contemporaneum fuerit. MALPIGHII, LEEUWENHOECKII, aliorumque detectorum fontem fuiſſe HOOKII micrographiam 1667. editam. Microſcopii vtilitate exemplis comprobata, ſimplex nouum illud IO. BAPT. DI S. MARTINO deſcribitur, p. 85.
in quo loco globulorum in microſcopio DELLA TORRE obuiorum, et, quod in iis focus quartam partem a diametro remotus, minus vtilium, lenticulae octies millies obiectum maius reddentes collocatae ſunt. Varia tunc diſputantur de difficultate lucem accommodandi, de muſcae oculo pro diuerſo lucis gradu diuerſimode apparente; de lumine lampadis optimo, illo ſolis tantum in denſiſſimis corporibus adhibendo; de luce obiectum illuminante eo minori, quo magis hoc pellucidum, et quo minus acuta lens adhibita; de lente eo magis acuta, quo minus obiectum, de obiecto lente parum augente, antequam microſcopio ſubiiciatur, examinando; de diſtantia foci, eiusque varietatibus; de cautionibus p. 86.
et regulis in obſeruationibus microſcopicis obſervandis; de iis, quae microſcopio obiici ſoleant, cum exigui ponderis, tum etiam oculo nudo obiiciendis, negligentiaque potius obſeruatorum accuſanda. Votum denique declaratur, vt mutatione ſolidorum p. 87.

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXV. p. 242. ſeq.

et fluidorum in diuerſis morbis microſcopio diſquiſita noua ſtabiliatur pathologia.

p. 88. 89. IO. PERC. POTTII Obſſ. de polypo narium, cancro ſcroti, et mortificatione pedis, eiusque digitorum. Angl. Polypis, in quibus operatio noceat vel conueniat, qui integre, vel per partes tantum extrahi queant, facileque renaſcantur, deſcriptis,

p. 90. oſtenditur, ſaepe duos, tres pluresue polypos radicibus ſuis diſtinctos, ſimul adeſſe, quorum ſuperiorum antea minorum et ab inferioribus compreſſorum his exſtirpatis ſuccedens incrementum, nouam polyporum productionem ſimulet: eſcharotica eſſe noxia, ligaturam inſufficientem, ſolam praeſtare extractionem forcipe, et in polypis ex naribus in fauces iuxta uvulam, extractione per os tentata facile laedendam, propendentibus, forfice inprimis parum

p. 91. incuruata in narem immiſſa mediante. In inferiori ſcroti parte naſci primum vlcus ſuperficiale dolens, marginibus eleuatis et duris, celeriter poſtea per omnes membranas ad teſticulos, inde ad abdomen, praeſertim glandulas inguinales penetrare, moxque iſtud carcinoma letale fieri, locale eſſe a fuligine inter ſcroti rugas retento ortum, ex ſententia autem Auctoris periodici libri, *Avviſi ſopra la ſalute umana* 1784. editi, n. 15. morbum iſtum fumariorum

p. 92. euerratoribus puberibus factis, in quibus limpidus intra elytroiden teſticulos irrigans liquor copioſior, impurus, rubicundus, meconioque mucoſo ſimilis, proprium ex valida tenerarum partium in tranſitu per fumaria Anglicana valde anguſta facta frictione potius eſſe explicandum. Eundem non niſi partis aegrae exſtirpatione diu non differenda curandum. Doloribus per totum pedem malleolosque raro vel minoribus, vel nullis, plerumque magnis nocturnis praegreſſis, primum in interna et extrema parte vnius, vel plurium minorum digitorum paruulas nigras

gras ſeu coeruleas apparere maculas, breui et celeriter, interdum tarde affici, intumeſcere, coloremque mutare, pedis partem ſuperiorem et malleolos, quandoque et partem cruris, cuticula deſquamata, et cute obſcura rubra malum increſcens indicantibus. In morbo hoc, plerumque letali, in viris, di p. 93.
vitibus otioſis, prouectiori aetate, voracibus, irregularibus, podagrae analogis, pedum doloribus obnoxiis, non in potatoribus, et regulariter podagricis, frequentiori, nulla apparente partis ſeu habitus corporis aegritudine coniuncto, corticem Peruuianum nocere, prodeſſe autem opium, omni tri- vel quadrihorio vno eius grano exhibendo, externe p. 94.
ſimul emollientibus applicandis, mortuaeque partis ſeparatione ſoli naturae relinquenda. Cl. Auctor Diarii corticem Peruuianum in gangraena, in qua ſola contagii idea locum habet, viriumque languor et atonia adeſt, vtilem, in ea, quae a vitali vi aucta, eaque, quae ab eretiſmo organorum ſenſus, neruoſa appellanda, et in pedis mortificatione occurrit, inutilem cenſet, BONIOLIque, Patauii Chirurgi, obſeruationes de diuerſo gangraenae ortu et cura vt edantur, cupit.

11. Epiſt. de nonnullis modificationibus nouae p. 95.
de vapore expanſili animali theoriae ad Cl. ROSAM d. 2. Aug. 1784. Ital. Animari ſanguinem ROSA dixerat, ab aëre dephlogiſticato illi in pulmonibus admixto; Auctor vero, aërem hunc coniunctum in pulmonibus cum principio, aëri inflammabili oleoſo p. 96.
ſimili, ex alimentis in ſanguinem delato, in venis euoluto, ab arteriis, quarum contractilitatem ſtimulet, verſus craſſas ſanguinis partes propulſo, hasque magis expandente actiuasque reddente fieri fixum, in exſpirato aëre reperiundum. Vaporis ſanguinem viuificantis quantitatem ideo reſpiratione augeri non poſſe, tum enim non aſſumendum, reſpiratio-

nem, quae ſanguine magis expanſo, orgaſmoque corporis maiori frequentior et maior, fluidorum expanſionem, ſolidorumque orgaſmum temperare poſſe. Aërem dephlogiſticatum pulmonibus ſubmerſorum et ſuffocatorum immiſſum ideo eos in vitam reuocare, quod inflammabilem, qui in ſanguine euolutus, vaſa nimis diſtendit, indeque circulationem impedit, valde attrahat. Multoties mephites ſine dephlogiſticato aëre impune inſpirari poſſe, non igitur ab huius in-ſed potius ab inflammabilis oleoſi exſpiratione pendere ſubitam mortem, ab aſperae ar-
p. 97. teriae ligatura productam. Vaporem, aëri inflammabili ſimilem, vi ex ſua illaque aliorum cum ipſo mixtorum elementorum enata agere. Vaporem aethereum, partem atmoſphaerae ſpirabilem, pabulum vitae eſſe vocabula ROSAE vaga. Fluidum, circum particulas vaporum aëriformium atmoſphaeram formans, ab illis coniunctione cum aliis elementis ſecedens, iisque horum elementorum contactu ſublato ſe iterum iungens et ita vaporum iſtorum elaſticitatem pariens, adhuc eſſe comprobandum, nec abſolutum, nec relatiuum calorem ſecundum theoriam Crawfordianam eſſe poſſe. Ex hac non patere, abſolutum ſenſibilemque calorem potius eſſe materiam ſui generis, quam facultatem actioni caloris ſenſibilis reſiſtendi, et facilitatem, qua particulae motui inteſtino impreſſo obediunt. Sin electricis experimentis probari poſſet, elaſticitatem fluidorum aëriformium tum, cum ex aliis elementis euoluta, fluido electrico produci, credendum, fluidum hoc ex aëre atmoſphaerico, principio inflammabili euoluto ſe impraegnante, in ſanguinem deferri, nouaeque iſtius principii portioni vnitum in
p. 98. vaſis ſanguineis expandi. Quas ideas epiſtolae Auctorem in alio ſcripto fuſius eſſe demonſtraturum.

12. IA-

12. LALOUETTE Diſſ. altera de periculis, a vaſorum obductione ſtanno facta quaſi ineuitabilibus, remediisque iis, illisque ab aliis metallicis particulis medendi, Pariſ. 1782. Gall. Vaſis ſtanneis parum cupri, p. 99.
zinci, reguli antimonii ac biſmuthi ineſſe, maſſae vaſis p. 101.
culinaribus inductae ex partibus tribus ſtanni, vna plumbi, quinquageſima cupri, biſmuthi vel orichalci paratae, et ob arſenicum his metallis inſitum, per p. 100.
nicioſae, drachmam vnam, vel vnam cum dimidia intra decem vel duodecim continuas horas ſolui, veroſimiliterque granum dimidium, vel vnum quo- p. 101.
cunque die, anno vero centum et octoginta grana certe ſanguini cum alimentis admiſceri. Vaſa igitur vernice bene imbuta, ſeu ex ferro excuſo ſtanno non obducto, ſeu ex argento puriſſimo parata praeferenda eſſe. In morbis ab illorum vaſorum vſu lente orientibus praeſtare aquas minerales, vaporem ſeu gas hepatico-ſulphureum continentes. Ar- p. 102.
tificibus prodeſſe inhalationem hepatis ſulphuris, ex partibus duabus alcali fixi calcarei, vnaque florum ſulphuris parati, emetica, ſi materia ventriculo adhaeret, vſumque ſaponis hepatico-ſulphurei vel mineralis, ex ſex iſtius hepatis ſulphuris vnciis aqua pura ſolutis, et quinque olei amygdalarum dulcium balneo Mariae mediante rite parandi, adultis tribus vel ſex granis cum mane, tum veſperi cum poculo ptiſanae purgantis exhibendis. Nobilem, ex vncia laudani liquidi SYDENHAMI deglutita moribundam, ſolo ſpiritus aceti cum aqua vſu reuocatam fuiſſe.

13. VRIGNAULDII nouae diſquiſitiones oeconomiae animalis, in 8. Pariſ. 1782. Gall. Liber hic p. 103.
in VIII. Sectiones diſtributus. Sect. I. de circulatione: eſſe vim *circulatoriam*, in arteriis ſenſibillimam, et *anticirculatoriam*, in morbo maiorem, periſtalticae et antiperiſtalticae inteſtinorum aequiparandas, ſanguinemque indole ſua elaſtica aërea compreſſioni

a ſo-

a ſolidis factae reſiſtere. Sect. II. de reſpiratione.
p. 105. In hac mutationes, quas aër ſubeat, et vita inprimis ceſſante producat, deſcribuntur, oſtenditurque aërem in pulmonibus et ſanguine ſemifixum, in humoribus, inprimis lympha, magis fixum, in ſolidis plane fixum eſſe, pariter ac fluidum nerueum organa
p. 107. ad functiones ſuas perficiendas incitare, inde et foetui per placentam ipſum attrahenti, et renouanti iam in vtero eſſe neceſſarium, foetumque, quum illum fine grauiditatis non ita bene renouare queat,
p. 104. ad partum quaſi cogi. Totum reſpirationis negotium et organa cum illis digeſtionis comparantur,
105.
p. 106. et quamdiu aër ad reſpirationem aptus, ex HALESII mente explicatur. Sect. III. de digeſtione. Sect.
p. 131. IV. de coctione humorum, et ſecretione in genere. Sect. V. de ſecretione in ſpecie. Succum lacteum, ab arteriis, in ſuperficie glandularum conglobatarum ſerpentibus, in harum cellulas miſſum coloſtroque ſimilem, chylum adhuc crudum et aquoſum eſſe videri, euidenter aceſcentem in infantia inprimis, in qua ideo glandulae maiores, quo minus lympha alcalina, ſed animalis magis fiat, impedire, eam gelatinoſam reddendo efficere, vt fibrae diutius mollitiem et flexibilitatem ad incrementum ſuum neceſ-
p. 132. ſariam retineant; corporis incremento autem abſoluto ſucci iſtius minorem ſecerni copiam, inde lympha etiam degenere facta, ſuccos albuminoſos magis, terreos, et alcalinos abundare, et ſi excernantur, calculum et podagram gignere. In ſenectute autem humores pituitoſos et acres magis fieri. In ſequiori ſexu pubere facto diutius, et quidem, vſque dum menſtrua legitime ceſſent, glandulas conglobatas munere ſuo fungi, fibras humidas manere, ſuc-
p. 133. cum illum aceſcentem in grauiditatis initio praeprimis abundantem, digeſtionem laedere, cartilagines emollire et tumefacere fractique oſſis callo formando

do obſtare. Sect. VI. de motu et quiete. Sect. VII. de nutritione et decremento corporis. Sect. VIII. de organis ſenſuum, motuque animali. Sect. IX. de generatione.

14. Epiſtola et obſſ. de actione vaporis expanſilis animalis in producendo pulſu. Guaſtall. 1784. Ital. Contra Cl. ROSAM, ſe in hac re non perſpicue explicantem, contenditur, ſecundum theoriam Crawfordianam non aërem elaſticum, ſed ignem elementarem ad pulmonem deferri, aëremque phlogiſto ſanguinis in reſpiratione impraegnatum iſti calorem abſolutum ſuum, qui motu circulationis euolvatur, et ita calorem animalem illo vicinorum corporum ſuperiorem reddat, communicare, nec adeo motum caloris filium eſſe poſſe: ROSAque non elaſticum, ſed ſimpliciter expanſiles vapores, alterum in ſanguine, alterum in tunicis arterioſis aſſumente, pulſus irregulares, dicrotos, intermittentes, variasque a BORDEU et FOUQUET definitas eorum ſpecies obſeruationibus Auctoris Epiſtolae comprobatas explicari non poſſe. Concurrente potius ad ſenſibilitatem actionemque particularem arteriarum ſenſibilitate et actione omnium aliarum partium, pulſum, ſenſibilitatis arteriarum effectum, pro varia ſenſibilitate aliorum organorum, neruis et vaſis praeditorum, varium eſſe debere. p. 121. p. 122. p. 123.

15. MACQUART de aquae proprietate inprimis in arte medica. 8 Pariſ. 1783. Gall. Iam in Diarii huius primo tomo factis verbis de hoc libro, hic tantum pars de balneis perluſtratur. In qua variorum veterum de illis, eorumque vtilitate ſententiis expoſitis, balneisque Ruſſorum, Turcorum, recentiorumque Arabum deſcriptis, narratur, Indis nudis balnea ingreſſis totum corpus a ſeruis arte admirabili comprimi, iuncturas diſtendi, omnes vertebras vehementer concuti, partes magis carnoſas ſub p. 125.

ictum

ictum dari, corpus manicis crinitis frieari, calloſas partes pumicari, barbam pilosque radi, hisque peractis eos languentes dormire. Natationis in fluuiis iam nimis neglectae, ſubmerſosque in vitam reuocandi optima demonſtratur methodus. Balneorum diuerſorum vtilitate in ſano et morboſo hominis ſta-
p. 128. tu ex mente variorum Auctorum et MACQUARTI explanata docetur, balnea calida trigeſimum tertium, tepida vigeſimum quintum thermometri Reaumuriani gradum excedere non debere; haec cuilibet aetati et temperamento pluribusque morbis conuenire, inprimis melancholiae et maniae, embroche ex aqua frigida ſimul capiti illata, colloque et humeris linteo cerato obtectis, aegrisque
p. 129 iſtis ex GALENI, CELSI et RIVIERII mente poſt balneum inungendis; eadem tepida balnea in ſiccis et irritabilibus commendanda eſſe ad praecauendum abortum a tenſione fibrarum vteri foetus euolutionem impediente oriundum; frigida in variis morbis v. c. lethargo ab ebrietate, et omni, quo ſanguis rarefieri, neruorumque principium comprimi poteſt, obortis, in paralyſi chronica, quae ſaepe febre intermittente tollitur; ad auertendos rheumatiſmos et iſchiada, in quibus inueteratis calida proficiunt bal-
p. 130. nea. De embroche calida et frigida, diuerſis compoſitis et artefactis (adſtringentibus ſublimatum
p. 131. corroſiuum addit) balneis, cautionibus adhibendis, et ſcriptoribus de hoc argumento, in fine diſſeritur.
p. 134. 16. FABRI diſquiſitt. diuerſorum obiectorum Phyſiologiae, Pathologiae et Therapiae. 8. Pariſ. 1783. Gall. Omnes partes eſſe irritabiles, telam
p. 135. celluloſam, oſſa, membranas, nonniſi inflammatas dolere, HALLERVM, has partes in aegro ſtatu non ſtimu-
p. 136. lantem ſe fefelliſſe; irritabilitatem, veram caloris animalis cauſam, pendere a fluido nerueo non ob liberam cum cerebro communionem, ſed ob ſolam principio-

rum

rum conſtituentium naturam, indeque illam eſſe pro varia partium ſtructura variam. Fluidum nerueum ad cerebrum nunquam regredi, propelli autem non eleuatione tantum, ſed et preſſione cerebri intima, ipſius teneritati accommodata, a dura matre ganglio-rumque fibris muſcularibus (quae iam reiectae). p. 137.
In cerebro ſimplices ideas abſtractas, earum combi-nationem, memoriam et phantaſiam, in plexu ſoleo autem idearum in neruos impreſſionem ſenſorium-que commune ſedem habere. p. 138.
Inflammationem naſci materiae heterogeneae ſtimulo, humorum af-fluxum et infarctum pariente, febrim neruis, inpri-mis magno intercoſtali affecto, excitari, calorem oriri non a fluidorum, ſed ſolidorum attritu, venae ſectione, anodynis, emollientibus, immo et reper-cutientibus (in inflammatione partiali v. c. phleg-mone, noxiis) eretiſmum tolli; p. 139.
Veteres ſuppura-tionem purulentam et putridam rite diſtinguere; in vlceribus benignis materiam eſſe magis diuiſam; p. 141.
carnis in vlceribus productionem fictam eſſe; obſer-vationibus patere, quod communio fontis puris in vulnere, ab amputatione membri enato, multisque aliis cum reliquis humoribus eo, quo ſuppuratio pu-rulenta producitur, interrumpatur, nec niſi hac vi-tiata pateat. In tumoribus frigidis, condenſationi lymphae non adſcribendis, irritabilitatem lente, in inflammatoriis vehementer excitari. Non viſcera obſtructa, ſed materiam heterogeneam extrema ve-narum irritantem haemorrhoides gignere. Aqua-rum fieri collectiones viſcere quodam irritato, et ab affectibus animi. DUPONUM recte neglexiſſe con-tra extenſionem, magis irritantem, luxatique oſſis repoſitionem impedientem. Opiniones illas HIP-POCRATIS regulis in morbis acutis exacte reſpon-dere. Vtilem denique fore miaſmatis venerei inſi-tionem, ſi lues venerea abuſu mercurii, aliaque de cauſa inuincibilis facta. p. 142.

p. 161. 12. IO. BAPTIST. BONNEFOY Diſſ. de applicatione electricitatis ad medicinam. Lugduni 1782.
p. 162 Gall. Electricitate naturali et artificiali phyſice con-
p. 164 ſiderata probabile cenſetur, fluidum electricum in pulmonibus ex aëre dephlogiſticato a ſanguine reſorberi, in cerebro, ad quod quinta pars totius ſanguinis feratur, iterum ſecerni, in ſemine, quod diu
p. 165. retinentes prae aliis ſcintillent, et in tenebris videant, ſic et in hydrophobia, hyſterico, aliisque nervorum morbis ſeſe manifeſtare; inter illud, neruosque, qui idioelectrici, et in torpedine abundent, eam eſſe, quae inter magnetem et ferrum, affinita-
p. 166. tem; illudque, quo vt nerueum agat, lymphae vnitum eſſe debere; irritabilitatis et ſenſibilitatis idem eſſe principium, illius abundantiam et inopiam characteres morborum tantum definire, quum morbi a nimia vel parca irritabilitate cauſis ſaepe non differant. Prodeſſe poſſe electricitatem in morbis ab imminuta irritabilitate. v. c. paralyſi, perdito ſenſu,
p. 167. ſurditate, gutta ſerena, aſphyxia; in morbis ab eadem aucta, ſcil. inflammatione, febribus, ſpaſmis, conuulſionibus, malo hyſterico, rheumatiſmis, iſchiade, podagra, cephalaea, odontalgia, (in quibus doloroſis morbis fluidum nerueum acri laedatur humo-
p. 168. re) vertigine, ſomnambuliſmo; maxime denique in morbis a ſtaſi et condenſatione humorum, velut tumoribus, ſcrophulis, anchyloſi ſpuria, pernionibus, fiſtula lacrymali a ſacci atonia, obſtructionibus, hydrope, lactis metaſtaſibus, ſuppreſſis menſtruis, fluore albo, haemorrhoidibus. Cum Gallis Auctor quidem poſitiuae et negatiuae electricitatis influxum in C. H. diſtinguit, non autem, an negatiua poſitiuae contrarium edat effectum, decidit, cautiones tamen in malis ab electricitatis vſu orientibus adhibendas variosque illam applicandi modos indicat.

18. MASCAGNI prodromus noui operis de ſy- p. 168.
ſtemate vaſorum lymphaticorum. Siena. 1784. *). - 173.
19. PERC. POTTII Obſſ. de illa ſpecie paralyſis
artuum inferiorum, quae plerumque curuatu a ſpi-
nae coniuncta, et ab hac cauſa proueniens iud catur.
Angl. Eſſe morbum omni ſexui et aetati proprium,
a vulgari neruoſa paralyſi diuerſum; in eo artus in-
feriores admodum rigidos, pedesque apice tantum
terram petere; eius cauſam, in initio detectu diffici p. 174.
lem, falſo haberi debilitatem; ponendam rariſſime in
ictu ſpinae impulſo; duas, tres pluresue vel colli, p. 175.
vel dorſi, vel partis lumborum ſuperioris vertebras
eſſe flexas; interdum et pectoris oſſa deformia; in p. 176.
primo morbi ſtadio volumen corporum flexarum
vertebrarum parum auctum, laxioremque ſtructu-
ram, ſic et ligamenta ad vertebras connectendas in-
epta; in ſecundo ſtadio omnia haec peiora, cartila-
ginesque intermedias ſimul laeſas; in tertio veram
corporum vertebrarum cariem, cartilagines plane
deſtructas, pusque in ſuperficie membranae ſpina-
lem medullam inuoluentis animaduerti. Praeci- p. 177.
puum remedium, diu tamen, ſi omnia remouere ve-
lis, non differendum, in ſecundo etiam, non autem
tertio ſtadio vtile eſſe cauſticum, quo eſchara quaſi
oualis tres quartas pollicis longa, dimidiamque lata
in vtroque curuaturae - latere perficienda; inter
vtramque tamen ſufficiente cutis parte relinquenda;
cantharidumque puluere ad ſuppurationem etiam
omnibus ſublatis malis ſuſtinendam omni tri - vel
quatriduo inſpergendo. In alio POTTII ſcripto. 8. p. 178.
Lond. 1782. edito haec medendi methodus confir-
matur, et, ſcrophuloſum vitium eſſe cauſam curua-
turae ſpinae; hac apparente vertebras eroſas eſſe,
nondum tamen tumere, praeſeruandique gratia ac p. 179.
in

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXVII. p. 476. ſeqq.

in morbi initio fontanellas praeſtare affirmatur.

p. 186. 20. Hiſtoria ratiocinans tetani; Epiſt. D. G. B. MARZARI ad CALDANVM. Puella ſedecim annorum, nondum menſtruata, afficiebatur primum rheumatiſmo artuum inferiorum, lumbagine, dyſ-
p. 187. pnoea, tribus diebus poſt doloribus aliarum partium perparum intermittentibus, veroque tetano; poſtea loquela et deglutitione laeſa, orthopnoea, ſterni permagna eleuatione, rigiditate omnium partium, non autem digitorum manus, variisque aliis ſymptomatis, conuulſione frequenti, maxime autem duodecim guttulis laudani in ſeptem partes diuiſis, ita exacerbatis, vt ſyncope morti ſimilis. Vndecimo die excrementa alui partim ferosa, motus conuulſiui, febrisque imminuta, madida cutis, tetanus in opiſthotonum mutatus ad decimum quartum vſque diem,
p. 188. quo elapſo ſudores copioſiores, magisque vniuerſales, quarta ſeptimana exeunte priſtina ſanitas reſtituta, ſola pectoris anterioris gibboſitas tertio demum anno correcta. In ſecundo tertioque morbi ſtadio ſanguis pleuriticus e vena miſſus, et emollientia adhibita. Qua ex morbi hiſtoria varia concluduntur; v. c. tetani in opiſthotonum conuerſionem,
p. 189. a muſculorum anteriorum relaxatione ſi pendeat, optima praenuntiare; tetanum adhuc vltra quartum diem periculoſum eſſe; tetani ſpeciem a SAUVAGESIO tonicam ſine ſufficiente ratione, ab Auctore libri de diebus iudicatoriis febrilem vocatam, a rheumatiſmo acuto maiori extenſione et intenſione graduum tantum diuerſam, aptius rheumaticam appellandam eſſe, in hac non vere neruoſa non antiſpaſmodica, ſed antiphlogiſtica et emollientia prodeſſe.

p. 201. 21. I. B. PALLETTA de neruis crotaphitico et
– 205. buccinatorio. 4. Mediol. 1784. cum tab. aen. *).

22. Sup-

*) Comment. noſtr. Vol. XXX. p. 434. ſq.

22. Supplementum ad primam partem expe- p. 206.
rientiarum de nonnullis memorabilibus Phyſiologi-
cis, cum quibusdam additamentis et illuſtrationibus
vtilibus ad Epiſtolam V^tam pertinentibus.

Verueces, quibus ſolae carotides ligatae, ſex p. 208.
menſibus adhuc poſt vixiſſe, animalia igitur ſublata p. 206.
reſpiratione citius mori, quam impedita circulatio-
ne vel corruptis reſciſſisue neruis, reſuſcitari anima-
lia enecata ſanguine arterioſo alius animalis in venas
infuſo, eſſe igitur ſolum arterioſum ſanguinem, vt
vnicum vaporis expanſilis vehiculum, verum agens
oeconomiae animalis. Ex eo, quod macerata vaſa
non vti cor teſtudinis pannulos demittant, arterias
tunica muſculari carere, non decidit Auctor. Phae-
nomena in ſuffocatis vitulis et veruecibus vaporis
interni per ſe ſolum agentis exiſtentiam probare.
Ineſſe quidem aliis etiam fluidis vaporem expan-
dentem, illum vero ſanguinis non eſſe aërem fixum, p. 207.
ſanguinem enim arterioſum vacuo ſubmiſſum verti
in molle, nigerrimumque coagulum. Experimen-
ta cum ſanguine arterioſo vituli et aëre vel inflam-
mabili, vel dephlogiſticato in veſicis aut agitatis aut
non agitatis facta docere, coagulum plus minusue
cohaerere, quo maior minorue copia vaporis ex-
panſilis ex ſanguine abeat, ſeque cum illis aëribus
coniungat, illudque formari a fibra craſſa (*craſſa-
mentoſa*), a vapore iſto libera facta. Veteres, licet
experientias ſuas non patefecerint, melius quam re-
centiores cognouiſſe expanſile principium, de quo
ideae Cl. ROSAE ex mente Auctoris Diarii vagae. p. 209.
Funiculo vmbilicali compreſſo tranſitum principii
viuificantis ex matre in foetum interrumpi, indeque
hunc mori. Annexa eſt epitome diſſertationum
THOUVENELII de mechaniſmo et productis ſangui-
ficationis an. 1777. et de natura, vſu et effectibus
aëris an. 1780. editarum, ex qua patet, aërem atmo-

ſphaericum, vaſa cutis et pulmonum inhalantia intrantem, ſanguinem viuificare, ſanguificationemque perficere.

23. DEODATI DE DOLOMIEU iter in inſulas Liparienſes 1781. factum, ſeu notitia de iſtis inſulis inſeruiens hiſtoriae Vulcanorum, cum comm. de ſpecie Vulcani aëriuomi, et de temperatura climatis Melitenſis, et de differentia caloris realis et ſenſibilis.
p. 210. Pariſ. 1783. Ital. Summum calorem et frigus ſubito a Melitenſibus perceptum ab impuriſſimo ventorum auſtralium aëre tranſpirationem imminuente, et ab illam augente puriſſimo borealium aëre oboriri, mutationibus iſtis tamen a thermometro non indicatis.
p. 211. Quod autem aëris puritas ad perſpirationem frigusque ſenſibile augendum concurrat, inde patere, quia aëre agitato aqua marina inſulam circumdans purior, frigusque ſenſibilius factum. Caloris ſenſibilis et realis differentiae cauſam in improuiſa ventorum variatione quaerendam eſſe. Ad damna ab auſtralibus ventis auertenda praeter motum, liquores fortes, acidos, aquam congelatam Melitenſibus vſitatam, ſaepe repetitam, nec diu durantem in aqua demerſionem neglecto terſu, ſummae eſſe vtilitatis.

p. 211. 24. Examen magnetiſmi animalis etc. *)

– 215. 25. DE LA ROCHE diſquiſitiones de natura et cura febris puerperarum ſ. inflammatione viſcerum, feminas poſt partum afficiente. 12. Pariſ. 1783.
p. 216. Primarium et vna cum febre aucta eſſentiale huius ab HVLMIO et LEAKIO prae ceteris bene deſcripti morbi ſymptoma et ſignum eſſe dolorem ventris,
p. 217. ab vteri et ilaca regione plus minusue remotum nec
p. 218. intermittentem, morbum durare quinque ad vnde-
p. 219. cim vſque dies, rariſſime plures, cum peripneumonia et pleuritide coniunctum periculoſum, magis tamen inflammatione cerebri, rarius quidem, accedente;

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXVIII. p. 453.

dente; in cadaueribus ventrem tumidum non autem durum, omentum, ventriculum et inteſtina inflammata, et gangraenoſa, ſerum et pus effuſum, vterum vero ſanum reperiri, interdum tamen huius parietibus partes chorii ſpongioſi, ab HVNTERO primum bene deſcripti, adhuc adhaeſiſſe; quare vterum laeſum creditum. Diarrhoeam, vomitum, dolores non eſſe pertimeſcendos, niſi pulſus, ex quo praecipua prognoſis, ſimul frequens, paruus et debilis. Tumorem ventris diarrhoeae accedentem, aphthas eſſe funeſta ſigna prognoſtica, bonum vero ſedimentum vrinae obſcure luteum. Lochia ſuppreſſa falſo pro morbi cauſa habita et in moribundis fluere. Eſſe morbum vere inflammatorium eryſipelatoſum, non niſi in fine ſuo putridum, nec vti ex mortuorum indice patet, vere epidemicum, eius praecipuam praediſponentem cauſam eſſe plethoram vaſorum viſcerum abdominalium in graviditate compreſſorum poſt partum obortam; inde viſcera illa irritabiliora. Ex remediis abhibendis annotandum, venaeſectionem eſſe eſſentialem, puluerem JAMESII, vel ſextam grani tartari emetici partem omni quadrihorio datam fuiſſe, camphoram, qua, et ſanguinis miſſione plurimae vndecim relatarum aegrarum ſanata, inepte cardiacis et ſtimulantibus annumerari, veſicatoriis et Peruuiano cortice nonniſi in atonia vtendum eſſe. Minor iam morbi lethalitas ex indice Geneuae mortuarum patet; errores in cura puerperarum perluſtrantur. p. 220. 221. p. 222. p. 223. p. 224. p. 225. p. 226.

26. Vol. VIII^vum collectionis Opuſculorum medico-practicorum Florent. 1784. Ital. Auctor eſt IO. LUDW. TARGIONI. iam editor XXIII. Voluminum collectionis opuſculorum medico-phyſicorum, et VIII. ſcripti hebdomadalis, *Avviſi ſopra la ſalute umana*, appellati. Continetur hoc volumine FELIC. ASTI deſcriptio morborum Mantuae 1783. graſſantium

p. 227. tium (iis anni 1781. et 1782. iam in Vol. VII. deſcriptis) Fuerunt autumno anni 1782. magis hyeme pluvioſa frigida, annonaeque caritate ſaeuiente inter populum inprimis febres cum pleuritide et peripneumonia, maxime putrido inflammatoriae, contagioſae; vere poſt placido et temperato intermittentes et remittentes mitiores, vnaque morbilli epidemici, a climate
p. 228. Mantuano non pendentes, Maio et Iunio nobilibus et vrbanis inprimis, magis feminis, omni tamen aetati, grauiſſimis ſymptomatis moleſti ſeptimo die, ſaepe et
p. 229. citius, feliciter ſuperati, quorum acre ad corrigendum ASTI quolibet die drachmam pulueris ex cinnabaris antimonii, antimoniique diaphoretici non abluti ſuccino albo addito parati, pari quantitate compoſiti, tenellis minorem doſin, exhibuit. Morbillis licet ceſſantibus, febres tamen ad Iulium vſque permanſerunt, non autem contagioſae, ſimulque arthritici, apoplectici, ſoporoſi affectus, febresque rarae petechiales, copioſiores miliares. In apoplexia eſſentiali profuit diutior florum arnicae vſus: ſymptomatica excepit febres periodicas pernicioſas, iam Vol. VII. deſcriptas, aut remittentes continuas, a LE ROY et BORSIERIO expoſitas. De his duo funeſti relati caſus, alter *remittentis ſoporoſae ſenum*, a vapore carbonum in ae-
p. 231. gro nondum ſene; alter *lentae neruoſae lethargicae*, ob ſtaſin humorum in cerebro praegreſſam ſecundariae tantum vel ſymptomaticae in aegro diu calori ſolis, noctu poſt frigidae humidaeque tempeſtati ſe exponente. Miliares febres ſecundum variorum, praeſertim GASTELLIERII et BARAILONI, pro-
p. 232. priasque obſeruationes deſcriptae; aquae congelatae
p. 233. in iis non vltra triginta libras quotidie, et ceſſante febre minori quantitate propinatae vſus triſti exemplo illuſtratus. Aeſtatem calidiſſimam et ſiccam ſequente autumno frigido et humidiſſimo ad Decembris finem vſque febres contumaciores, vna apople-

xiae,

xiae, ſolito frequentiores, rheumatiſmi, arthritis. In hac praecipue, ſenſim a duobus granis incipiendo, vnciam dimidiam, frigus ſi maius, integram *panaceae cinnabarinae Tompſoni* vel *mercurii diaphoretici*, praeſeruandique gratia diutius *pulueres antipodagricos Ducis Portlandiae, Principisque Mirandolae* exhibuit. TROLLI de febre epidemica in pago Belgioioſo p. 258. eiusque vicinia poſt aeſtatem admodum calidam et ſiccam, autumnumque multum pluuioſum, nullis praecipuis morbis inſignes, Octobri 1782. incipiente. Eſſentiales iſti fuerunt in quibusdam petep. 260. chiae, in aliis puſtulae miliares, in aliis cum hae, tum illae, vel coniunctim, vel hae primum, quatuor diebus poſt illae, quod et vice verſa; duo igitur diuerſip. 261. morbi et miaſmata. Hyeme morbus minus perni-p. 260. cioſus ſaepe iam vndecimo die ceſſans, nunquam vltra decimum ſeptimum durans, ad quem vſque ſaepe perſtitit, vere 1783. grauior, plures afficiens, cum frequentiori exanthematum, ſaepe retrocedentium, complicatione. In eo nulla vera criſis, lyſisp. 259. potius, nil certo mortem, ſurditas autem, pulſusp. 260. ex celeri, paruo, depreſſo eleuatus, mollis factus, noctes quietiores, interdum oedemata dorſi pedis, crurumque calentium (raro enim alibi calor in- vel externus) ſalutem praenuntiarunt. Finitus tandem,p. 261. copioſa pluuia vere exeunte delapſa, Maio Caſamattae et Stradellae, in pago Belgioioſo autem, ſenſim et accedentibus febribus intermittentibus autumnalibus Iulio, antea adhuc meteoriſmo abdominis, nonniſi camphorae in omni morbo cum antimonio p. 262 crudo commixtae, ac in clyſmatibus prae ceteris remediis adhibitae, cedente, auctus. Eundem morbum obſeruauit PINAROLI Caſtelpuſterlengi, vbi et Stradellae et tractu inter pagum Belgioioſo et Certoſam Ticinenſem, in quo licet pulſus fortis et durus,p. 263. rubor faciei, cephalaea atrox, et deliria, CAMBIERI

feliciter tamen venaesectonem neglexit, nec non, obseruantibus ANGIOLINI, PIZZORNI, et FRAMBAGLIA, in Laumellinensi, Alexandrino, et Voquerienſi territorio acceſſit cacochylia gaſtrica, emetica, purgantia et antiſeptica poſtulans, morbusque
p. 260. vere contagioſus fuit, a TROLLIO in pago Belgioioſo,
p. 263. licet omnis generis et aetatis homines affecerit, non talis animaduerſus. MALACARNE de epiploocele crurali ſiniſtra in viro triginta annorum ſubito vomitu, ventris dolore, ſopore et febre affecto, quarto iam die mortuo. Saccus hernioſus calloſus duos
p. 260. pollices longus, nucis ad inſtar craſſus, interna peritonaei facies, quae flaua glutinoſa materia obducta, vt et ventriculi deorſum tracti, incraſſatis tunicis inſignis, curuatura maior, et inteſtina inflammata. Pariter et omentum, anteriori inteſtinorum parti adhaerens, faſcia quadam tres pollices, in multis locis etiam digitum transuerſum lata, abdomen a dextris ſiniſtra verſus oblique in duas diuiſit partes, eiusque vaſa varicoſa, ſanguine turgida. In poſtrema ilei parte, coeco, colo modo conſtricto, modo duplo magis dilato, uvae quaſi torculari expreſſae, cum earum nucleis accumulatae; harum duo cumuli, coniuncti capitis infantilis magnitudinem habentes, in parte literam S. repraeſentante, aliusque conicus et tenaciſſimus prope coniunctionem cum recto vacuo et naturali, valuula morboſa
p. 265. coarctatam. BACIOCCHI de proſpera curatione aneuryſmatis veri cruralis ampliter et profunde ſphacelati. Tandem epiſtola CARDUCCI ad GIOVANELLIUM de iuuene quatuordecim annis poſt irritam inſitionem naturalibus variolis affecta.

p. 241. 27. WENCESL. TRNKA DE KRZOWITZ hiſto-
– 248. ria febris hecticae etc. *).

p. 249. 28. IAC. REZIAE ſpecimen obſſ. anat. et pathologica-

*) Comment. noſtr. Vol. XXVI. p. 442. ſqq.

logicarum. 8. Ticini 1784. Ad indagandas cauſas ob-
ſtructionis viſcerum cum augmento molis eorum con- p. 250.
iunctae, inprimis hepar et ſplenem in iſto morboſo
ſtatu diſquiſiuit, eumque cum ſano comparauit Inde
apparuit, eſſe ſemper certam inter vaſa, molemque
ſeu pondus viſcerum proportionem, v. c. in hepate
quinquaginta vncias ponderante diametrum non
vltra ſeptem, in eo ſeptuaginta vnciarum pondus
habente decem lineas, ſimilemque fuiſſe proportio-
nem inter hepaticam et ſplenicam arteriam, nec
ſolum maiorum, ſed et minutiſſimarum arteriarum
venarumque diametrum auctam, morbum igitur p. 251.
inepte obſtructionem vocari, et a dilatatione vaſo-
rum, indeque orto maiori humoris nutritii affluxu
pendere. Quod et incremento peluis et artuum
inferiorum foetus ligatis arteriis vmbilicalibus, pul-
monis obturato foramine ouali, vteri in grauiditate,
ac turgeſcentibus flexoribus manus, deltoide et bi-
cipite in athletis illuſtratur, et qua ratione vaſorum
dilatatione ſenſim maiori facta aegritudines orian- p. 252.
tur, luculenter exponitur. Obſeruauit Auctor ſin-
gularem valuulae Bauhini mechaniſmum. In natu-
rale coecum ſe terminaſſe colon diametro ſenſim p. 253.
maiori, quae antea vix illi tenuis inteſtini aequalis;
extremum ilei per tractum quatuor quinqueue pol-
licum ſolito amplius, in coli ſiniſtram inferiorem et
poſteriorem partem pone proceſſus vermiformis
originem rotundo oſtio inſertum, ibique aliquan-
tum conſtrictum. Ab huius ſuperiore et anteriore
parte magnos robuſtosque faſciculos fibrarum mu-
ſcularium circum coli principium ſe flexiſſe, ibique
craſſiores factos, ad oppoſitam ilei partem proce-
ſiſſe, nonnullos iſtorum a reliquis ſecedentes, et
quaſi in arcum flexos ſpirae in modum circum ilei
inferiorem partem ſe voluiſſe, alios ſubtiliores ab
ileo per radicem proceſſus vermiformis ſurſum ſe
explicuiſſe, robuſtiſſimasque illas carnoſas circulares

 fibras,

fibras, primum craſſiores, tunc ſenſim ſubtiliores,
validiſſimi ſphincteris ad inſtar per quatuor digito-
rum tranſuerſorum ſpatium extremum coli circum-
p. 254. dediſſe. Suſpicatur Auctor, in morbi ilei rariſſimis
caſibus, in quibus faeces, clyſmata, ſuppoſitoria euo-
muntur, cauſam in fabrica ſimiliter mutata potius,
quam alia re quaerendam eſſe. Exponit porro hi-
ſtoriam vaſorum lymphaticorum ab ASELLII tem-
poribus ad noſtra vſque, hisque vaſis, non venis,
cum particularum, mutua ſolidorum fluidorumque
actione conſumtarum, tum abundantis ſucci nutritii
p. 255. in ſanguinem reſorptionem tribuit, ex ipſa lymphae
natura comprobatam; probat ex glandularum con-
globatarum ſtructura, vaſorumque lymphaticorum
p. 256. diſtributione ſecerni ab arteriolis glandularum par-
tem ſanguinis magis aquoſam, aptam ad lympham,
qua cum in iſtis vaſis commiſcetur, diluendam,
p. 257. eiusque coagulum impediendum. Obſeruauit, vaſa
chylifera inteſtinorum ſecundi ordinis, ſeu ſuperfi-
cialia, non vti DUVERNOY dixerit, tunicae externae
inteſtinorum ſubiacere, ſed accurate in ſuperficie
illius fibrillis intexta eſſe, in faciebus inteſtinorum
a multiplicibus propaginibus ſubtiliſſimis, vbique
valuulis inſtructis, oriri; propagines has varie in cur-
ſu ſuo diuiſas inſulas vel paruula retia formare, et
in ductus maiores confluere; horum diametrum ſen-
ſim augeri, eosque diuerſa ac oppoſita directione in
angulum obtuſiſſimum concurrere, vnicumque in
truncum abire, hunc recta ex inteſtino ad meſente-
rium aſcendere, nec, vti DUVERNOY crediderit,
a ſolis profundis, ſed ab vtroque chyliferorum va-
ſorum genere formatum eſſe; eiusque diametrum
primum magnam, tum ſenſim imminutam, in glan-
dularum vicinia non raro duplo minorem fieri. An
eius dilatatio primitiua, vel affluxu humorum de-
p. 258. mum enata, non deciditur. In Tab. II^da ſuperficia-

lia

lia ieiuni depicta numerosiora apparent, quam in fig. 7. Tab. I. prodromi MASCAGNI; in qua non illa permagna dilatatio truncorum per mesenterium distributorum, quam REZIA animaduertit; lymphatica vasa a dorso pedis per artum inferiorem producta, a REZIA descripta vid. fig. 1. et 2. Tab. II. MASCAGNI. Tab. III. REZIAE progressum, ramos et anastomoses vasorum lymphaticorum in externa thoracis sinistri superficie, et sub dorsi cute, ad axillares glandulas abeuntium repraesentat.

29. CAROL. DE MERTENS Tr. de peste, quae Moscouiae an. 1771. grassabatur. Vienn. 1784. Libellus a nobis *) iam laudatus, nunc contra SAMOILOWIZII scriptum **) de eadem peste se defendendi gratia ab Auctore gallico idiomate editus. Eorum, quorum SAMOILOWITZ MERTENSIVM arguit, et ad probanda authentica affert testimonia, praecipua sunt, MERTENSIVM tres tantum aegros, et in initio morbi vidisse, pestemque, vti ipse confessus, non cognoscere, et omnia, quae de consiliis datis, et cura orphanotrophei dixerit, falsa esse (orphanos enim viginti septem solius DOURNOWOSII studio seruatos esse). MERTENSIVS, se duodecim annis post demum refutari, miratus, ad dicta sua, inprimis de sententia ad Comites de SOLTIKOFF et GREG. ORLOWIVM, vt et ad de BACHMATEU regiminis frigidi obseruandi respectu relata, comprobanda paria affert authentica testimonia, capta quasi omnia

p. 288.

p. 301.

p. 289.

*) Vid. Comment. nostr. tert. Decad. Supplem. IV. p. 692. qq.

**) Mémoire sur la peste, qui en 1771. enravagea l'empire de Russie, sur tout Moscou la capitale, et ou sont indiqués les remèdes pour la guérir, et les moyens, de s'en préserver par Mr. de SAMOILOWITZ. Par. et Petrop. 1783. 8.

p. 301. omnia ex Secretis legati Ruſſici in aula Viennenſi, Principis de GALLIZIN. Forte, ait Auctor Diarii, litis diremtionem peroptans, in diuerſis et a ſe inuicem remotis noſocomiis duo hi Viri curam geſſe-
p. 294. runt. Contendit porro SAMOILOWITZ contra MERTENSIVM, peſtis, in qua putredo ſingularis et maxima, contagium non aëre mediante fieri, hominem enim in atrio, miaſmate peſtifero maxime infecto, impune commorari poſſe, et (quod tamen et MERTENSIVS concedit) atmoſphaeram Moſcouenſem peſte durante fuiſſe puriſſimam ac ſaluberrimam; bubones non critica, ſed ſymptomatica eſſe
p. 295. ſigna; eadem epidemia durante idem indiuiduum peſte bis affici non poſſe; ipſe tamen et POGA-
p. 294. RETSKY pluribus vicibus peſte eſt affectus. Cum MERTENSIO aſſerit, peſtis contagium non ſecundum corporum diſpoſitionem, ſed diuerſos inuaſionis gradus propagari, eamque in dimidio inuaſionis curſu, cum ſubtilius volatiliusque factum venenum, celerrime crudeliſſimeque minimo contactu
p. 297. nocuiſſe. Affirmat etiam, bubones perfecte maturos modo aperiendos, carbunculos non ſcarificandos: eos copioſos petechiis multis confluentibus, quo in caſu aegros nudos linteo aceto humefacto
p. 298. eſſe inuoluendos, aegros copioſis ventris, vrinae, menſtruorum excretionibus debilitatos, ſopore, ſyncope oppreſſos, in quibus diaphoreſis ſuppreſſa, frictione cum glacie facta (et in aliis morbis peſti ſimilibus commendanda) optime ſeruari; potu ſpirituoſo abutentibus peſtem ſemper mortem intuliſſe, ad
p. 300 illam tamen alimentorum qualitatem non diſponere, peſtisque inſitionem vtiliſſimum eſſe praeſeruandi remedium. Quod a nonnullis Medicis, vti et ex ORREI deſcriptione peſtis Petropoli 1784. edita pateat, propoſitum, quia peſtis pluribus vicibus aggrediatur, et cautione adhibita euitari queat, reiectum

ctum fuiſſe MERTENSIVS aſſeuerat. Ad ſententiam p. 295.
de analogia inter miaſma varioloſum et peſtiferum
comprobandam narratur ex PARISII diſſertatione*),
variolas Enoſii omni ſexennio comparere, et ibi
ac in Turcica qualibet terra peſte ceſſante ingre-
dientes omnibus, niſi inſitis, lethiferas eſſe, nunquam
ſimul cum peſte graſſari, iis aegrotantes vel his aſſi-
dentes a peſte immunes eſſe, peſtem in locum, in
quo variolae, caſu delatam, ſtatim ceſſare.

30. VINC. MALACARNE Tr. de obſeruationibus p. 302.
in Chirurgia P. I. praecepta. P. 2. exempla. 8. Voll. II.
Aug. Taurin. 1784. Pars prima in VIII. capita diuiſa
regulas praeſcribit cum generales, tum diſſecanti,
partesque corporis varie perluſtranti, tum Clinico, p. 303.
Phyſiologiae, Pathologiae, Hygienes et Therapiae – 304.
ſcientiis imbuto, aegros decenter accedenti, et con- p. 305.
ſilia aut coram aut per literas danti; tum Therapeu- p. 306.
tico ſimpliciſſima remedia eligenti; tum denique
cadauera morborum ad cauſas cognoſcendas ſecanti,
beneque videnti narrantique ſcitu neceſſarias ac vti p. 308.
les. Exempla Parte II. enarrata, lectu digniſſima,
breuiſſimis tantum indicare liceat. Cap. I. Hydro- p. 331.
cephalus infantis, probabiliter a difformitate du- p. 333.
ctus ſinuum lateralium, foraminumque lacerorum
obortus. Ductuum dexter, quatuor lineas profun-
dus, nouem latus, ſiniſter quinque latus et ſuperfi-
cialis; foraminis dextri apertura vix duas lineas
cum dimidia, ſiniſtri vix vnam lineam lata, duabus- p. 334.
que lingulis ab vtroque ductus latere in canalem
quaſi productis coarctata. Mutationes in cranio,
eiusque contentis factae, vt et aegritudines a miſe-
ro per ſeptendecim annos perpeſſae legi merentur.
Foramina VALSALVAE ſolito ampliora plerumque
eſſe, laceris irregularibus, et vere his in tribus fatuis
deficientibus, illorum diametrum quatuor aequaſſe
lineas.

*) De peſte a Fac. Med. Pariſ. 1775. coronat.

lineas. Cap II. de glandula pituitaria et infundibulo obſeruata. Non dicit quidem, an, vti MVRRAY, gelationem cerebri ſuſceperit, in pluribus tamen cum eo conſentit, contra eum vero aſſerit, ſe iniiciendo detegere non potuiſſe, quod color impurus ruber infundibuli ſemper a vaſis ſanguiferis pendeat, ſaepe vero eius ſuperficiem vbique minutis hydati-
p. 335. dibus nudo oculo conſpicuis ornatam vidiſſe; infundibulo longitudinaliter ſecto in centro vel axi ſimulari quidem cauum a tunicis ſpiſſis et robuſtis eius ſemper morboſa cineritia lanugine, qualis multa cerebri caua inueſtiat, repleti, non vere autem adeſſe; tranſuerſim illo autem ſecto ex ſubiectis parietibus aliquid celluloſi ad inſtar extremitatis magni nerui reſciſſi exprimi; glandulam pituitariam eſſe conſtructam ex duobus anterioribus vnoque inferius poſteriusque ſito lobo; huius ſubſtantiam illi glandulae pinealis ſimilem, illos ſibi vnitos cor luſoriae chartae repraeſentantes, in cuius apice infundibulum cum tertio lobo nullam communionem habens inſeratur, videri duas infundibuli expanſiones parenchymate cineritio, vel cineritio ſanguinolento ple-
p. 336. nas. Ex vaſis lymphaticis glandulam et infundibulum circumdantibus glandulae in vicinia maiorem vaſorum, inprimis carotidum, ſitu, ſtructura externa membranoſo-vaſculari, interna celluloſo-reticu-
p. 335. lata, humore has cellulas replente, cinereo-rubi-
p. 336. cundo, igne coagulabili, colligitur, in hac glandula lympham, priusquam ad ſanguinem redeat, depurari. Ex experimentis gelationis cerebri ab Auctore Diarii bis repetitis caui in infundibulo abſentia, communio lateralium ventriculorum tertio mediante, ſubſtantia infundibuli rubicunda ſpongioſa, infundibuli a tertio ventriculo ortus apparuit; eadem illa ventriculorum communio infuſo croci ſaturato in vnum lateralem iniecto com-

comprobata eſt; quod tamen ex tertio in alterum lateralem ductu, corpora ſtriata thalamosque neruorum opticorum interpoſito, mediante tranſire videbatur; quo infuſo quum mollis ſpongioſa infundibuli ſubſtantia non tincta, nouum caui in eo abſentis documentum. Cap. III. emendantur, quae Ill. HALLERVS in poſtrema Phyſiologiae ſuae editione de ſtructura cerebri, et inprimis de Auctoris encephalotomia diſſeruit. Cap. IV. de pondere p. 337.
cerebrorum et cerebellorum menyngibus denudatorum, numeroque laminarum in diuerſis indiuiduis, ex parte cum Cl. BONNET communicatum. Cap. V. fragmentum epiſtolae ad MICH. GIRARDI Parmenſem; de origine et curſu nonnullorum filamentorum, ab Auctore quondam pro neruis acceſſoriis tertii et quarti paris falſo habitorum, obiter tantum de veris originibus ſexti, ſeptimi, octaui, noni paris, magni paruique ſympathetici in Parte IV. Encephalotomiae mox edenda exactius deſcribendis, et fuſius de ortu olfactoriorum a ganglio SANTORINI ſenſim ad fiſſuram, in cerebri baſi anteriores lobos a mediis diuidentem, vſque diuergentium, ibique ex tribus albis, planis, non aeque longis, diuergendo ad baſin corporum ſtriatorum (per quam quomodo currant, accurate expoſitum) aſcendentibus faſciculis (*feltuccie*) compoſitorum. Cap. p. 338.
VI. de tunicis arteriarum, celluloſa, fibroſa ex fibris tantum tranſuerſis conſtructa, riteque deſcripta, et membranoſa; de duplici aorta, eiusque ramis praecipuis ad ſuperiores partes deſtinatis etiam duplicibus, ob diametrum ſenſim imminutam tamen ſangui- p. 339.
nis ſolito maiorem quantitatem ad eas partes non ferentibus; de ſolis ſubclauiis ex aortae arcu natis carotidesque gignentibus; de vtraque carotide ex ſubclauia dextra orta, icone illuſtrata; de mutata aortae diametro in ortu ſuo pone valuulas ſemilunares,

nares, et in arcu; de indurationibus et lithiasi arteriarum; de aneurysmatibus, in specie illis a sudatione sanguinis per arteriarum parietes multum porosos, duobus exemplis confirmatis; de toto systemate arterioso in viro vino dedito, testae oui instar, solis digitis frangendo, nullo licet structurae
p. 304. vitio animaduertendo; de valuularum semilunarium aortae et pulmonalis arteriae limbis, libero, et fixo, eorumque angulis, hamis (*arpione*) ab Auctore dictis, fasciculis fibrarum in duplicatura membranarum istarum valuularum repertis, difformitate et vitiis earumdem; de valuularum tricuspida-
p. 341. lium structura et vitiis; de anatis sylvestris corde penitus ossificato. Legenda etiam Auctoris de valvularum, musculorumque cordis, inprimis papillarium, in systole et diastole cordis varia actione. Cap. VII. de insolito modo, quo natura in sexagenario materiam tumoris folliculati euacuauit. Cap. VIII. analysis aquarum Statellicarum (Acqui), ar-
p. 342. gentum viuum continentium. Cap. IX. de earum vsu in hernioſis, et substantiis vtiliter substituendis. Dedit in inueteratis incarceratis herniis cum successu omni bihorio duas vini rubri austeri sale illarum thermarum saturati vncias, clysmatibus ex aqua tepida, vel communi, vel Anglicano, vel sale Canalis ab Auctore efficaciori experto saturata, simul adhibitis, cum plenaria ab omni alio cibo et potu abstinentia: ita saepe et strangulatam intestini partem reponi potuisse. Cap. X. Omentum, in duarum vltimarum costarum regione cum peritonaeo connatum, formauit funiculum callosum digitum circiter latum, hunc arcuatim a concaua hepatis parte, obliquae per centrum regionis vmbilicalis ad peritonaei partem renem sinistrum et splenem obtegentem vsque tensum, inde velut cingulum palmae manus simile, varie spissum, sed cartilagino-

laginoſum ſe expandiſſe, et inteſtina ſuperiora ab inferioribus ſeparaſſe, quare atrociſſimos dolores, tympanitidem, hydropem, gangraenam et mortem obortam. Cap. XI. continet obſeruationem in TARGIONI opuſculis enarratam. Cap. XII. Corroſiuo deglutito a iuuene, ſpaſmis et conuulſionibus terribilibus inde intra paucas horas enecato, oeſophagus inter caput tertiae et quartae coſtae corroſus et ruptus et ad diaphragma vſque exulceratus et inflammatus; in dextro thorace, oleo, ſanguilolento humore, aliisque ſubſtantiis repleto, lobus poſterior pulmonis ſphacelatus ita corroſus, vt vacua et ſegmenta cartilaginoſa mediarum bronchiorum ramificationum ſine praeparatione conſpicua. Corroſa porro quarta pars poſterior faciei internae coſtarum, vena azygos, rami vagi et intercoſtalis dextri, ſphaceloque affecta facies poſterior pulmonis ſiniſtri per duas ſuae longitudinis tertias. p. 343.

31. Meditationes et coniecturae de phaenomenis et viribus organiſationis c. h. deductae ex experientiis Phyſicorum recentiorum. p. 321–330. et 361. –

Harum, a nobis non fuſius recenſendarum ſumma haec eſt: Cl. ROSAM nec ſuis nec illis CRAWFORDII et SCHEELII ab ipſo allegatis experimentis decidere vnquam poſſe, eſſe principium per pulmones ſanguinem ingrediens, multoque minus, vaporem expanſilem in ſolidis et fluidis contentum eſſe obortum ex parte ſanguinis maxime animaliſata cum aëre dephlogiſticato, ſeu aethere, ſeu igne, ſeu materia caloris per pulmones intrante. Ex experientiis phyſicorum recentiorum potius ſequi, actione ſola virium, fibrae animali inhaerentium, et electricitate, frictione ſolidorum cum fluidis excitata, horum, inprimis ſanguinis, nonnullas particulas fieri expanſas, actiuas, et, ſi dicere velis, animaliſatas; 369. 401. – 409. et 441. –449. p. 322. p. 330.

tas; aërem purum, ſiccum et agitatum particulas indolem aëris inflammabilis habentes maxime activas attrahere, illis ſe vnire, et ſecum ferre; attrahi etiam ab illis aërem humidum et ſtagnantem; vnione aëris dephlogiſticati cum ſubſtantiis, aëris inflammabilis naturam habentibus, ſalia, inprimis acida conſtituente, etiam acrimonias animales oriri poſſe, particulasque illas expanſas ac actiuas ab aëris atmoſphaerici parte dephlogiſticata in ſano hominum ſtatu exteriora verſus trahi. Quarum opinionum explicationes in ipſo Diario quae legantur, vtique dignae ſunt.

32. De ſpecifico lacertarum (*lucertole o ramarri*) ad curam radicalem cancri, leprae, luisque venereae nuper detecto. p. 343.

Diu iam Indi in S. Chriſtoval d'Amatitan in lue venerea, ibi endemia, inueterata etiam, proſpero cum ſucceſſu ieiuni quolibet mane vnius lacertae (nonnulli trium) carnem crudam, adhuc calidam, capite, caudae, pedibus, cute, inteſtinisque ablatis, deglutiunt. Octo earum deglutitis a cancro dextrae partis labii ſuperioris penitus liberatus eſt morti iam proximus IOS. FERRERE Guatimalae, vbi, vt in Mexico, Malacae et Gadibus, in cancro lueque venerea lacertae feliciter expertae ſunt. Sic et, licet non tam celeri effectu, virides (*Ramarri*) multum Indicis ſimiles viſae, in Pedemontica a LVD. MO et RASERO, tardiori adhuc effectu vulgares cineritiae in cancro vaginae et orificii vteri, duobusque venereis in noſocomio maiori Mediolanenſi a IO. MARIA MAZZI *) oblatae ſunt. MALACARNII obſeruationes **) nouo ſpecifico minus fauent. De quo p. 345. p. 346.

*) TARGIONI Avviſi ſopra la ſalute umana 1785. n. 6. et 7.

**) TARGIONI Avviſi etc. 1784. n. 39. et 40. vbi tenta-

quo primum ſcripſit IOS. FLORES in opere Madriti 1782, edito, a TARGIONI **) recenſito, quod, relata ſimul analyſi chemica lacertarum, illisque Taurini factis proſperis curis, in Italicum ſermonem a CAR. MAR. TOSCANELLI verſum recenſetur in P. IV. Vol. VII. Opuſcul. elect. Mediol. vbi et de experimentis Genuae et Mediolani factis ſermo. De eodem etiam legenda Diaria, Pariſinum et Londinenſe, poſterius tamen curationibus narratis parum fidei habet. In plurimis hoc remedio vſis ſenſus calorisp. 347. vniuerſalis, copioſae ſudoris, vrinae, aluique excretiones, poſtea ſaepe et ptyaliſmus. IO. FONTANA, ex lacerta mediae magnitudinis quinque grana ſalis volatilis facile ſeparabilis, cum exigua parte olei animalis limpidi et foetidi aquae frigidae, qua ſolui poteſt, ſubſtantiam mucilaginoſam tribuente, ex eadem vero carnis viperae quantitate tantum tria grana ſalis minus volatilis et foetidi obtinuit. p. 344. p. 346.

33. Epiſt. FRANC. TRIVISANI ad PETR. ZULIANI, Prof. Phyſ. Patau. In hac, quam Caſtelfranco d. 20. Febr. 1785. ſcriptam Diarii tomo 1784. edito iam inſertam eſſe miramur, narratur, veretrarium mercurialibus fruſtra vſum, et emaciatum, vna lacerta, (Parietaria nempe) poſt coenam in oblata primum per viginti, poſtea menſe cum dimidio, quo nullae lacertae propter frigus obtinendae, elapſo iterum per viginti et quatuor dies deglutita, et copioſe inde vrina ſaliuaque fluente, ab immobilitate artuum, puſtulis faciei, et gummatibus crurum dolentibus plane liberatum eſſe, ſimul adhibito leui infuſo radicis Cannae Montanae, victu tenui ex p. 348.

 pulte

tentamina Exper. Savligiano, Taurini et Mediolani capta.

**) Ibid. 1783. n. 77.

p. 349. pulte hordeacea, vitulinaque et pullina carne, et omni octiduo leni purgante ob reiectas lacertas (ſemper enim per horam nauſea), et ſtrictam alvum. Easdem lacertas eodemque modo feminae quinquagenariae, in qua oculus dexter cum palpebris, ſuperciliis et parte zygomatis cancro exeſus, et ex orbita foetidiſſima acris ſanies cum ſanguine
p. 350. fluebat, propinatas, ab ea tamen propter nauſeam et vomitum nulla ſerie continua deglutiendas, nullam licet ſenſibilem euacuationem perficientes, aluo magis adſtricta, tantum tamen leuaminis attuliſſe, vt dolores ſopiti haemorrhagiae ſuppreſſae, ſanies viſcoſior, et odore ac colore melior facta fuerit, cruſtis vlcerum delabentibus.

Omnia de hoc ſpecifico tradita collegit IO. IAC. ROEMER in libro: ueber den Nutzen und Gebrauch der Eidechſen in Krebsſchaeden, der Luſtſeuche und verſchiedenen Hautkrankheiten, Leipz. 1788.

p. 369. 34. SAUNDERS Obſſ. de maiori efficacia Chin.
– 374. rubrae etc. Lond. 1783. Edit. IV. *).

p. 374. 35. LAVR. NANNONI tr. de Chirurgia et Ope-
– 381. rat. Chir. Vol. I. **).

p. 381. 36. Epiſt. IOS. ANDR. ZANDONELLAE ad
p. 383. GABR. MAZZOCCHI. Ital. Eſt recenſio critica epiſtolae MARZARI de tetano ſupra indicatae ***), qui arguitur tetani diuiſionem in vniuerſalem et parti-
p. 384. cularem, veramque opiſthotoni a tetano differen-
p. 385. tiam ignoraſſe, in prognoſi ſua non accuratus eſſe, Hippocratem et alios auctores male intellexiſſe, ex vno exemplo vniuerſale quid ſine vlla ratione colligere, veramque vtilitatem, quam opium pulſum re-
p. 389. gularem frequentem et fortem reddendo praeſtiterit, non perſpexiſſe.

37. EN-

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXV. p. 329. ſq.

**) Ibid. Vol. XXIX. p. 579–584.

***) vid. hoc Vol. p. 18.

37. ENGELB. WICHELHAUSEN diſſ. inaug. med. p. 409.
de phthiſi pituitoſa. Gotting. 4. 1783. Difficultas p. 410.
reſpirandi modo maior, modo minor, tuſſis et eiectio
ſputi mucoſi plus minusue dulcis et acris, et febris
lenta hectica morbum hunc ex mente auctoris con-
ſtituunt. De quo relatis veterum et recentiorum
ſententiis, negatur adeſſe vlcus pulmonum, niſi in-
terdum acceſſorium, varia in variis periodis morbi p. 411.
obuenientia phaenomena rite deſcribuntur, opinio 412.
CHALMERSII, MVRRAYI, BRÜKMANNI de vero p. 413.
chylo ſputis mucoſis admixto ob chyli ex vaſis la-
cteis ad pulmones directum iter nullum, chylique
quantitatem quotidie paratam enormi pituitae eo-
dem tempore ſeparatae copiae neutiquam aequipa-
randam reiicitur. Ad ſputum mucoſum optime di-
ſtinguendum illud vel acido vitriolico, vel ſale alca-
lino cauſtico ſoluendum, tumque aquam affunden- p. 414.
dam eſſe, quo facto mucum in filorum forma inna-
tare. Abuſum radicum ſolani tuberoſi etiam ad
morbum hunc producendum facere: laxitatem pul-
monum, quum morbus ſaepe ſenes afficiat, non vni-
cam eſſe cauſam proximam, ſed ad eam potius omne
referendum eſſe, quod folliculorum mucum ſecer- p. 415.
nentium officium turbare valeat; v. c. metaſtaſes,
perſpirationem ſuppreſſam, irritationem bilis poſt
peripneumonias et pleuritides bilioſas, colluuiem
primarum viarum, tubercula pulmonum. Phthiſin
a ſola laxitate pulmonum mitius lentiusque progre-
di, rariſſimeque in vlcus abire, pulmonibus tum pul-
tis ad inſtar repertis; grauius vero, celeriusque
progredi illam a metaſtaſi, ſaepiſſime cum vlcere pul p. 416.
monum coniunctam, inde, licet nullo iure, ab auctori-
bus ad purulentas relatam. Lichenem Islandicum,
cuius et radicis polygalae amarae vnciam vnam in
ſedecim aquae ad dimidiae partis conſumtionem co-

p. 417. ctam pro doſi propinandam eſſe, in ſola pituitoſa phthiſi prodeſſe.

p. 418. – 431. et 449. – 461. 38. DOMIN. CIRILLO Obſſ. pract. de lue venerea. Neapol. 8. 1783. Ital.

Ex aliis eruditorum actis recenſiti ſunt, omiſſis iis, quorum notitia ex commentariis noſtris deſumta eſt, ſequentes:

Ex Tom. III. Societ. Reg. Med. Pariſ. per annum 1779. edit. 1782.

p. 27. I. LORRY de pinguedine humana P. I. in ſtatu naturali, differentiis eius in diuerſis hominibus, inprimis feminis, diuerſa aetate, diuerſis corporis locis. Eſſe in ea mucilaginem, qua oleoſa pars cum aqua coniungi poteſt; obeſiores minus abundare bile, diarrhoeam bilioſam menſtruorum locum quandoque tenere; tandem quomodo a variis acidis et alcalinis pinguedo mutetur. P. II. de morbis a nimia abundantia vel inopia pinguedinis; poſteriorem ad melancholiam diſponere, plerumque quidem ab acrimonia quadam, interdum autem a vitio ſingulari non ſemper facile definiendo pendere, de morbis a mucilaginoſa pinguedinis parte calore deſtructa, a pinguedine abuſu ſaponum vegetabilium, v. c. muſti et fructuum horaeorum autumno ſolemni, diſſoluta; acida vinculum inter mucilaginoſam et oleoſam partem ſoluentia, hanc condenſantia, et cachexiam, melancholiam parientia, reſorptioni, et liquationi pinguedinis reſiſtendo in initio phthiſis pulmonaris prodeſſe: de morbis a lacte cum pinguedine commixto, de vitiis pinguedinis diu latentibus, de pinguedine rhachitidis, elephantiaſis, ſcrophularum cauſa, licet non primaria. P. III. de vitiis particularibus pinguedinis in diuerſis corporis partibus, v. c. abſceſſu critico febrium acutarum, ſteatomatibus, tumoribus pinguedinoſis ſenum, pinguedine in omento, vel circum vmbilicum copioſe collecta; macie

p. 28.

p. 29.

p. 30.

p. 31.

p. 32.

macie vnius partis vel a paralyſi vel ab iſchiade, ſaepe phthiſin praenuntiante. Multis exemplis opinio de influxu pinguedinis in corpus, eiusque ad bilem relatione confirmatur. Collectione pinguedinis indies aucta nutritionem aliarum partium, digeſtionemque fuiſſe laeſam.

2. CORNETTE de nouo modo ſapones acidos componendi, eorumque vſu in medicina. Quatuor vnciis olei oliuarum in vitreo ſeu porphyreo mortario condenſatis duae vnciae cum dimidia acidi vitriolici ſenſim affundendae, mixtum continuo et lente agitandum, per viginti et quatuor horas digerendum, et poſtea aut aëri exponendum, aut, quod me- p. 33.
lius, cum aqua deſtillata ebulliente, cuius octo vnciae ad quamlibet doſin ſufficiunt, commiſcendum, eſt flauum, fit ſucceſſiue album et ſolidius. Componi quidem poteſt cum eſſentialibus oleis, et illo amygdalarum dulcium etc. ad vſum internum tamen olea craſſa, velut minus acria praeſtant. Soluit, et agit, vbi alcalini ſapones nil efficiunt.

3. ODIER de hydrocephalo interno, vel hydro- p. 71.
pe ventriculorum cerebri. Praecipua ſymptomata eſſe cephalaeam, nauſeam, pulſum ex valde celeri ſubito valde lentum et irregularem, ſoporem lethargicum, inſenſibilitatem oculorum in luce, dilatatam pupillam, conuulſiuos globi oculi motus. Sympto- p. 72.
matibus primae periodi, niſi cephalaea fixa, morbum difficulter dignoſci et a febre verminoſa diſtingui. Cum pulſu lento facto et plerumque quindecim diebus ante mortem incipere periodum ſecundam, in qua oculi inprimis patiuntur; et quae per octo decemue dies tantum durat. In tertia periodo, quae paucis diebus ante mortem, pulſum ex lento et irregulari iterum frequentem et debilem. Ex quatuor p. 73.
ab auctore reſtitutis vnum celeriter ad ſanitatem rediiſſe, alterum primum imbecillem, penitus tum

ſanatum anaſarca accedente, in tertio diu remanſiſſe cephalaeam, anaſarca, qui morbi fuerat cauſa, redeunte tandem ſublatam. In ventriculis cerebri cuiusdam multis annis ante mortem ab hydrocephalo liberati nullum repertum eſſe hydropis veſtigium.

p. 74. Delicatulos facilius morbum ſuperare. Totum corpus veſicatoriis ab auctore fuiſſe obductum; ſquillitica non in hoc morbo prodeſſe, nec ſanguinis euacuationem.

p. 75. 4. RIBEIR. SANCHEZ de balneis vaporoſis Ruſſicis vt praeſeruantibus et multorum malorum re-

p. 76. mediis. Loco quatuor camerarum in balneis veterum et trium in Turcicis, vnam tantum eſſe in Ruſſicis, per hanc totam vapores aquae lateribus furni valde calefactis ſucceſſiue infuſae ſe expandere, et ex alueis aqua tepida et frigida plenis, furno huic vicinis, aquas in embroches forma in caput effundi; hunc modum praeſtare illo veterum, aquam fundo camerae infuſam igne ſubterraneo in vapores redu-

p. 77. centium, ideo inprimis, quoniam vaporum atmoſphaera ſemper renouetur. Peccare autem nonnullos Ruſſos, balnea vaporoſa ingredientes, antequam aqua calefactis lateribus infuſa, quatuor vel quinque horae poſt prandium elapſae, clyſma vel rhabarbarum in aluo obſtructa adhibitum fuerit, vel poſt

p. 78. ſanguinis lanceola aut hirudinibus factam euacuationem. Frictiones ſapone ſolo, vel vna ramis tiliae aqua calida emollitis poſt balnea factas vnctionibus veterum antecellere. Vtilitate horum balneorum in morbis acutis et chronicis demonſtrata, inprimis cum ſublimato corroſiuo et decoctis diaphoreticis in lue venerea inueterata, vt et in variolis, pleuritide, et cum decocto paeoniae (*gineſtra*) in fluore albo, aſſeuerat Cl. Auctor, ſe ad tranſpirationem ſenſibilem, quae in partu ſupprimi ſoleat, et plurimorum morborum in puerperis mater ſit, per primos

mos quatuor vel quinque dies ſuſtinendam proſpero cum euentu puerperas nudas manibusque et brachiis tectis, ac capite defenſo in lecto retinuiſſe, cibosque et potus calidos propinaſſe; balnea vero frigida et frictiones aut in morbis chronicis, aut praeſeruandi gratia tantum eſſe adhibendas, creditque balnea vaporoſa in hydrophobia tentari poſſe.

5. DE HOME Obſ. de aneuryſmate inſigni arteriae axillaris cum fractura duarum coſtarum. Parietes anteriores a fibroſa ſanguinis parte inſpiſſatas, poſteriores ſecundae et tertiae coſtae, vehementi pulſatione arteriae fractis, incumbentes attenuatos, tres vel quatuor libras ſanguinis contentas, cauſamque fuiſſe abuſum medicamenti ex mercurio crudo, ſpiritu nitri dulcis, ſpiritu vini et ſaccharo parati. p. 118.

6. SAILLANT diſquiſ. et obſſ. de epilepſia eſſentiali, vel vero morbo ſacro HIPPOCRATIS. Eſſe vel haereditarium, vel vehementi animi affectu aut cacochymia grauidae matris in foetu productum, vel a morboſa ſolidorum, inprimis oſſium cranii conformatione, aut, quod ſaepiſſime, a fluidorum vitio, vel abundantia in foetu vtero adhuc incluſo obortum. Epilepſia ab abundantia humorum ſecundum theoriam HIPPOCRATIS deſcripta narratur, eandem in vno aegro fontanella brachio applicata, in altero purgantibus, et inprimis nonnullis guttis oxymellis ſquillitici, vomitum pituitae perficientibus, ab auctore ſublatam eſſe. Cauſis et prognoſi ac cura ſecundum HIPPOCRATEM et GALENVM demonſtrata refertur, metaſtaſes morbum leuantes fontanellarum vſum in regionibus, in quibus morbus endemius, ſolemnem feciſſe, et purgantia, abſynthium, mel ſquilliticum, et pro potu ordinario oxymel, poſtea exercitium moderatum et iuſcula herbarum emollientium et incidentium in hac, aliis- p. 119. p. 120.

que epilepſiae ſpeciebus, neutiquam abſolute lethalibus, proficere, quod variis confirmatur exemplis.

p. 153. 7. HALLE Obſſ. de phaenomenis et varietatibus vrinae in ſano ſtatu conſideratae. Diſquiſiuit, non
p. 154. autem chemice, vrinam mane, et ſeptem horis poſt coenam collectas ex iuuene perfecto, ſano, magis ſanguineo, quam bilioſo, forti, aſt non athletico, ſenſibili, non autem ſummopere irritabili; vitam ſobriam, regularem, et moderate actiuam degente; vſusque eſt vaſis perfecte conicis vndecim pollices altis, tresque amplis. Mutationum in vrina ſibi ipſi relicta obortarum tres conſtituit periodos, primam ſimplicis decompoſitionis a refrigerio et quiete
p. 155. productae, alteram decompoſitionis motu ſponta-
p. 156. neo factae, tertiam putrefactionis deciſae. Quibus
p. 157. accurate deſcriptis oſtenditur, in vrina contineri varia ſalia, materiam colorantem, materiam ſalinam terreſtrem et gelatinoſam. Hanc, vrinae partem eſſentialem, humore nutritio, cui ſimilis, vitiato, vti in inflammatoriis et catarrhalibus morbis purulentam fieri. Materiam colorantem, in morbis bilioſis copioſiorem, forte a bile formari. A terrea baſi oſſium, ab iis ſeparata, forte ſedimentum album, gypſo ſimile, in ſecunda periodo obſeruatum, et terrea ſedimenta vrinarum in podagricis vt et calculorum geneſin pendere.

p. 190. 8. ANDRY et THOURET diſquiſit. et obſſ. de vſu magnetis in medicina ſ. de magnetiſmo, vt medicamento conſiderato, factae iuſſu Soc. Reg. Med. Hiſtoria magnetis, ſententiisque veterum de eius vir-
p. 191. tute, poſtea recentiorum de eius et ferri efficacia in morbis neruorum relatis, MESMERI et D' HARSU
p. 192. de magnete opiniones indicantur, fluidum magneticum non vti electricum, neruos ſtimulare, nec in eos corpusque animale vllum habere influxum ex phyſicorum mente docetur. In parte ſecunda duabus

bus de quinquaginta obſeruationibus, cum ab auctoribus, tum a ſocietatis correſpondentibus factis comprobatur, dolores rheumaticos faciei, dentium, aliarumque partium, neruoſos renum capitisque, ſpaſmos ventriculi, pectoris, et extremorum conuulſiones, tremores, palpitationes, affectus ſoporoſos magnetibus arte factis applicatis aut immediate, aut paulo poſt ſopitos, et magnete ipſo adhibito interdum radicitus ſublatos eſſe. Quos ſalutares magnetis effectus, vti P. III. docet, adſcribi non poſſe frigori, quod eo tantum momento agere poteſt, quo ferrum magnetiſatum applicatur, quoniam diutius geſtatum, etſi temperaturam c. h. obtinuerit, tamen adhuc ſenſibiliter agit: nec preſſui et contactui, qui non adeo magni: nec frictioni, quae admodum leuis: nec ferrugini, quae valde exigua, magnetibus inuolutis p. 193. non competit, diuque poſt actionem magneticam manifeſtatam oritur: nec vi ferrum ex ſanguine et humoribus attrahendi, quod non ita comparatum, vt attrahi queat, nec in morbis neruorum abundat. Vim igitur magnetis in c. h. agendi non pendere a qualitatibus aliis corporibus communibus, diuerſamque eſſe ab ea, qua ferrum attrahit. Magnetis effectum in morbis ſimpliciter neruoſis proſperrimum, in morbis humorum cum neruorum adfectionibus complicatis exiguum, in ſolorum humorum aegritudinibus nullum eſſe; eum igitur non in humores, fibras et viſcera, ſed tantum et directe in neruos agere; horum non imminutae, ſed auctae actioni, et quidem illi, quae p. 194. a vera eorum debilitate pendeat, mederi, eſſe igitur antiſpaſmodicum ex tonicorum genere, vique electricae, quae ſtimulet et aperiat, et a qua differat, non inimicum. Eſſe diſquiſitiones has continuandas ad medicam artem a charlataneria cum rei nouitate iuncta purgandam, et, ſi fieri queat, numerum remediorum contra neruorum morbos augendum.

Ex

p. 33. Ex Diario ad Medic. Chirurg. et Pharmac. Parif. Tom. LX. P. II. 1783. To. LXI. To. LXII. *).

p. 269. 1. GRATELOUP de abſceſſu hepatis a lapſu ex
p. 270. equo ſenſim oborto, ex quo aperto fere octo librae puris foetidi amurcae ſimilis effluxere cum leuamine quidem, ſed aeger trigeſimo primo die morbi et quatuor annis poſt lapſum rabidus obiit; in cadavere hepar permagnum pulmoque dexter cum diaphragmate cohaeſerunt, in pulmonis dextri extremo inferiori caultas exulcerata, cum alia in parte conuexa ſiniſtra hepatis communionem habens, fuit, tresque poſteriores coſtae ſpuriae carie exeſae.

p. 271. 2. LE FEBURE de panaritio tertii generis, orto in pollice manus ſiniſtrae a ſpina impulſa. Aegra febre accedente partum ſeptem menſium cum dimidio edidit; ſed ſimul lochia ſuppreſſa, abdomen aliaeque partes oedematoſae, mamma ſiniſtra obſtructa. Lochia quidem reſtituta, ex variis partibus, in quas praeter mammam lac depoſitum, triginta menſurae (*pinte*) puris, ſero turbido, in quo caſeoſae partes,

p. 272. ſimilis, effluxerunt, oedema lenibus euacuantibus ſublatum. 3. VANDOUPE de incompleta vrinae retentione ab vteri inuerſione, eo repoſito ſanata, ſpaſmisque et conuulſionibus liquore anodyno Hofm. et laudano Sydenh. ſopitis. 4. MOREAU de retentione vrinae ab abſceſſu colli veſicae, ex quo aperto multae menſurae vrinae atrae et foetidae fluxerunt.

p. 63. Ex Actis Societatis Philoſophiae experimentalis Batauae, Roterodami ſtabilitae, Vol. V. 4. 1781. 1. Diſſertt. de natura, differentiis et commodis aërum factitiorum praemio ornatae. 2. TEN HAAFF Obſ. de cura herniae completae et incarceratae, ſine ſacci ſectione repoſitae. 3. VAN GESSCHER de ictu violen-

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXVII. p. 279. (n. 2. ex T. LIX. p. 275.) p. 277. 279. ſqq.

violento in caput. 4. TEN HAAFF de ſurdidate et ſtrepitu aurium obſſ. et ratione iis iniectione per tubam Euſtachii medendi. 5. IO. VAN WY de aqua roſarum cum ſpiritu ſalis mixta in chemoſi, in qua album oculi magis, quam nigrum prominet. 6. BEGGERS de hydrope, ex vulnere, linguae a dentibus tempore conuulſionum aegrum vexantium illato, mulctram aquae foetidae et arenoſae intra viginti quatuor horas fundente, hocque effluxu, qui ſenſim imminuebatur, per octo dies durante, ſanato.

Ex *nouis Actis Acad. Reg. Berolin.* per ann. 1781. *).

Ex Tom. VI. *Comment. de Bononienſ. ſcient. et art. inſtitut. ac Acad.* p. 108.

Ex *Comment. Soc. Reg. ſcient. Gotting.* ad ann. 1778. et 1779. Voll. II. Gotting. 1779 1780. breuiter indicantur commentationes medicae, earum ſexta Vol. II^di omiſſa **). p. 234.

Ex Tom. II. *Actor. Phyſic. et Mathem. ſociet. Italicae Veron.* 1784. p. 266.

I. MALACARNE, qui animum habet encephalotomiam vniuerſalem elaborandi, illam de auium cerebris in tract. V. diuidit: horum primum de internis et externis cranii parietibus reſpectu cerebri, eiusque neruorum, in pluribus quam quadringentis auibus, inprimis anſeribus et anatibus diſquiſitis, in hoc et primo Tomo exhibitum, poſtea tr. II. de menyngibus, III. de cerebro, IV. de cerebello, V. de neruis e cranii parietibus prodeuntibus, ſequentur. 2. SPALLANZANI obſſ. anatomicae et microſcopicae de veris organicis partibus capitis cochlearum reſecti iterum productis, et methodo cochlearum caput abſcindendi; ADANSONVM id efficere non potuiſſe, quum enecatarum caput amputauerit. p. 267. 3. SPALLANZANI epiſt. ad

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXVIII. p. 33. ſq. 35. ſq.

**) ibid. Vol. XXVI. p. 87–96. et Vol. XXVIII. p. 3–9.

ad BONNETVM de nonnullis productionibus marinis, quae prodromum efficiunt promiſſi operis. Lumen aquae marinae a vermibus lucentibus (*lucciolette*) et aqua ipſa pendere; zoophyta, ſpongiis, quae vegetabiles ſint ſubſtantiae, exceptis, eſſe tot polypos coniunctos, et pauxillo terrae calcareae incruſtatos. De animali inprimis libero in burſa, non ſubſtantiae corneae, vti alia tubularia. Echinos modo ſpinis, modo cornibus mediantibus ſeſe mouere. Squillam, quam Bernardum eremitam vocant, ſe teſtae, quam vacuam reperit ſe iniicere, nec particularem habere. Experimenta multa ad analogiam inter ictum electricum, illumque torpedinis comprobandam. Punctionem paſtinacae non eſſe venenatam, ita autem creditam lacerationis reſpectu. 4. GIRARDI Epiſt. ad MALACARNIVM de organis reſpirationis in auibus. Eſſe laryngem illi quadrupedum ſimilem.
p. 268. Membrana, a nonnullis muſculis dilatanda vel contrahenda, coniungi annulos tracheae cartilaginoſos; hanc, in initio ſolito ampliorem, in fine conſtrictam, terminari in membranam planam, et vtrique lateri, a quo bronchia oriuntur, contiguam. Praeter hanc in fine tracheae carduelium, luſciniarum et canariarum reperiri globulum cartilaginoſum, cui nonnulli adhaereant muſculi, et a quo pendeat vox illarum acuta, vox autem humilis et profunda columbarum ab earum trachea in fine latiori. Membranulas paruas dimidium lumen canalis bronchiorum occupare. Pulmones hiare in varias cellulas, ſurſum et antrorſum adhaerere coſtis, deorſum et retrorſum carere pleura. Eſſe inter pericardium et hepar membranam diaphragmati et in motu analogam, nunquam tamen pulmones attingentem. Aërem ex pulmonibus per infinita foramina totque veſiculas tranſire ad abdomen, interſtitia hepatis et ingluuiei, collum, humerum, oſſa capitis, peluis et femoris,

femoris, inde aues reddi leuiores et ad volandum aptiores, earumque vocem fortiorem, diutiusque continuatam. 5. SCARPA gemellum femineum, maris vituli a vacca parti comitem (*vitello vacca freemartin* Anglorum) habere organa externa feminea, interna masculina; et esse posse hermaphroditum, ens etiam in aliis animalium speciebus existens.

Ex *actis soc. med. Haunienſ.* 1777. 1779. Voll. II. p. 309.

1. RETZII hist. pharmaciae veterum, inprimis Graecorum. 2. AASKOW obss. de vsu opii, praecipue acido vitriolico correcti, in haemorrhagiis gravidarum et parturientium. Mixturae ex sexaginta guttis spiritus vitrioli, triginta laudani Sydenhami cum aquae cinnamomi s. v. quatuor vnciis, dimidiaque syrupi papaueris rhoeados paratae dat omni hora cochleare. 3. DE BERGER obss. de morbis ventriculi. Feminam, quae ex abusu potus calidi foetore oris perpetuoque vomitu erat affecta, frigido cibo et potu fuisse sanatam. Alium aegrum balneis frigidis, glacieque regioni ventriculi applicata. 4. CALLISEN de angina polyposa, *Croup* Anglorum. Membranam polyposam, firmam, ramosam, cauam, asperae arteriae multum similem, a puero nouenario vomitu fuisse reiectam. Eam sequi anginam catarrhalem, inflammatoriam, vel aphthis coniunctam et ab his internam tracheam obducentibus, mucoque purulento pendere, iam formatam difficulter curandam esse. 5. GVLBRAND de femina in grauiditate et lactatione sine infantis sui incommodo frequenter epileptica, et de paralysi menstruis restitutis curata. 6. SAXTORPH de grauida octimestri, de qua propter copiosas haemorrhagias, placentae separatae adscriptas, foetus extractus, conuulsionibus inde et morte sine vlla sanguinis iactura correpta. Celerem vteri euacuationem, lentamque contractionem, qua vasa cerebri et cordis in abdominis vasa se exoneraue-

Vol. I. p. 310. p. 311.

rint,

rint, mobilioresque partes, inprimis cerebrum flaccidum factum, mortis cauſam accuſandam eſſe. 7. SCHOENHEIDER de emetico mucum denſum abundantem eiiciente, apoplexiam ſanante. Eſſe huius morbi tertiam ſpeciem, a copioſo ventriculi muco pendentem, quam nulla ſequatur paralyſis; *cardialgicam* vocat. 8. BANG de ictero periodico nullis remediis radicitus tollendo, tandem veſicatoriis et pilulis ex
p. 312. cicuta perfecte curato; cuius cauſa probabiliſſima relaxatio cyſtidis felleae, affluxu humorum ab ictu hypochondrii oborto producta. 9. KOLPIN de empyemate ſub tendinum ſacrolumbaris in tres priores ſpurias coſtas inſertione, harum contuſionem
p. 313. tribus menſibus poſt excipiente. Tumore aperto primum coſtarum fracturam, de qua, quum illae craſſis muſculis tectae, antea nulla ſuſpicio, fuiſſe detectam. Tumorem aneuryſmatis ad inſtar pulſaſſe, eſſe igitur pulſationem incertum aneuryſmatis ſignum. 10. DE MEZA de quarto febris intermittentis, impetiginem, herpetesque vlceroſos mercurialibus curatos conſecutae, paroxyſmo iuueni letali; mercurialia forte humorem herpetum tantum inuoluiſſe. De gemelli dimidio corpore a ſano ſocio in vtero ita compreſſo, vt gangraena afficeretur. 11. ROGERT de partu, difficili a malo foetus poſitu, et de vero ouap. 314. riorum hydrope poſt mortem detecto. 12. AASKOW de veſicantibus in variis inflammatoriis, cum locali dolore coniunctis, morbis, de iisdem camphoratis toti abdomini applicatis, choleram atrocem ab vſu acrium purgantium natam feliciter tollentibus. 13. SAXTORPH de nonnullis placentae partibus poſt abortum ſeptimeſtrem in vtero relictis, duobus menſibus poſt materiis fibroſis, membranoſis foetidis, et, aqua frigida regioni vteri, in quem iniectiones factae, applicata, maſſa eiecta, quae funiculo vmbilicali praedita, et mola videbatur. Huic forte

ortum

ortum dediſſe relictas illas placentae partes, minusque periculoſum eſſe, totam placentam, quae in vtero non putreſcat, quam laceratae eius partes, magis ad corruptionem procliues, relinquere. 14. CALLISEN de herniotomia crurali ideo funeſta, quod omenti ſectio vnam lineam breuior facta fuerit; fuiſſe enim inteſtinum adhuc ab omento compreſſum relictum. 15. DE BERGER de nauſea, paroxyſmis febrilibus et inflatione ventriculi, inprimis poſt prandium. Omnibus remediis fruſtra tentatis, et vrinam excernendi ac reſpirandi difficultate cum tuſſe purulenta accedente, mortuam eſſe puellam. Ventriculi in vmbilicali et hypogaſtrica regione ſiti pylorum in lumbarem dextram deſcendiſſe, inde recta ad hypochondrium dextrum aſcendiſſe, duodenum poſt iter ſuum ſub veſicula fellea retrorſum flexum recta ſuper renem dextrum deſcendiſſe, iterumque verſus pancreas aſcendiſſe; ventriculum, colon, coecum flatibus diſtentum, in rene ſiniſtro vlcus, veſicam vrinariam contractam, ſanguine turgidam, pulmones contractos, paruulos, tuberculoſos, vlceroſos, et in dextri parte ſuperiore vomicam ſatis amplam. Vitia vero pulmonum et viarum vrinariarum nonniſi vltimis morbi diebus ſuſpicanda. 16. BANG de vago tumore oedematoſo indolente, oculos denique fixius occupante ſanato; de tumore genu fixo dolente, inunctionibus mercurialibus diſſipato; dolore autem inde per totum corpus diffuſo, inprimis accedente odontalgia, cardialgia, punctionibus in pectore cum febre et delirio, venam ſectam, clyſmata relaxantia, camphoram cum moſcho, et veſicatoria ſuris applicata fuiſſe, inde rediiſſe tumorem, tandem ſine aegri incommodo euanuiſſe. Eſſe vero hanc methodum propter celerem humorum infectionem inde oriundam non adeo commendandam. De femina denique arthritide anomala vexata, ſponp. 315. p. 316. p. 317.

taneo vomitu et diarrhoea, ac veſicantibus ſanata.
p. 351. 17. AASKOW de herpete faciei vnguentis retropulſo, indeque orta magna reſpirandi difficultate cum dolore et tumore ſub coſtis ſpuriis lateris dextri; quo tandem aeger mortuus. Fuiſſe lobos pulmonis poſteriores atro ſanguine turgidos, dextram inprimis partem mediaſtini, vt et diaphragma in medio partis dextrae anterioris inflammatum. Nihilominus aegrum non deliraſſe, quum cerebrum non ſimul fuerit inflammatum. Illi tumori vero ortum praebuiſſe hepar a diaphragmate depreſſum. 18. GVLBRAND de vtilitate ſetaceorum et fontanellarum in ophthalmia arthritico-venerea pertinaciſſima viri, et in ſpina ventoſa pueri, ſeſe tumore genu dextri dolente, ſpongioſo, liquore rubro pleno, et
p. 352. vlceribus ſanguinolentis manifeſtante. 19. CALLISEN de epiploocele congenita in cadauere nobilis quinquagenarii reperta, ſymptomatibus poſterioris morbi nullam licet indicantibus. 20. ABILDGAARD de hydropica, in qua primum paruulus tantum tumor in tarſis, et cuius malum remedia non tolle-
p. 353. bant, modo leuabant. In cadauere fuiſſe repertas viginti et duas libras aquae valde acris, duas in colo ſarcomatoſas excreſcentias rubras, ceraſo eiusque pedunculo magnitudine ſimiles, (a quibus purulentas alui excretiones, poſtremo tempore obſeruatas, natas eſſe Auctor putat) et inſignem pinguedinis copiam in meſenterio, meſocolo, inter pancreas et ventriculum, a qua ortum eſſe illum hydropem, cuius ſignum characteriſticum probabiliter ſit flamma ardens per oeſophagum aſcendere viſa, in hac aegra animaduerſa, in alioque a WADIO obſeruato *).
p. 354. Quam ſententiam etiam confirmat 21. DE BERGER, purulentas excretiones autem a muco inteſtinali,

*) Medical obſ. and inquiries by a Soc. of Phyſ. in London Vol. III. p. 69.

nali, ſeu pinguedine meſocoli, per inteſtina deſtillante deriuans. Aliud conſtans phaenomenon in hac obſtructione eſſe dolorem intolerabilem a poplite ad ſuram vſque. Pancreas interdum in eodem eſſe ſcirrhoſum, cancroſum, friabile. Valde laudatur gummi ammoniacum. 22. ENSLER de mercatore p. 355. vitae ſedentariae dedito, icterico, ſex annis ante obitum, et quidem per duos annos intolerabilibus perpetuisque anxietatibus, et horrore ab aqua cruciato. Quae poſtea ceſſare viſa eſſe, permanſiſſe tamen virium et appetitus proſtrationem, maciem, et acceſſiſſe febrem, a qua ptyaliſmo (qui obſtructi pancreatis et ſplenis ſignum pathognomicum eſſe fertur) liberatum aegrum vno anno et dimidio ante mortem dolore et duritie ſub coſtis ſpuriis ſiniſtris, et ardore praecordiorum vertiginem producente vexatum; decocto graminis cum tartaro tartariſato, et ſale ammoniaco leuatum. Repertum nil pingue- p. 354. dinis in omento et meſenterio, hepar ſolito maius, ſcirrhoſum, in variis locis pure plenum, conuexa parte peritonaeo, et, ſubſtantia fibroſa compacta mediante, diaphragmati annexum; in veſica fellea duas vncias bilis atro-viridis, denſae, acris; ventriculum ſub hepate latentem, contractum, pylorum ſcirrhoſum, ſteatomata in omento paruo, ſplenem paruulum, ſpongioſum ex viridi cineritium, exſanguem, inteſtina magna ex parte gangraenoſa. 23. KOELPIN de ſanato emphyſemate vniuerſali, p. 355. inprimis pectoris, dorſi, colli, capitis dextri, in milite ab alto delapſo. Emphyſema non eſſe certum fracturae coſtarum ſignum, nec pendere ab externo, ſed ſaepe ab illo aëre, qui humores animales in quadam parte ſtagnantes degeneresque factos conſti- p. 356. tuit. 24. AASKOW de egregia emeticorum, inprimis ipecacuanhae vtilitate in tuſſi conuulſiua, vulgo *pagana* dicta, in qua ſolus moſchus interdum iuuit.

25. LELLIE de aſcitico ſquilla curato. Quam praeſtantiorem, et alia emetica in ſolo hydrope conuenire, in quo nullum vitium topicum, ſed ſola laxitas vniuerſalis, vel vera diatheſis hydropica, vbi et conveniat paracenteſis. 26. CALLISEN patellam a ſo-
p. 357. la violentia inflexo genu frangi. Calli in fracta patella productionem impediri a ligamento mucoſo, et ſubſtantia celluloſo-glanduloſa, quae in anteriori articuli parte genu extenſo a ligamento cruciato anteriori, et minori trochleae femoris cauitate compreſſa vaſorum prolongationi reſiſtat. 27. DE BERGER de quindecim moſchi granis quater intra viginti quatuor horas in tuſſi conuulſiua ita feliciter propinatis, vt quatuor vel octo doſes ſuffecerint, nec ſumme delicatulis nocuerint, 28. SIBBERN de tertio teſticulo vna cum inteſtino ex abdomine elapſo, et in huius repoſitione detecto. 29. TODE obſſ. de inſitione variolarum. Methodo SCHVLZII praeferendam eſſe inſitionem lanceola, cuius apex ante in pus varioloſum immerſus; delicatulis et ſenſibi-
p. 358. libus variolas minus eſſe pertimeſcendas, pediluuia, ſinapiſmos, et alia optima deriuantia ad affluxum ſanguinis ad caput, innoxium, impediendum parum facere; aërem frigidum varioloſis non vtilem fuiſſe, ſed modo purum in camera parum calefacta.

p. 390. Vol. II. 1. EISCHEL de ſcarlatina epidemica ann. 1776. et 1777. obſeruata. Huius ſymptoma praecipuum dolorem faucium, earundemque et linguae albae mucoſae tumorem fuiſſe, tresque varietates; in prima, quae plerumque in pueris, anim-
p. 391. aduerſum eſſe exanthema aequaliter per totam cutem diffuſum, vno die vix elapſo apparens, et deſquamationem tertio die, ſudore non ſatis critico, ſurditatem cum efflluxu materiae foetidae obſcure tinctae ex auribus, parotidumque tumorem, quas indolentes parumque duras, quarumque ſuppurationem non

non certo criticam fuiſſe, raro apoplexiam eruptionis tempore aegros enecaſſe. In altera exanthema tertio demum die, partiale, raro in facie, ſaepiſſime p. 392.
copioſum in articulis, febrem irregulari modo remittentem, pulſum interdum naturalem, tertio vel quarto poſt eruptionem die deſquamationem, qua in brachiis facta haec obtecta veſiculis ſimilibus albis miliaribus, vel vna maiori conformi illis, quae aphthis maiores, vlceribus venereis ſimiles in hac et tertia varietate, nulla exanthematis eruptione diſtincta, fauces occuparunt. In vtraque etiam ptyaliſmum criticum, eoque interdum remanente a faucibus ad ſcrobiculum cordis vſque calorem vrentem, nec non in altera diarrhoeam criticam, obſeruatam eſſe, criſin vero in omnibus praecipue ſudore abſolutam. Methodus medendi et ſymptomata ſupera- p. 391.
to morbo obſeruata, in quibus cardialgia, tandem deſcribuntur. 2. DE MEZA de eadem epidemia Hafniae aeſtate 1777. obſeruata. Animaduertit p. 392.
aegros in prima varietate maxime affectos, cutem in manibus non farinae, ſed membranularum vel veſicularum ad inſtar deſquamatam, raro mortem, niſi in principio calefacientium, vel in fine aëris frigidi abuſus factus fuerit, ſecutam; Octobri morbum graviorem, praeſertim in faucibus; morbo ſuperato epilepſiam vel phthiſin non adeo pertimeſcendas. 3. BANG autumno 1777 morbum frequentiorem, delicatulis et feminis contagioſum, in eo pulſum celeriorem, quam in alia febre, plerumque tenſum, raro depreſſum, cruſtam ſanguinis pleuriticam, vrinam cum ſedimento albo obſcure flauam; eo durante ſolitos hac aetate morbos non frequentes; hyeme ſequente vero ſimul rheumatiſmos, inflammationes inprimis pectoris, raro febrem putridam; morbo ſuperato raro maniam obſeruauit. 4. AASKOW hyeme 1778. Haf- p. 393.
niae ſcarlatinam cum dolore et tumore externi colli

minus grauem, cum tumore et inflammatione membranae Schneiderianae, alarum naſi vel partium faciei proximarum periculoſiorem, in acceſſu febris putridae vlcera faucium gangraenoſa, vomitum, deliria et conuulſiones, plerumque mala prognoſtica, anginam ſine ſcarlatina minus periculoſam ea, quae cum ea coniuncta et ptyaliſmo, ſudore, haemorrhagia ſeu abſceſſu aurium vel extremi digiti finita.
p. 432. 5. KOELPIN de fiſtula vrinaria in perinaeo, et vrethra perfecte clauſa ſectione curatis. 6. SAXTORPH de aqua frigida et aceto, ad haemorrhagias poſt partum ſiſtendas in vterum iniiciendis. 7. GVLBRAND de maculoſo haemorrhagico WERLHOFII in delicatulo vicenario obſeruato: ſanguinem atrum et foetidum ex ore et pectore copioſe fluxiſſe, collum, pectus et dorſum paruulis atro-rubris, petechiis ſimilibus, crura et femora maioribus, liuidis maculis obtectas fuiſſe, viribus non proſtratis, lingua humida, pura, pulſu molli, paruo, parum frequenti, capite et pectore indolente, leuiter tantum oppreſſo, aluo obſtructa. Methodum antiphlogiſticam fruſtraneam, aegrumque mannatis, et Chinae cortice cum acido vitrio-
p. 433. lico vix aliquot per dies in viuis conſeruandum, in cadauere nil niſi ſuperficialem poſterioris partis pulmonis dextri mortificationem repertam fuiſſe. In morbo hoc raro ſanguinem pariter ac in febribus putridis eſſe diſſolutum, illum vero a ſola hac ſolutione pendentem, non vti has, inficere, nequidem cum aegro dormientes. 8) SCHOENHEIDER de malo hyſterico periodico Chinae cortice curato. 9. BANG tr. de febre putrida, a Collegio medico Hafnienſi 1777 praemio ornatus. Febrem putridam, quondam ſub variis denominationibus cognitam, pariter ac hodie frequentem fuiſſe, vti et ex diariis obſeruationibus in noſocomio Fridericiano
p. 434. ab anno 1757 factis pateat. A maligna difficulter eſſe

esse distinguendam, nec essentialiter differre, Auctoresque in significatione vocis *malignus* inter se non conuenire. Symptomatis primariis et essentialibus febris putridae definitis, ea describuntur, quae in illa cum variolis, angina et pleuritide complicata occurrunt, et docetur, ad quaenam a medico, peripneumoniam a febre putrida distinguente, attendendum. Curatio consueta. 10. SAXTORPH de capite foetus semestris pedibus extracti abrupto, praeter naturali vteri constrictione retento, excreto autem naturalibus ad partum doloribus iterum obortis post constrictionem illam venaesectione et anodynis sublatam. Quibus his in casibus inflammationem impediendam, curamque naturae relinquendam. 11. GVLBRAND nonnullae obseruationes practicae. Feminam affectibus pectoris, deglutitione difficili, et dolore in regione hepatis vexatam, abscessu sub scapula dextra curatam esse. Dolorem fixum in genu a rheumatica febre relictum copiosa vrinae valde salinae excretione dissipatum fuisse. 12. SCHOENHEIDER de mercurio dulci cum duplo sacchari, et pauxillo magnesiae in lacte dando infantibus venereis. 13. DE MEZA de phthisi venerea vnctionibus mercurialibus et ptyalismo curata. 14. BANG de febribus intermittentibus cum aliis morbis complicatis. 15. TODE de hepatitide in viro, ab itinere in Indiam orientalem reduce, ad LINDII modum curata. Multum bilis densae per aluum excretum et ptyalismus morbum sustulerunt. 17. ROGERT de ischuria ab vteri retrouersione anteriori, eo reposito curata in grauida, incuruo corpore diu segetes in campis colligente, placentam parti anteriori annexam gerente. 18. SAXTORPH de ouario dextro permagno materia setacea et pilis pleno, causa retentionis vrinae, aegra viuente vteri prolapsui adscriptae. 19. DE MEZA de hydropica, in qua omnia

p. 435.

p. 436.

remedia fruſtranea, quinque annis poſt diarrhoea foetida colliquatiua ſanata. 20. BANG de oleo Aſphalti in phthiſi nunquam noxio. Paucas ſufficere guttas, breui agere, et inprimis ſi malum recens, pus excernere. 21. CALLISEN de duabus herniis cruralibus raris, de aluo ob inteſtinorum paralyſin obſtructa, de haemorrhagia ani letali etc.

p. 358. Ex *Diarii Medici Londinenſis* Vol. V. 1784. 1. recenſio operis FONTANAE de venenis, quae tantum indicatur. 2. Ex epitome Partis I. Vol. LXXIII. Actorum Societatis Regiae Londinenſis, SCHOTTII Diſſ. de ſarcocele enormis magnitudinis in Aethio-
p. 359. pe *) obſeruata. 3. Mutationes in noua editione
p. 401. pharmacopoeae Edinburgenſis factae. 4. WHITE de natura et cauſis tumorum in extremitatibus inferioribus puerperis contingentium, et de lactatio-
p. 463. ne **). 5. HOWARDI Obſſ. de hydrocele ſetacei
p. 464. ope curanda ***). 6. DENMAN ad SIMMONS obſſ. quibus probatur, iis in caſibus, in quibus extremitates ſuperiores foetus procidunt, partum ſpontaneo foetus motu perfici poſſe. Sunt numero triginta, quatuor earum ab ipſo Auctore factae. 7. WHITE meditationes de natura et cura carcinomatum ad SIMMONSIVM. Malum modo locale optime operatione tolli, ſuffimigiis et emplaſtris puris reſorptionem impediri, adiuuarique actionem internorum remediorum, ſine quibus forte carcinomata curari poſſint; mercurium, cicutam, corticemque Peruuianum effectus ab Auctoribus decantatos non praeſti-
p. 465. tiſſe. 7. HAMILTONI ad SIMMONSIVM documenta de bono opii effectu in gangraena. Tribus aegris opii magnam quantitatem cum fructu dedit.

Libri breuiter indicati et in indice ad miſcellanea relati ſunt ſequentes:

I. BVT-

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXX. p. 645. ſq.

**) Ibid. Vol. XXVI. p. 623. ſqq.

***) Ibid. Vol. XXVII. p. 283. ſq.

1. BVTTER de febre remittente infantum. Lond. 1782. Anglice ſcript. prodiit vero Edinburgi. Ita nominat febrim verminoſam vulgo, a SAUVAGESIO hecticam dictam. Signa diagnoſtica eſſe ſoporem in duplicatura, vigilias in remiſſione febris, capitis ventrisque dolorem, appetitum proſtratum, ſitin mediocrem, faeces mucoſas. Febrem eſſe vel acutam vel lentam, vel cum virium iactura coniunctam. Eius cauſam non vermes, ſed ſaburram primarum viarum. Omnes morbos pendere a principio irritationis, ideoque dolendum, quod remedio ſpaſmos paucis horis tollere valente careamus. In laxa aluo, et lenta febre cicutam adhibendam eſſe. p. 38.

2. GVIL. ALEXANDRI diſquiſitiones de cauſis morborum putridorum Lond. 1781. Anglice ſcript. Has non eſſe calorem, humiditatem, effluuia putrefactorum corporum, diutiorem in locis paludoſis commorationem, ſed motum fluidorum imminutum, aut auctum vna cum nouorum, inprimis antiſepticorum alimentorum defectu. p. 39.

3. HAGENII tentamen noui ſyſtematis artis obſtetriciae Vol. 2. 8. Berol. 1782. Germanice ſcript. Sola forcipe Leuretiana ad foetum capite, aliaque ad eundem pedibus extrahendum, vncisque altero obtuſo, altero acuto vtitur, reliquis inſtrumentis reiectis. p. 40.

4. DIMLERI diſſ. med. difficultates in curatione morborum infantilium obuenientes ſuccincte exponens. Gotting. 1782.

5. BODE diſſ. de ſanguinis detractionis recto vſu in morbis bilioſis. Gotting. 1782. Quando conueniat, et quaenam pericula ea pariat, docetur.

6. BELLII ſyſtema chirurgiae. Lond. 1783. Vol. I. 8. Anglice ſcript. Agit de futuris, ligaturis arteriarum, aliisque remediis haemorrhagiam ſiſtendi, diuerſis ſanguinem mittendi modis, aneuryſmatibus, herniis, haematocele, morbis teſticulorum.

p. 79. 7. LEE de ſingulari phaenomeno in podagrico. Lond. 1782. Anglice ſcript. Aegrum prouecta aetate, et debilem ſedimento vrinae glutinoſo, foetido et viridi fuiſſe alleuatum.

p. 80. 8. Anonymi noua cogitata de vero vſu electricitatis in medicina. Cumberl. 1782. Anglice ſcript. Brachio et manui a fractura male curata emaciato vim et nutrimentum ictibus electricis reddidit, contenditque electricitatem in laxitate parum, magis autem in rigiditate, et tenſione prodeſſe.

9. BLACKII breuis hiſtoria medicinae et chirurgiae ab ortu ad praeſens vſque tempus. Lond. 1782. 8. pagg. 300. Simplex index operum et auctorum de hac materia. Recentiora detecta de analyſi aërum auctori non ex omni parte cognita.

10. I. N. LIEBERKÜHN diſſertationes IV. Lond. 1782. in indice non indicatae. Editae ſunt a SHELDONO: I. de valuula coli, et vſu proceſſus vermiformis. II. de ſtructura et actione villorum in inteſtinis tenuibus. III. de modo vaſa viſcerum iniiciendi. IV. de microſcopio anatomico.

p. 199. 11. NANNONI iudicium de veneno venereo. Florent. 1784. Italice ſcript. Inunctionum mercurialium prae caeteris vtilitatem XVIII obſeruationibus comprobat, auctoritate medicorum in Gallia, Anglia et Italia, in quibus terris optima perluſtrauit noſocomia, fretus.

p. 200. 12. DAWSON de ſecuro et efficaci remedio contra morbos oculorum, et palpebrarum. Lond. 1782. Anglice ſcript. Hoc a NETTLETONO feliciter adhibitum, Auctori ab HEYO communicatum, ex vnciis octo butyri, vna argenti viui in vna vncia aquae fortis ſoluti, drachmisque duabus camphorae in duabus vnciis olei oliuarum ſolutis componitur.

13. GREGORY conſpectus medicinae theoreti-

cae

cae ad vſum academicum. Edit. II^da. 8. Vol. 2. Lond. 1783. prodiit vero 1782 *).

14. THEOPH. SCHAEFFER tentamina theoreti- p. 238.
cae medicinae. Norimb. 1782. Germanice ſcript. de motu et mixtione humorum. A vegetabilibus ad animalia tranſit, neruisque ſummum in oeconomiam animalem influxum tribuit.

15. REIDII tentamen de natura et cura phthiſis p. 239.
pulmonalis. 8. Lond. 1782. Anglice ſcript. Prima periodo inflammatoria rite tractata et ſuperata ipecacuanham omni mane ad leuem vomitum vſque, veſpera vero elixir paregoricum propinandum, malo progrediente illam mane et veſperi, ante cubitum vero elixir vitrioli dandum eſſe.

16. IO. HOWARDI tr. de vi medica mercurii. Lond. 1782. anglice ſcript. Hunc fundere, attenuare, et quodammodo ad putrefactionem diſponere humores, in delicatulis tamen vt ſimplex alterans adhibendum eſſe, applicationes locales, vt et omnia vitriolica, ſaturnina, mercurialia, cauſtica praeparata, vitio locali quidem, non autem vniuerſali mederi.

17. LOMBARD diſſ. de pretio euacuantium in p. 240.
cura vulnerum recentium etc. Argent. 1782. Gallice ſcript. **).

18. MELART diſſert. de tempore exhibendi emetica in febribus intermittentibus maxime opportuno. Argent. 1782. Ante paroxyſmum, primis viis valde repletis, et ſpaſmi tollendi gratia in parua doſi; paroxyſmo finito, primis viis non adeo refertis, ſudorisque excitandi cauſa, exhibenda eſſe.

19. PROSSERI tract. de bronchocele, et methodo eam curandi Ed. III. Lond. 1782. Anglice ſcript. Eam eſſe ſimilem hydropi ouarii.

20. SERAIN nouae diſquiſitiones de generatio- p. 273.
ne

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXVII. p. 579. ſqq.

**) ibid. Vol. XXIIX. p. 433. ſqq.

ne corporum organiſatorum, adi. nonnullae coniecturae de principiis corporum, et noua theoria de terra. Vol. I. 12. pagg. 145. Pariſ. 1784. Gallice ſcript. Coniunctione ſeminis maſculini cum feminino ex ouario in vterum delato produci nonnullas veſiculas, in harum qualibet ſingularem contineri liquorem, ex ea, quae primum mutetur, naſci cerebrum et neruos; hos ad viciniores veſiculas, in quibus humor in ſanguinem conuerſus, peruenientes irritari, veſiculasque contrahendo cor et vaſa formare.

p. 274. 21. MATTHEWS obſſ. de morbis hepatis, quibus Europaei in India orientali ſubiecti. 8. Lond. 1783. Anglice ſcript. De hepatitide, febre bilioſa putrida, et dyſenteria hepatica. Petechias eſſe interdum criticas, morbum venereum et hepatitidem, quum in vtroque malo ſanguis miſſus eiusdem qualitatis ſit, mercuriusque conueniat, analogos eſſe morbos.

22. GARDANE de ſpecie colicae in nauibus obſeruata, in conſeſſu publico Facult. med. Pariſ. d. 1. Sept. 1783. lect. Gallice ſcript. Affici ea ſolos praefectos melancholicos, vitae ſedentariae deditos. Praecipua eſſe ſymptomata flauum oculorum et faciei colorem, defectum virium, vomitum materiae viridis, dolores in regione epigaſtrica, obſtructionem alui frequentem, motus ſpaſmodicos. Falſo ab auctoribus haberi pro bilioſa, ſimilem magis eſſe
p. 275. neruoſae pictonum. Cauſam eſſe metallicas praeparationes ad cameras, in quibus praefecti commorantur, expingendas adhibitas.

23. HENSLERI hiſtoria luis venereae Vol. I. Alton. 1783. Germanice ſcript. *).

p. 276. 24. VIGAROUN obſſ. de complicatione ſymptomatum venereorum cum illis aliorum venenorum, et mediis ea ſanandi. Pariſ. 1784. Gallice ſcript. De compli-

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXVIII. p. 438. ſqq.

complicatione illorum cum ſcrophulis, rheumatiſ-
mo, podagra, rhachitide, cancro, ſcorbuto etc. ſex p. 277.
iuuenum ab vna eademque femina infectorum exem-
plis inprimis illuſtrata. Eſſe mercurialia, praeſer-
tim vnguentum cum antiſcorbuticis, tonicis, dulci-
ficantibus etc. coniungendum, ptyaliſmum vero
euitandum.

25. LOMBARDI diſſ. de vſu euacuantium in cura
tumorum etc. Argent. 1784 *) Gallice ſcript.

26. DE CROIX tractatus phyſicochemicus in p. 279.
forma dialogi adi. tabula combinationum notiſſima-
rum in chemia, cum nomine effectuum earum. Vol.
I. 8. Inſul. 1784. Auctor omiſſionis nouae theo-
riae de aëribus, duorumque aliorum errorum ac-
cuſatur.

27. Anonymus de cura gonorrhoeae, et vna
parte ſequelarum eius. Auguſtae Vindel. 2782. Ger-
manice ſcript. Monet, in ea et ad ſolidorum flui- p. 280.
dorumque qualitatem eſſe attendendum, magnam
eſſe analogiam inter catarrhum, et gonorrhoeam,
inde et inflammatoriam, bilioſam etc. ſtatuendam.

28. MASARS DE CAZELLES de electricitate
medica. Pariſ. 1783. Gallice ſcript. Vſus eſt ea vna
cum aliis remediis in rheumatiſmo, iſchiade, paralyſi,
hemiplegia etc. ſanauitque ſeptuaginta et duos
aegros.

29. Remedium ſummum contra hydropem in
vſum publicum patefactum, Lond. 1784. Anglice
ſcript. Omni biduo, ieiuno ventre, aegro pulueris
ſubtiliſſimi ſeminum Geniſtae vnciam vnam cum vini
albi poculo vno et dimidio per duodecim horas di-
geſtam propinandam, ipſi poſtea per vnam horam
cum dimidia ambulandum, tunc duas vncias olei
oliuarum deglutiendas, et adhuc per horam nil ali-
menti capiendum eſſe.

30. VN-

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXVIII. p. 438. ſeqq.

p. 318. 30. VNDERWOOD tr. de vlceribus crurum cum introductione de exulceratione, et ortu puris boni. Lond. 1783. Anglice ſcript. Vlcera in cruribus propter neruorum paruam in his actionem medicamentis reſiſtere, ideo valde ſtimulantia, et in ſcrophuloſis tale vnguentum, ſetaceumque applicandum eſſe.

31. WOOFFENDALE obſſ. pract. de dentibus humanis, Lond. 1783. Anglice ſcript. Laudantur: arguitur tamen auctor naturae parum relinquere, myſterialem facere, aliorum praxin reiicere, ſaepe tamen nullam meliorem docere. Dentes neruis carere, et variolis affici.

32. LASSVS tentamen hiſtoricum et criticum de detectis in anatomia veterum et recentiorum. Vol. I. 8. Pariſ. 1784. Gallice ſcript. Veteres anatomicos mere philoſophos, non medicos fuiſſe, et
p. 319. anatomiam ab HIPPOCRATE ipſo non ad praxin medicam neceſſariam eſſe habitam. Carolum V. an. 1556. Doctoribus Salamancae conſultis ſectionem cadauerum approbantibus, medicos excitaſſe, inde facta fuiſſe inuenta.

33. CHAMBON DE MONTAUX de morbis feminarum. Vol. 2. 12. Pariſ. 1784. Gallice ſcript. *), cuius libri recenſio promittitur.

34. BALINI ars herniis medendi, opus vtile hoc morbo affectis, in quo melior faſcias aptas conſtruendi methodus deſcripta. Pariſ. 1784. Gallice ſcript. Genera a loco et ſpecies a natura partium contentarum determinantur.

p. 320. 35. De applicatione vtili extracti ſaturnini in affectibus externis. Hal. 1783. Germanice ſcript. In VIII. ſectionibus morbi, in quibus ſaturnina, quae, ne aqua vegeto-minerali excepta, laudata commoda non ſemper praeſtant, et caute adhibenda, applicari ſolent, examinantur.

36. RO-

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXVI. p. 652. ſqq.

36. ROBERT ROBERTSON obſſ. de febre carcerum, noſodochiorum, et nauium. Lond. 1783. Anglice ſcript. Cum LINDIO in principio febris nauium emeticorum et veſicatoriorum, in fine corticis Peruuiani vtilitatem ſtatuit.

37. PARK noua ratio tumores articulorum genu et cubiti curandi ad POTTIVM. Lond. 1783. Anglice ſcript. Exſtirpandam articulationem, relictis integumentis et muſculis.

38. RIGBY tentamen de vſu corticis rubri Peruuiani in cura intermittentium. Lond. 1783. Anglice ſcript. Comprobatur, lectoresque ad SAUNDERSII de hoc cortice obſeruationes legendas excitantur.

39. IO. FRID. KNOK analecta practica de haemoptyſi et ſubſequente pulmonum vlcere. Gotting. 1782. Omnes recentiorum de illa obſeruationes collectae; obſeruatione RICHTERI, in aſthmatica facta, impurae materiae accumulationes, morbo bilioſo vel vermibus productas, cum veris vomicis non confundendas, demonſtratur.

40. CAR. DE MERTENS obſeruationes medicae, Tom. 2. 8. Vindob. 1778. *), quarum epitome promittitur. p. 399.

41. GVIL. CVLLEN primae lineae medicinae practicae 8. Vol. 4. Edinb. 1784. Anglice ſcript. **). Eſt editio quarta auctior et correctior. Promittitur recenſio. p. 400.

42. BENI. BELLII ſyſtema chirurgiae 8. Edinburg. 1784. Tom. II. Reliquis tomis acceptis totius operis dabitur epitome.

43. ALETOPHILI epiſt. ad Diarii medici Veneti ſcriptorem. 8. Miſopol. 1785. pagg. 36. In qua recenſio p. 437.

*) Comment. noſtr. III. Decad. Suppl. IV. p. 688. ſqq.
**) Ibid. Vol. XXVI. p. 399. ſqq.

censio prodromi MASCAGNI de vasis lymphaticis *) vituperatur, et pro iniusta et non exacta habetur. Diarii auctor se ideo defendit.

p. 438. 44. SPENCE tractatus obstetriciae artis theoreticus et practicus, tabulis aeneis illustratus. 8. Edinb. 1784. Solitas in hac re materias pertractat, annexo
p. 439. historico et chronologico auctorum artis obstetriciae catalogo.

45. CHR. GVIL. HVFELANDI diss. med. sistens vsum materiae electricae in asphyxia experimentis illustratum. Gotting. 1783. Examinatis diuersis electricitatis effectibus in sanis et aegris asphyxiae duo distinguuntur status, in quorum vno irritabilitas penitus, altero non plane destructa. Puellam trium annorum, ex fenestra duodecim pedes super terram delapsam, mortuamque visam a SQUIRIO, teste HAWE-
p. 440. SIO, viginti minutis post, quum nec pulsus, nec respiratio percipienda, scintillarum extractione frustra tentata, decem vehementibus ictibus mediante lagena pectori illatis percussam, viginti et quinque minutis post suspirasse, non autem manifesto respirasse, pulsu simul obscuro. Aliis tribus ictibus datis vomuisse, clamasse, ex vena secta tamen nil sanguinis effluxisse. Debilioribus tandem quatuor aliis in pectus factis impulsibus respirationem et pulsum plane rediisse. Praeter id adhuc alia sunt collecta exempla.

Praeterea in hoc Diarii tomo continentur:

p. 37. 1. De methodo componendi tincturam neruinam BESTVCHEFFII, alias dictam guttulas ducis (*General*) LA MOTTE.

Patefacta est Petroburgi a VINTERBERGERO, b. MODELII nepote, ideo a Russiae Imperatrice tria millia monetarum, *Rubel* dictarum, dono accipiente. Mixtura est primum rubra, tum soli in vasis clausis expo-

*) vid. Comment. nostr. Vol. XXVI. p.

expoſita limpidiſſima alba, a ſole remota, vel aëri expoſita flaua, ex duodecim vnciis ſpiritus vini rectificatiſſimi et drachmis tribus cryſtallorum ſalis martis, in aëre liquefactarum, et ex ſex pyritae vulgaris ſulphurei, aut ſulphuris caballi, duodecimque mercurii ſublimati corroſiui in iaſpideo mortario mixtis libris, ſextupla vel octupla ſublimatione igne moderato ſenſim aucto facta, poſthaec maſſae poſt omnes ſublimationes remanentis cum triplo aquae deſtillatae pondere ebullitione, deinde colatura, (cum hac tum illa noua affuſa aqua bis repetenda) in cucurbita vitrea lento, ſenſim aucto, igne ad ſiccitatem vſque deſtillata, ortarum parata.

2. De praemiis diſtributis, quaeſtionibus propoſitis, aliisque actis a Societate regia medica Pariſina in conſeſſibus publicis die ſecundo Martii *), die 31. Auguſti, anni 1784 **), et die 15. Februarii anni 1785. ***) habitis. p. 197. p. 395. p. 179.

3. Obſeruationes meteorologicae Lutetiae Pariſiorum et Inſulae Ianuario 1784. factae. In prima vrbe atmoſphaeram modo frigidam et ſiccam, modo frigidam et humidam nebulis et niue coniunctam, aſthma, catarrhos chronicos ſenibus, cacochymicisque funeſtos, rheumatiſmos pectorisque affectus, pauperibus nociuos, colicas, diarrhoeas, dyſenterias febres ephemeras et catarrhales, putridas et malignas, peripneumoniae ſymptomatibus complicatas, generaſſe: in altera frigus autem continuatum, atmoſphaeram plerumque nebulis et niue impraegnatam febribus et affectibus catarrhalibus pectoris, gulae, oculorum, aurium, pleuropneumoniis, rheumatiſmis et infarctibus imi ventris inflammatoriis, apople- p. 278.

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXV. p. 715. ſqq.
**) Ibid. Vol. XXVI. p. 174. ſqq.
***) Ibid. p. 705. ſqq.

apoplexiis, phthiſi, febribus lentis, intermittentibus, continuis putridis anſam praebuiſſe.

p. 317. 4. De quaeſtione, theoriam Crawfordianam de igne attinente a Societate Harlemenſi Maio 1783. propoſita *).

5. SEGEV non tantum in obſtinata gonorrhoea, ſed et aliis ſymptomatis luis venereae infuſum ex vncia vna cum dimidia ſiccae radicis ſaponariae officinalis, et dimidia vncia ſiccae herbae eiusdem plantae cum tribus menſuris (*pinta*) aquae paratum feliciter adhibuit. Vnam vel duas menſuras iſtius ſufficere quidem, in grauibus caſibus plantam in pulvere, vel extracto, nec non in vlceribus venereis externe puluerem decoctumque illud fomenti loco applicandum eſſe.

p. 397. 6. ROENNOWII de arſenico, cancri antidoto, ſcriptum, quod in actis acad. Suecic. Holmienſ. indicatum, nunc ex noſtris Commentariis recenſitum;

p. 398. ſimulque ex mente CARBVRI oſtenditur, loco flaui arſenici, cuius actio forſan a ſulphure illi immixto pendeat, vſum rubri ſeu riſigalli, vt minus cauſtici, tentandum eſſe.

p. 440. 7. Collectio diſſertationum ab Acad. Reg. Chirurg. Pariſ. praemio ornatarum Italice verſ. Voll. XVI. 12. Venet. apud Io. Mar. Baſſalia.

8. Noua editio verſionis Italicae Dictionarii Chemici MACQUERI c. ann. SCOPOLI Voll. X. 8. apud Laurent. Baſeggio.

9. Verſio Italica Lection. Element. Hiſt. Nat. et Chem. FOURCROY c. Ei. commentation. chem. Voll. IV. 8. apud eundem prodiit.

II.

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXV. p. 561.

II.

A treatiſe of the materia medica, by WILLIAM CULLEN, M. D. Profeſſor of the practice of phyſic, cet. Volume I. Edinburgh MDCCLXXXIX. printed for Charles Elliot. 4. pagg. 432. pref. et contents pagg. XXIV.

i. e.

Tractatus de materia medica, per GVILIELM. CVLLEN, M. D. Profeſſ. med. pract. cet. Edinburgi. Vol. I. 4. 1789.

Lectiones (lectures on the mat. med.), quae quondam ſub nomine auctoris prodierant, reiicit, vtpote mendis refertas, et cum correctiones et ſupplementa, quae ad emendandas eas neceſſaria fuerant viſa, addere abs re iudicaſſet, nouum prorſus opus molitus eſt, quod iam publici facit iuris. Praef.

Non ab omni parte abſolutum ſuum librum, operibus LEWISII (editi ab AIKIN), BERGII, MVRRAYI eſſe ſupplendum, optimorum ac fere vnicorum de materia medica auctorum, laude dignorum.

Medicamenta a ſe omiſſa omittenda eſſe viſa, omittenda vero, quae viderentur, ab ipſo eſſe recenſita ideo, vt falſa ſuper iis olim relata redargueret.

Vol. I. Hiſtoria materiae medicae. Introductio. Conſp.
Cap. 1. de actione generali medicaminum in corpus humanum. De temperamentis in genere; de temperamentis in ſpecie. Idioſyncraſiae. Cap. 2. de diverſa medicamentorum virtutes cognoſcendi ratione. Cap. 3. de optimo ſchemate tractandi de medica materia. Pars I. *De alimentis.* Cap. 1. de alimentis in genere. Cap. 2. de alimentis ſingulis. De re coquinaria ciborum. Cap. 3. de potulentis. Cap. 4. de condimentis. Vol. II. Pars II. de medicinis.

Cap. 1. Adſtringentia. Cap. 2, Tonica. Cap. 3. Emollientia. Cap. 4. Corroſiua. Cap. 5. Stimulantia. Cap. 6. Sedatiua, narcotica. Cap. 7. Refrigerantia. Cap. 8. Antiſpaſmodica. — De actione medicaminum in fluida. Cap. 9. Diluentia. Cap. 10. Attenuantia. Cap. 11. Inſpiſſantia. Cap. 12. Demulcentia. Cap. 13. Antacida. Cap. 14. Antalkalina. Cap. 15. Antiſeptica. Cap. 16. Errhina. Cap. 17. Sialagoga. Cap. 18. Expectorantia. Cap. 19. Emetica. Cap. 20. Cathartica. Cap. 21. Diuretica. Cap. 22. Diaphoretica. Cap. 23. Menagoga.

p. 1. *Hiſtoria materiae medicae.* Medicamenta priſcis temporibus inueniebantur, tum inſtinctu, qui in certis morbis praeualet, tum obſeruatione curarum ſpontanearum vi naturae effectarum, tum erroribus in delectu alimentorum caſu commiſſis, tum vero conatibus fortuitis, ad quos dolor et deſperatio non raro trahunt. Vrgebat malum et ad remediorum excogitationem incitabat. Qui ex profeſſo medicinam tractabant homines, primi, quod ſcimus, Aeſculapii ſacerdotes erant in Graecia, tunc fere vnici. In Aeſculapii templis quaſi theſaurus eruditionis medicae aſſeruabatur, inprimis materiae medicae, cum, qui ex morbo quodam reconualuerant, tabulas votivas ibi affigerent, quibus cum natura morbi, tum remedia, quae vſui fuerant, inſcripta erant. Hae primae artis ſcholae; hinc primi medici practici exibant, HIPPOCRATES inter caeteros, cuius tamen ſcripta, vt hodienum exſtant, variorum variae aetatis auctorum eſſe deprehenduntur, nec ideo aliquid certi ad materiae medicae hiſtoriam illius aeui conferunt. Quid? quod nomina rerum tunc vſurpatarum vix ac ne vix quidem ſint iam cognita. Et iudicium decretorium de medicinis tunc vacillabat, et morbi, eorumque circumſtantiae ſpeciales raro addi ſolebant.

p. 5. Lenti huius artis progreſſus poſt Hippocratem, empiriſmi

piriſmi fata, medicinae in Italia primordia. ERASISTRATI inſtitutio methodiſmi; quantum materiae medicae obfuerit.

CELSI laudes; medicamenta ab eo propoſita, nobis fere ignota, parum faciunt ad noſtram artem. Eius de nutrimentorum facultate iudicium ſuſpectum de medicamentis ſcientiam quoque dubiam reddit. Tunc antidotorum primo inualuit inane ſtudium, quamquam et antea NICANDRI futilitas in eo deſudauerat. p. 7.

SCRIBONII LARGI eadem negligentia in denotandis morborum circumſtantiis, quibus medicamenta, dubiis nominibus inſignita, reſponderent, eadem externorum remediorum luxuria. Andromachianae theriacae inſania. p. 9.

DIOSCORIDES ille celebratus, quam parum ad rectam materiae medicae notitiam contulerit. Dubia eius nomenclatura rerum, quibus nimis multas attribuit virtutes, easque admodum incredibiles, nullo ad peculiarem morbi rationem habito reſpectu. Similiter PLINIO Cel. Auct. derogat fidem, qui materias medicas compilauerit. p. 11.

Ad GALENVM pergit, qui omnium medicamenum facultates qualitatibus iſtis quatuor generalibus comprehendit, calido, frigido, humido, ſicco, quae tamen in natura rerum poſitae eſſe omnino non videntur. Iudicii eius peruerſi de virtute remediorum, atque ſuperſtitioſae credulitatis exempla proponit. Quem, cum fere nihil materia medica dignum protulerit, tamen per 1500 annos ſecuti ſunt innumeri Aſiae, Africae, Europae medici, iurati in verba magiſtri. p. 13.

Caeterorum Galeni ſectatorum tum graecorum, tum arabum quosdam perſtringit, atque de medicinae facie ſub inſtauratione ſcientiarum in Europa poſt Conſtantinopolin captam quaedam addit. p. 17.

p. 20. Somnolentia illa atque medicinae profectibus pernicioſa adulatorum Galeni indolentia eadem ſemper manſura erat niſi chemicorum iſtius temporis audacibus perculſa eſſet periclitationibus. Hi, quamquam ab elegantioribus diſciplinis remotiſſimi, remediis tamen efficaciſſimis inſtructi, morbos debellare coeperunt, quibus illorum inertia arma nequaquam hactenus fuerant paria. PARACELSVS.

p. 23. Chemicorum ſectam primo Germani, dein Angli amplectebantur. Chemiae ad medicaminum virtutes explorandas inanis adhibitio, quae ſub TOURNEFORTIO, HERMANNO, FLOYERO inualuit. GESNERI
p. 29. laudes, RAII, BOYLEIque iuſta aeſtimatio. Iam *Stahlianorum* myſterioſa ſubtilitas materiae medicae ſcientiam reſpuerat, cum interea corpuſcularis philoſophiae dogmata BOERHAAVIVS longe lateque per orbem terrarum diſſeminare adniteretur. Sed philoſophia, nupera aetate, ſolidius culta et chemia, priſtinos ſuos errores iam emendans, fabulas et inania commenta nos reiicere ambae docuerunt, viamque patefecerunt ad veriorem de medicaminum virtutibus ſcientiam.

p. 33. Ad ſingulorum iam de hac arte ſcriptorum notitiam pergit. I. SCHROEDER, paracelſiſtas et Galenum ſecutus, huius errores cum luxurioſa compoſitionum farragine iſtorum hominum combinat. I. BAVHINVS compilatorem ſe ſtrenuum geſſit veterum de medicinis eorumque virtutibus placidorum. Nec melior SIMON PAVLI, nec WEDELIVS. CHOMELIVS vero, etſi aliam melioremque ingreſſus viam, tamen iudicium diſcernens non adhibuit.
p. 38. GEOFFROYI quanta fuerit credulitas, quamque temere in relationibus eorum acquieuerit, qui ante eum ſcripſerant, exemplis docet. LIEUTAUDI errores. VENELII laudes.

Chemi-

Chemicam medicamentorum indolem diligen- p. 44.
ter perſcrutatur CARTHEVSERVS, ſed virtutes iis
inconſulto adiudicat, quemadmodum exemplis de-
monſtratur. Nihil ad materiae medicae emolumen-
tum adiecit CRANZIVS. SPIELMANNVS caſtior in
adiudicanda medicaminibus virtute, ſed breuitate
obſcurus.

Merita MVRRAYI in materiam medicam ſum- p. 48.
ma. LINNAEVS. BERGII iuſtae laudes.

ALSTONVS veterum aemulus; HILLIVS futilis; p. 51.
vnus inter Anglos memorabilis LEWIS; RVTTY
contemnendus.

Cap. I. *De actione medicaminum generali.* Senſiles p. 57.
ſupra totum corpus diſparſi nerui impulſus a rebus
externis factos communicant cum cerebro, in quo
ſenſatio, dein volitio oritur, quae reagit, motumque
ibi orſum per neruorum tractus deriuat in muſcu-
los; inde horum contractio, actioque neceſſaria.
Haec corporis conditio, qua ad impulſus a rebus
alienis accipiendos aptum fit, *ſenſibilitas*, muſculo-
rum vero aptitudo ſeſe contrahendi mediantibus
neruorum aliarumque rerum incitamentis, *irritabili-
tas* dicitur. Vtramque afficit medicina, ſed vario
modo, reſpectu certe diuerſarum corporis conſtitu-
tionum, quas *temperamenta* vocamus. Haec 1. in p. 62.
ſtatu ſolidarum partium ſimplicium, 2. in ſtatu flui-
dorum, 3. in diuerſa proportione ſolidorum et flui-
dorum in corpore, 4. in diſtributione fluidorum,
5. in ſtatu vis neruoſae conſiſtunt; quae quidem
ſingula fuſius, ſubtiliusque pertractat. Senſibilitas p. 90.
pendet vel a ſtatu partium ſentientium (vis nerueae
mobilitate diuerſa et tenſione varia extremitatum
ſenſilium) vel a ſtatu ſenſorii communis, qui nititur
vel generaliori fibrae medullaris nerueae conditione,
vel varia vaſorum ſanguiferorum in cerebro tenſio-
ne, vel peculiari ſenſorii charactere et aptitudine ad

facilius difficiliusue recipiendas ſenſationes gratas, ingratasue.

p. 98. Irritabilitatem partium mouentium pertractat et ambiguus fluctitat inter varias de ea opiniones, vtrum vis muſculari fibrae inſita ſtatuenda, an omnia irritabilitatis phaenomena ad neruorum vim ſint referenda.

p. 106. Robur et debilitas corporis tota nititur energia cerebri et inde pendente vi muſculis inſita.

p. 112. Modus, quo ſingularia ex his conficiuntur temperamenta, inter quae primo *ſanguineum*, quippe quod maxime perſpectum habeat, graphice deſcribit (calidum et humidum veterum eſſe credit), deinde *melancholicum*, illud ſexui femineo, hoc maſculino communius eſſe putat.

p. 116. Quomodo reliqua temperamenta ex his naſci poſſint, coniectura aſſequi conatur.

p. 118. Nec vero ſolum ratione temperamentorum vario modo in corpus humanum agunt medicamenta, ſed et ratione peculiaris illius corporum partiumque conſtitutionis, quam *idioſyncraſiam* vocant, quae a temperamentis prorſus aliena eſſe videtur. Rem exemplis illuſtrat. Conſuetudo. Sympathia partium corporis, inprimis ventriculi cum caeteris partibus.

p. 124. Medicamenta fere vnice in ventriculum agere, ſicque hoc peculiariter affecto effectus ſuos edere in reliquum corpus, nec maxima ex parte in vias ſecundas transgredi, quinque argumentis adſtruere conatur.

p. 131. Cap. 2. *De varia medicamentorum virtutes cognoſcendi ratione.* Chemica exploratio, botanica affinitas, qualitates ſenſibiles, et experientia huc faciunt.

Deſtillatio ſicca expectationi non ſatisfecit, ideo chemica reſolutio blandior introducta, quae partes corporum conſtitutiuas integras ſeparare poſſe credebatur; in quo tamen ſaepe fefelliſſe conſtat.

ſtat. Vtut ſit, (pergit) virtutes rerum ignotas nec haec quidem inuenit, quamquam qua potiſſimum in parte virtus reſideat, quaue forma concentrari optime poſſit, definire valeat. Chemiae merita caetera in medicinam.

Plantarum affinitas ſexualis magnum adiumentum praeſtat in inuenienda plantae ſimilis, quamuis nondum expertae, efficacia per analogiam. Exceptiones ſcitu dignae, quae praecautionem hic ſuadent. Vnius eiusdemque plantae partes viribus differunt. p. 135.

Subſtantiae, quae nihil odorati, nihil ſapidi offerunt, inertes reputandae, exceptis paucis, quae emolliente, demulcente, nutriente vi poſſunt eſſe praeditae. Sed ſapores varii quo modo ſint diſtinguendi, quibus nominibus inſigniendi, non patet; pauci inter eos determinatam et a quolibet intellectam, receptamque notionem prae ſe ferunt; multo minus odores. Quam late pateant acria, nauſeoſa, inter omnes conſtat. p. 139.

Quantum iudicii neceſſe ſit in determinanda vi medicamentorum ſecundum experientiam, fuſius demonſtrat, exemplis a falſa, vti nominat, experientia deductis. p. 142.

Cautelae circa experimenta in brutis inſtituta. p. 153.

Medicaminum effectus, ſi cum ſanguine e vena ſecta emiſſo mixta fuerint, nihil docent, neque ſi venis ipſis animalium iniiciantur.

Quod ad ordinem pertinet, quo materia medica optime poſſit doceri, alphabetica ſeries medicaminum inter omnes minime eſt vtilis; non melior diviſio ſecundum partes, i. e. radices, folia, flores, quae in medicina adhibentur. Sexuale vero et naturale ſyſtema concinniorem ſane offerrent ordinem, niſi et ipſa adhuc magnis laborarent imperfectionibus. Reſtat, vt ad certas indicationes generales remedia ſingula ſint referenda, ſi rite omnia vno quaſi obtutu p. 158.

tutu intueri velimus; isque omnium optimus videtur esse ordo pertractandi materiam medicam.

p. 161. Vocum latinarum, quibus vis medicamentorum in scriptis medicis exprimitur, *nomenclatura*, eiusque recensio. Abluentia vsque ad vulneraria.

p. 191. Materia medica constat ex
Nutrimentis, quae sunt *cibi*, *potus* et quae cum his assumuntur *condimenta*;
Medicamentis, quae agunt in
Solida simplicia (*adstringentia*, *tonica*, *emollientia*, *erodentia*)
viua (*stimulantia*, *sedantia* [narcotica, refrigerantia] *antispasmodica*),
Fluida, immutantia
fluiditatem (*attenuantia*, *inspissantia*)
misturam, acrimoniam corrigentia
in genere (*demulcentia*)
in specie (*antacida*, *antalkalina*, *antiseptica*)
euacuantia (*errhina*, *sialagoga*, *expectorantia*, *emetica*, *cathartica*, *diuretica*, *diaphoretica*, *emmenagoga*).

p. 193. Catalogus rerum specialium, earumque nomina pharmaceutica, systematica, anglica. In quibus nonnulla adhuc inertia deprehenduntur, perpauca efficacium desiderantur.

p. 218. P. I. Cap. I. *De alimentis in genere.* De natura fluidorum corporis humani. Gluten, serum, globuli sanguinis rubri.

Partes vegetabilium, quae nutriunt, constitutiuae; acidum, saccharum, oleum. Pauca de amylo, de mucilagine.

p. 241. Cap. II. *De alimentis in specie. Vegetabilia. Fructus acido-dulces* (horaei). Leniter stimulant, refrigerant,

gerant, putredini reſiſtunt, ſi modice adſumuntur; nutriunt leuiter. Diarrhoeam, aciditatem in ventriculo procreant, ſi intempeſtiue aut nimia quantitate deuorantur. Vires diureticae eorum dubiae; in quo quidem non conſentimus. Drupaceae (ceraſa, mala) facilius digeruntur et aceſcunt in ventriculo, quam pomaceae (inter quas et aurantium et limonium refert, quae in condimentis ponenda erant). Ribeſia, vaccinia; uvae omnium fructuum horaeorum et tutiſſimae ſunt vſu, et maxime nutrientes. Caricarum et dactylorum vis nutritiua. Vtrum ante, an poſt prandium fructibus veſci fas ſit, vtrum ſeorſim an vna cum lacte, vt in Anglia moris eſt, diſputat. p. 253. p. 256.

Cucurbitaceae. *Cucurbitae* ſatis maturae farinaceam acquirunt facultatem. *Cucumerum* immaturorum difficilis inque aceſcentiam prona digeſtio. *Melones.*

Folia et caules plantarum. Oleraceae (*Spinachia*, *Malua*) perperam laxantes dicuntur, cum omnia vegetabilia paulo liberalius aſſumta idem praeſtent. p. 259.

Siliquoſae. *Braſſica oleracea;* omnes huius varietates eadem fere nutritiua qualitate pollere dicit, quamquam non in pari copia. *B. oler. botrytis* ſ. *cauliflora* tenerrima, facillima digeſtu, minimeque flatulenta. *B. ol. ſabauda* dulcior ipſi et tenerior videtur eſſe prae reliquis braſſicae ſpeciebus, quarum foliis veſcimur. *Br. ol. capitata* plurimum inter caeteras nutrimenti ſuppetere ei viſa, ſed et maxime flatulenta eſt, ob ſuccum ad fermentationem pronum. *Braſſicam gongylodem* commendat ob teneram dulcemque, quam praebet, eſcam; ſane valde nutriens eſt. Sed quod antea, quam ipſe illam coluerit, numquam in Anglia nec cultam nec notam fuiſſe opinatur, in eo falſus eſt. Credit flatulentiam braſſicarum longa coctione minui, in quo etiam falli videtur. p. 261. p. 262. p. 263.

Braſſi-

p. 264. Braſſicae fermentatae (*Sauerkraut*) mentionem facit, rectèque iudicat et aërem fixum hac operatione emitti et aptiſſimam ipſam ideo fieri ad ſcorbutum et praeuertendum et curandum.

Inter ſemifloſculoſas refert *lactucam*, parum nutrientem, quamdiu cruda aſſumitur vt plerumque; cocta vero fit dulcior, magisque mucilaginoſa, ideo-
p. 265. que magis nutriens. *Cichorii intybi*, *endiuiae*que foliorum nullus vſus eſt, niſi dealbatione (in cellis) amaram acrimoniam perdiderint. Tunc mitia fiunt et dulcia. Idem de *taraxaci* foliis dicendum, quae vere primo, dum e talpae collibus propullulant, effodiuntur albida, tenella, medica virtute orbata.

Vmbellatarum vnam recenſet *Apium graueolens*, ſ. paluſtre, quod etiam ad ſcopum culinae, niſi de-
p. 266. albatum, aſſumi negat. *Scolymi cynarae* dein mentionem iniicit, cuius receptaculum aqua coctum mitem, dulcem, mucilaginoſam denique eſcam praebe-
p. 267. re aſſerit. *Aſparagi* turiones coctos, teneros eſſe et dulces, et mucilaginoſos, valideque nutrientes. Vires diureticas ipſis ſtrenuas ineſſe negat.

p. 268. *Radices*. In vniuerſum plus alimenti continent, quam folia eiusdem plantae. *Siliquoſae*. *Raphanus* largam praebet nutritiae materiae quantitatem in ſubſtantia corticali ſitam. Raro eſſe flatulentum
p. 269. contendit, quod nobis non ita videtur. Rapa aquoſus et tener cibus, facilis digeſtionis, parum flatulentus; id quod dubium eſt. Flauam (*turnip*) dulciorem et magis eſſe mucilaginoſam pronunciat, itaque magis nutrientem. Neque napum, neque rapam, a vaccis commeſta, odore ſaporeue ingrato, lac inficere vt carnem, niſi tunc forſan, cum quid foliorum harum plantarum marcidorum vna ingeſſerint armenta.

p. 270. In numero radicum vmbellatarum ponit *daucum carotam*, quae etſi ſacchari ſolidi fere nihil dat, tamen ſuccum

ſuccum dulciſſimum melleumque largitur in nutritiae qualitatis teſtimonium. Mucilaginis copia impedit ſacchari ſolidi geneſin. Experimenta in ſaginatione brutorum inſtituta demonſtrant nutritiam eius vim non leuem. Teneram hominibus, nec adeo flatulentam, praebet eſcam. Et *paſtinacae radix* quantopere alat, ex iisdem experimentis patet. Dulciſma et mucilaginoſa, nec tamen grata eſt palato multorum hominum. Idem fere de *ſiſaro* dicendum, quod, MARGGRAFIO teſte, multum ſolidi ſacchari patitur vt ex ſeſe eliciatur. Inter ſemifloſculoſas *ſcorzonerae* et *tragopogi* radicem refert, quas habitu et qualitatibus ſimiles cenſet eſſe. Lacteſcunt ſucco ſingulariter miti atque dulciuſculo, tamen non magna nutritiae qualitatis ſigna prae ſe ferunt. Coctae tenerae, nec valde flatulentae ſunt. p. 271.

In Alliacearum ordine *allium ſatiuum*, *ſcorodoprafum* atque *aſcalonicum* condimentorum nomine veniunt. *Porrum* vero et *cepa* pro cibis comeduntur, ſat nutrimenti dant, quod eo magis apparet, ſi cocta fuerint. Tunc enim, acrimonia diſperſa, dulcedo quaedam et mucilago prodit. p. 272.

Solanum tuberoſum inter farinacea recenſet inferius.

Semina plantarum. Praecipuum haec hominibus alimentum ſuppeditant in toto ferme orbe terrarum. Farinam, quam alibilem HALLERVS dixit, ex ſaccharo et oleo compoſitam eſſe ait, nullis, vt nobis videtur, experimentis ſuffultus. p. 273.

In *cerealia*, *legumina*, *nuces oleoſas* diuidit ſemina, quorum prima ſacchari multum, minus olei, ſecunda paulo plus olei, quam ſacchari, nuces vero multo plus olei continere ſibi perſuadet. Quo magis autem farinacea ſemina alant, eo etiam plus olei ea fouere. Sub Cerealibus comprehendit maxime ſemina graminum et plantarum culmiferarum, quae fere omnes, vt recte opinatur, farina ſcatent. p. 274.

Hordeum.

p. 275. *Hordeum.* Si in fermentatione vinoſa cerealia ſaccharum ſuum expediunt, hoc praeprimis de hordeo dicendum. Inde cereuiſiarum genera. Hordeum caeteris cerealibus minus videtur olei continere, hinc plenior, faciliorque germinatio, hinc minor nutritiua qualitas, quam exemplis confirmat. Non, niſi germinauerit, antiſepticas edit vires. *Primum ſe* docuiſſe, ſaccharum commune eſſe antiſcorbuticum, hoc tamen, niſi farinoſis aut oleoſis partibus iunctum ſit, tam larga non poſſe aſſumi quantitate, fatetur. Neceſſitas abluendi hordeum decorticatum, ſi ptiſanam ex eo conficere velis.

p. 276. *Secale.* Prae caeteris facilius aceſcit. Scotiae incolis, ſecalino pani non aſſuetis, aluum reddi laxam, ſi quando illum comederint.

p. 277. *Milium;* raro adhibetur in Scotia. Aliquid habet dulcedinis, in aceſcentiam parum ruit, facilis videtur eſſe concoctionis. Aluum adſtringere poſſe, dubitat.

p. 278. *Oryza.* Parum dulcedinis habet, aegre aceſcit, nec facile fermentationem ſubit. Cum itaque ex totius Aſiae experimento conſtet, valdopere eam eſſe nutritiam, credibile ipſi quoque videtur eam abundare oleo, quod tamen intime ſit ſaccharo iunctum. Eius vſum oculos oſtendere, pro fabula habet. Si in diarrhoeis iuuat, demulcente vi ſua, non adſtringente quadam facultate hoc praeſtat, quae nulla eſt.

p. 279. *Auenam* optime alere, ex Scotiae incolarum, robuſtiſſimorum hominum, exemplo demonſtrat, qui maxime ea vitam ſuſtentant. Parum dulcedinis, ſed maiorem olei partem fouet, id quo guſtu percipitur, ſi toſta fuerit. Nulla ipſi ineſt, nec pani ex ea confecto, amaritudo, vt quidam ſunt opinati. Non maiorem quam alia cerealia oſtendit aceſcentiam, germinata facile fermentat, cereuiſiam gratam (*non amaram*) ſuppeditat. Principium refrigerans nullum

lum habet, nec tamen calefacit; neque, vt ferunt, cutaneas affectiones procreat. *Potus auenaceus* (watergruel) quo pacto optime praeparetur, docet. Farinae auenaceae vncia in tribus aquae ſextariis (*quart*) ad reſiduum duorum ſextariorum coquitur, decoctum ſeponitur, limpidus, qui dein ſupernatat, liquor decantatur, qui ſaccharo, acidis, aromatis conditur, pro lubitu. p. 280.

Zea Mais. Optimam largitur farinam, quae multum inſeruit nutritioni tam hominum, quam brutorum. Difficulter fermentat, ſed triticea farina addita panem conſtituit ab omnibus partibus abſolutum.

Triticum. Panificia ex tritico perfectiora ſunt, quam ex alia farina. De *pane* in genere. Si cibum manducamus, neceſſe fere ad expeditiorem digeſtionem eſt, vt et dentibus ſubtiliſſime conteratur et cum ſaliua intime commiſceatur, adque adeo in os vna ſumamus materiam quandam aridam, friabilem vix ſapidam; huius tenoris panis eſt, qui ſimul nutrit. Omnium pene gentium is mos, ea conſuetudo eſt. Farina per ſe ad panem conficiendum adhibita, quaequae ſit, non panem ſiccum efficit et friabilem, vtvt calore fornacis coquatur. Medio opus erat; fermentum hinc excogitatum. Paſta farinacea addito fermento fermentat, aërem extricat; coquitur, aër contentus, calore expanſus, maſſam ſpongiae ad inſtar difflat et panis fit tener friabilis, cum ſaliua et reliquis cibis miſcibilis. Verum non omnes farinae cum aqua depſatae in tam perfectum poſſunt mutari panem; nec fermentum aliquibus, nec faeces aut flos cereuiſiae ſufficiunt, niſi triticea fuerit farina. Paſta triticea, vel ſola ſibi commiſſa, fermentationem ſubit et coctione ſicciſſimus, tenerrimusque fit inde panis. Quae quidem huius farinae praeſtantia tam late patet, vt aliis farinis, ad panificium fere ineptis, p. 281. p. 282. p. 283.

adiecta

adiecta ſuam impertiat facultatem, perfectum procreandi panem. A BECCARIO quondam (1728?) inuenta in tritico *materia peculiaris glutinoſa*, probabiliter in cauſa eſt praeſtantiae illius farinae triticae, cum materia iſta glutinoſa ex tritico ſeparata, vel ſola farinoſis refractariis immixta, eundem praeſtet
p. 284. effectum panisque perfectus iam naſcatur. Efficiatne haec glutinoſa materia, animalis fere naturae, vt triticum plus praebeat alimenti, nondum liquet, cum probabile ſit, eam et in aliis cerealibus latere.
p. 285. Ex vſu farinoſorum non fermentatorum *glutinoſum* ſic *dictum* pingue naſci et lentoris humorum et obſtructionis cauſam eſſe, BOERHAAVIVS et SWIETENIVS opinabantur. Concedendum, farinam omnium maxime reddi ſalubrem, ſi poſt iuſtam fermentationem rite cocta et in panis perfecti formam redacta fuerit; concedendum, farinoſa non fermentata infantum paruulorum morbis occaſionem poſſe praebere; at periculum inde metuendum nimis exaggeratum fuit. Et non fermentata farinoſa quam ma-
p. 286. xime ſalubre homini praebent alimentum. Aſia omnis oryza cruda victitat et America item zea non fermentata vtebatur ante COLVMBI aduentum, atque etiamnum vtitur. Sic et in Europa farinoſis omnis generis non fermentatis vti mos eſt; impune prorſus.

p. 287. *Fagopyrum* pabulum auibus largum praebet, ideo nutritium putandum.

p. 288. *Sago* ex pluribus arboribus depromtum videtur. Iaponenſes aliosque indos orientales quam maxime hac caudicum medulla victitare, notum eſt; gelatinoſa inſuper eius natura vim nutriendi non leuem demonſtrat.

Salep. A pluribus orchidum ſpeciebus hanc radicem in Oriente capi ex MOULTII relatione patet.
p. 289. Auctor noſter ex O. *bifolia* Sálep tam perfectum naſci vidit, quam quae e Turcia ad nos defertur.

Solani

Solani tuberoſi radix iuſta exſiccatione facile in farinam redigitur, quae nulli cerealium cedit, niſi quod gluten non foueat. Amyli perfecti magnam copiam largitur, quod illi ex tritico proxime accedit. Quantopere ſit nutriens haec radix, totius Europae experientia docet. Quamquam vltra dimidium ſui ponderis aquae contineat, ideoque non aeque nutriens reputanda ſit quam cerealia, tamen eadem ipſa de cauſa facilius ſoluitur in ventriculo, digeriturque. Minus acidi in primis viis generare, quam alia farinoſa non fermentata, recte iudicat. Noxiae cuiusdam qualitatis nullum in ea veſtigium ſuſpicatur.

Caſtanea inter farinacea ponenda. Dulcedo eius, calore adhibito, magis euoluitur; fermentationi obnoxia eſt, hinc ſaccharum in ea manifeſtum. Ad panificium apta eſt. Europae meridionalis incolae, qui maxime hac nuce vitam ſuſtentant, demonſtrant, eam valde nutritiuam praebere eſcam. Difficilioris eſſe digeſtionis ob ſuae texturae firmitatem, commentitia eſt ſuſpicio.

Legumina. Fructus plantarum papilionacearum. p. 291.
His, praeter cerealia, frequentiſſime pro cibo vtuntur homines et obſeruatu dignum eſt, agrum ſi culmiferarum prouentu iam exhauſtus eſt, nec requie, nec fimo refectum, largam nihilominus papilionacearum meſſem ferre, id quod ſua Auctorem experientia docuit.

Legumina facile in puluerem, farinae cereali affi- p. 292.
nem, conteruntur, vnctuoſiorem et dulciorem guſtu. Cum aqua ſi triueris, magis lacteſcentem conſtituunt ſolutionem, quam cerealia; ſi vero, intenſiori paulo adhibito calore, legumina integra exprimuntur, manifeſtum exſudant oleum. Sacchari non parum p. 293.
euoluunt, ſi germinauerint, tuncque fermentationi vinoſae perquam apta ſunt. Largam amyli copiam ex ſeſe extricari ſinunt. Quare cum pari, quam ce-

realia, portione ſacchari gaudeant, plus inſuper olei foueant, magis ipſa eſſe nutritia, quam haec, non mirum. Teſtatur idem experientia tam in brutis, quam hominibus. BOYLEI HALESIIque experimentis conſtat, magna aëris fixi copia legumina ſcatere, quae maior cum ſit, quam vt abſorberi poſſit, flatus in digeſtione procreare conſueuit, interdum colicas paſſiones.

p. 294. Legumina tenera et viridia, ſi comeduntur, parum flatulenta ſunt, eoque tamen minus nutritiua.

Piſum, Faba. Parum natura generaliori differunt. Piſum vero dum minus flatulentum, et nutritiuum eſt, quam faba, teneram magis praebet eſcam; quare frequentius eo pro cibo vtimur. Siliquae piſi tenera ſolubiliores in ventriculo ſunt, quam ſiliquae fabae.

p. 295. *Phaſeoli.* Semina haec matura minus flatulenta minusque nutrientia ipſi videntur, quam piſum aut faba, in quo tamen fallitur. Siliquae tenerae olerum naturam habent, nutriunt tamen magis, dulciores ſunt et facilioris concoctionis.

Nuces oleoſae. Farinacea ſunt ſemina, magna olei parte abundantia, quod expreſſione extrahi poteſt. Oleum hoc nude in ipſis habitare, quibusdam videtur, priuis incluſum cellulis. At nullo pacto hoc de-
p. 296. monſtrari poteſt. Infuſione tractata quaedam eorum nihil praeter mucilaginem largiuntur, in qua nullum apparet oleum, quod ideo reliquis partibus intime iunctum eſſe videtur. Propter eandem in ipſis olei abundantiam multo etiam magis nutrientes eas eſſe conſtat, quam reliqua farinoſa. Maiori paulo quantitate non tuto comeduntur, quoniam gaſtricus ventriculi noſtri ſuccus fere non in vegetabilia agit, niſi fermentationi apta ſint, oleoſa vero fermentationi reſiſtunt, atque eandem ob cauſam et digeſtioni.

Auel-

Auellana, *Amygdalae dulces*, *Iuglans*, magnam et p. 297.
fere eandem copiam olei mitis continent, ideoque pares se vt cibus atque medicina gerunt; differunt tamen pro natura soli, maturitatis etc. Auellanae scoticae minus olei fouent, quam nuces eaedem in calidiori terra natae. Hae tres oleosae nuces cuticula quadam inuestiuntur, quae, si vna comeditur, faucibus adhaeret pertinacius, tussimque excitat, id quod, ea detracta, non accidit.

Pistaciae non tantum olei continent, quam cae- p. 298.
terae dictae. Inter farinacea oleosa eminent nuces *Cacao*. Farinosa in iis pars tam intimam connexionem cum oleo habet, vt et cum oleo artificiose iam separato trituratione misceri sese patiatur. Oleum cacao eo praestat caeteris, quod non tam facile rancescit.

Chocolada inde facilis esse digestionis possit videri, nisi experientia doceret, aliquando stomachum offendere, quae tamen iniuria diligentiori trituratione euitari potest. Londinensis chocoladae laus; p. 299.
nulla vestigia olei in ea apparent.

Semina *papaueris albi* largam olei quantitatem cum farina continent. Nullum vestigium narcoticae qualitatis in iis apparet.

Semina cucurbitacearum, quae vulgo *frigida* vocantur; si emulsio ex iis paratur non magis refrigerant, quam caeterae emulsiones ex amygdalis etc.

Olea omnium horum seminum eiusdem fere p. 300.
naturae esse videntur, quam oliuarum oleum.

Oleum oliuarum. Omnes fere gentes cibos suos pinguedine quadam aut oleo miscent, instinctu quodam ducti. Magis inde nutrientes fieri probabile est. p. 301.
Cum itaque pinguedo in variis corporis partibus sese colligat, quidam crediderunt atque etiamnum credunt, oleum in cibis comestum mere adipi humanae generandae inseruire, atque immutatum per primas in

p. 302. ſecundas vias transgredi, atque illuc ſeponi. Sed aliter rem ſe habere Auctori videtur. Olea quidem rancida ventriculo conuenire non probabile eſt, et tamen dantur, qui ſine damno iis veſcantur, alii e contra, qui, ſi vel mitiſſima dulciſſimaque olea inter cibos recipiunt, moleſtiſſime ferant; horum ventriculum fere acido abundare vidit.

p. 303. *Fungi eſculenti*, ſi reuera vegetabilis ſunt naturae, de quo dubitatur, maxime certe differunt ab aliis plantis; ſicce deſtillati nihil acidi, largam potius partem alkali volatilis ſuppeditant. Si ſpontaneae committuntur fermentationi, non aceſcunt, ſed protinus putrefiunt. Quam prope igitur ad animalem accedant naturam, ex hoc perſpicitur. Apparet inde, non, vti caetera vegetabilia, carni in ferculis addi poſſe, vt ipſius putrefactionem in primis viis impediant; liquet etiam, plus eos alimenti homini praebere, quam caetera vegetabilia.

Sect. II. *De alimentis ex animalibus.*

p. 305. Ex *Mammalibus*. *Lac* quadrupedum tranſitum
p. 306. quaſi e vegetabilibus in cibos animales facit. Lactis genera, e quocumque animali depromta ſint, multum inter ſe conuenire, nec partibus conſtitutiuis, ſed partium conſtitutiuarum proportione, differre videntur. In vniuerſum e mammis recenter expreſſum lac homogeneus apparet liquor, ſed aëri aliquamdiu expoſitum ſecedit ſponte ſua in partes; oleum, coagulum, aqueam partem, i. e. cremorem,
p. 307. caſeum, ſerum. Primo omnium cremor ſecedit in ſuperficiem, et quidem eo facilius, quo liberius aër accedere ad lactis ſuperficiem poteſt. Facilius etiam ſeſe ſeparat cremor, ſi lac prius coctum, et quaſi ca-
p. 308. lore agitatum fuerit. Simulac vero lac in aceſcentiam tendit, ſeparatio cremoris ſubſiſtit, et ex toto ceſſat, ſi lac coagulatur. Diuerſa eiusdem ſpeciei animalia lac diuerſa pinguedinis copia foetum largiun-

giuntur. Vaccae e. g. in insula Aldernay, in Heluetia, in Scotiae montanis (high lands) natae lac praebent cremore abundans. Alias porro circumstantias p. 309.
affert, quae diuersitatem talem gignunt. Cremor praeter oleum etiam caseosas et aqueas quasdam partes fouet. Agitatione singulari separantur posteriores partes, et butyrum secedit. Hoc, in statu recenti, quam maxime conuenit cum oleis vegetabilium expressis et cum animalium pinguedine, vti ex sensibili euidentia et chemica exploratione liquet.
Rancor butyri ex materia quadam ei adhaerente po- p. 310.
tius, quam ex natura ipsius proficisci videtur, cum id, quod minus bene ab oxygalacte mundatum est, facilius ranceſcat. Liquatum vero super igne, simulac omnes hae impuritates ad fundum subsederint, diutius iam manet immune ab isto vitio. Acidae et mucilaginosae esse videntur hae partes alienae, ranciditatem inducentes. Quare, vt hoc vitium prae- p. 311.
vertatur, necesse est, vt butyrum primo ab his liberetur, dein sale condiatur, cuius parua copia sufficit, si modo purus sit, aut si aliquantulum nitri et sacchari addamus. Sic diu integrum manet. Lac, cremore orbatum, acidulum prius fit, antequam coagulatur. Vt caseum obtineamus, vtimur materia quadam, quae coagulum (*runnet*) vocatur. Lacte im- p. 312.
plemus quartum vituli ventriculum, quo ibi coagulato, seruamus ventriculum cum contento suo in muria ad vsum. Vulgo creditur, hoc coagulum naturale acidae esse naturae, YOVNGII vero experimenta contrarium demonstrant. Caseus in vniuersum putredini obnoxium est, ideoque ad naturam animalem vergit. Accedit, quod pars caseosa, vti caetera animantium fluida, acidis, alcohole, calore cogitur, et in destillatione sal volatile alkalinum largitur. Apparet igitur, lac eorum animalium, quae penitus vel ex parte vegetabilibus vescuntur, mediae

cuiusdam naturae esse inter vegetabilia animaliaque.
p. 314. Leuiter tangit differentias caseorum. Seri lactis ma-
p. 315. xima pars aqua est; HOFFMANNI et YOVNGII experimentis patet, septem octauas partes lactis aqua effici, et hoc quidem in variis lactis speciebus fere
p. 316. constanter. Differentias seri secundum varios lactis status, quando separandum est, perstringit leuiter.
p. 317. Ex integro lacte, mediante coagulo naturali (*runnet*), separatum serum differt ratione diuersorum animalium, a quibus lac proficiscebatur, non ratione partium constitutiuarum cuiusque lactis. Quamquam igitur lac bouinum plus pinguedinis foueat quam caprinum, tamen serum illius minus, huius plus continet pinguedinis, quoniam oleum ex lacte bouino facilius cum caseo in fundum secedit, ex caprino non item. Praeter oleosam, caseosamque partem etiam saccharina materies in sero latet, quae a saccharo vero non differt, nisi quibusdam oleosis et caseosis particulis, quae ipsi adhaerent; separari tamen
p. 318. penitus arte possunt. Propter idem saccharum, ad vinosam fermentationem aptum est serum, destillatione tum spiritum ardentem largiens. Eadem de causa promtissime in acorem ruit fortem, peculiarem. Lac ouillum plurimum casei continet; tunc sequitur caprinum, tunc bouinum, tunc equinum, tunc humanum, postremo asininum, quod minimam eius partem continet. Ruminantium animalium lac multo maiorem quantitatem casei continet, quam non
p. 319. ruminantium. Inuersa ratione seri copia in istis lactis speciebus deprehenditur. Oleosa pars maxima in ouillo, tunc in bouino, minima in caprino, in quo tamen propter difficiliorem butyri separationem non exacte determinari potest. Quod ad non ruminantia attinet, humanum plus pinguedinis continere videtur, quam aut equinum aut asininum, quae tamen ratio victu diuerso variat. Multum enim bu-

tyro

tyro depauperatur lac feminarum, vegetabili diaetae exacte adſtrictarum, vt A. experimentis cognouit. Et caeterorum animalium lac propter has aliasque p. 320. cauſas variat in dictis partibus conſtitutiuis. Hinc differentia tabularum YOVNGII et FERRISII.

Praeparatio et origo lactis in corpore humano. p. 321. Opinionem, lac eſſe chylum pene immutatum, refutat. Saccharinam vero lactis partem immediate p. 325. ex alimentis vegetabilibus paulo ante ſecretionem commeſtis proficiſci, probabile eſt. Canis lactans, p. 326. quae vegetabilibus potiſſimum alebatur, lac praebebat ſponte aceſcens, ſeſeque coagulans, carne vero nutrita, lac ſuppeditabat contrariae naturae. Heterogeneas vero ſubſtantias mammarum glandulae vix admittunt. Vaccarum aut caprarum lac nullam me- p. 327. dicam virtutem monſtrat earum plantarum, quibus ſtudioſe alebantur.

Sunt, qui dicant, lac conuenientiſſimum infantibus p. 328. recens natis eſſe ideo, quod fere immutatum intrare poſſit vaſa lactea ſine digeſtionis labore, quod falſum eſt. Coagulatur ſemper in ventriculo infantis et noua praeparatione per liquorem gaſtricum indiget, vt chylus fieri et abſorberi in ſanguinem poſſit. Foe- p. 329. tus alcaleſcente ſanguine matris plenus eſt, quamdiu in vtero haeret; haec alcaleſcentia vt corrigatur paulatim, liquor nutriens ipſi ex mammis matris porrigitur, ſimulac in lucem eſt editus, mediae materiae inter vegetabilem atque animalem naturam; id tamen mera videtur eſſe Auctoris hypotheſis. Re- p. 330. cens nato animali lac matris ipſiusmet aptiſſimum eſſe videtur prae alio quocunque. Lactatio infantis quam diu durare debeat, ex eo patet, quod ſi ante ſeptimum menſem finierit, aut vltra vndecimum protrahatur, detrimentum affert. Nouem menſium tempus aptiſſimum videtur. Diuturnam lactatio- p. 331. nem rhachitidem inducere Auctori videtur. Dentitio

difficilis ablactationem ſuadet. Quinto fere poſt partum menſe opinatur, tempus eſſe congruum, infanti ſugenti cibum vegetabilem vna porrigendi, pedetentimque augendum eſſe vſque ad terminum ablactationis.

Si infans aegre fert lac maternum vel nutricis, lac ipſum, vel alimentum vna datum, vel ſtatus peculia-
p. 332. ris ventriculi infantis in cauſa eſſe poteſt. Prima cauſa rarior eſt, ſecunda frequentior; cibus vegetabilis acidum heterogeneum facile procreat. Tertia cauſa, debilitas nempe ventriculi neonati, fere non occurrit abſque ſignis debilitatis totius corporis; tunc lac coagulatum per aluum plerumque ſecedit.
p. 334. Nutricem diaeta vegetabili vti debere, probare an-
p. 335. nititur; neque propterea infantis ventriculus acore
p. 336. laborat. Menſtruatio et conceptio lactationi obeſſe certum; raro tamen alterutrum vſu venit niſi perquam plethorico corporis habitu, qui cum maxime animali cibo oriatur, hic potiſſimum vitandus et diaeta vegetabili nutrici vtendum eſt. Hoc tamen non de matribus dicit, quae carne veſci admodum conſuerunt, his diaeta ſubito in mere vegetabilem mutata non iniungenda, ſed caro quaedam permittenda, etſi
p. 337. parce. Omnis aetatis hominibus conueniens alimentum praebere videtur lac bouinum, ſi primos
p. 338. vitae menſes exceperis, vbi maternum praeſtat. Ex cibo animali largiter dato irritabilitatem et ad inflammationes aptitudinem in infantibus gigni, ſibi perſuadet. Itaque ad pubertatem vſque, praeter vegetabilia, nulla fere concedit nutrimenta Auctor. In regionibus frigidis natura homini, ſi ad aetatem laborioſam acceſſerit, certam carnis portionem pro alimento dictaſſe videtur, tunc lac non plane ſuffi-
p. 339. cit. Senes alcaleſcentia ſanguinis laborant, robore corporis declinante, quibus ideo lactis vſus largior rurſus pro nutritione conuenit. Lactea cum aciduli-

lis

lis cibis iuncta diaeta innocua prorsus est; quemadmodum ipse sibi persuadet. Ventriculo ad acorem nimium procliui lac nocere; attamen cum lactis coagulati aciditas semper cum coagulo sese vniat, itaque e sero praecipitetur, fieri, vt lactis hausus ardorem ventriculi non raro curet protinus. p. 340.

Lactis vires medicatae. Facillime omnium in chylum vertitur, hinc alimentum optimum est, vbi vires digestrices languidae, corpus emaciatum etc. nisi tamen ventriculus ipsum respuat. Etiam in fluidorum vitiis prodest, alcalinam pariter atque acescentem corrigendo sanguinis labem. Nutrit, nec tamen ita, vt plethoram inducat, quam potius minuit. Diu satis adhibitum lac omne genus vitii, quod in sero haeret, per excretiones separat. Sed miasmate quodam vitiata fluida in lue venerea, cancro etc. corrigere non valet; vbi acrimonia corpus totum corrupisse etc. videtur. Ideo in malis cutaneis nullam fert opem. Sic nec in scrophula (quam potius auget) iuuat. Phthisin pulmonalem leuat, dum diathesin phlogisticam aut minuit aut remouet, inprimis lac animalium non ruminantium, equinum tamen et asininum potius quam humanum; ast phthises variarum est specierum, quibus omnibus lac non conueniet. p. 341. p. 342.

In arthritide dicitur lac salutare. Non nisi in corpore plethorico hic morbus occurrit, nec quempiam aggreditur, qui vegetabili modo vtitur cibo. Ideo lactea diaeta in hoc morbo valde conducit. Sed vires integrae sint, et per totam vitam fere continuetur, necesse est. In febribus declaratis lac ambiguum est remedium, in inflammatoriis et putridis. Latere tunc quidquam videtur in ventriculo, quod lac probe digeri impediat. p. 344. p. 346.

Praeferendum lac animalium ruminantium, vbi nutrire volumus, nec a plethorae augmento aliquid p. 347.

timendum eſt; non ruminantium animalium vero tunc, vbi phlogiſtica diatheſis, et plethora minuenda occurrit, praeſertim vbi organa digeſtoria debilia videntur.

Lac recens, cuius partes nondum ſeparatae fue-
p. 348. runt, conuenientiſſimum. Si pauliſper ebullierit, non tam cito aceſcit in ventriculo.

Butyrum plane easdem qualitates habere videtur, quam olea vegetabilia expreſſa et pinguedines
p. 349. animales (quod nobis quidem dubium videtur). In forma cremoris, id eſt, cum quadam parte caſeoſa et ſeroſa vnitum, facilioris digeſtionis eſt, quam butyri eloti forma, niſi ad acorem inclinet ventriculus.

Nutrientiſſima lactis pars caſeoſa. Vel ſi ſpontanea aciditate coagulatum fuerit lac, vbi oleoſa pars pene tota exulat, nutritiuum eſt coagulum; nutrientius tamen vbi pinguedo ipſi iuncta remanet, lacte artificioſe coagulato. In poſteriori caſu tam
p. 350. facile digeſtu eſt quam lac liquidum potum. Nutrientius forſan coagulum ſero remoto, ſed difficilius paulo digeritur; facilius tamen quamdiu humidum adhuc eſt, quam ille, qui preſſus aridusque redditus eſt, caſeus.

Aegre digeritur, quamquam nutrientiſſimus ſit ventriculo robuſto, caſeus, qui cremore orbatus eſt; nutrientior is, et facilioris digeſtionis, qui ex integro
p. 351. lacte praecipitatus fuerit. Haec de recenti; putridus vero acris eſt et valde ſtimulans, nec pro nutrimento amplius comedi poteſt. Difficilioris etiam digeſtionis caſeus toſtus.

p. 353. Lac ebutyratum digeſtibilius eſt lacte integro, et ſatis nutriens. Refrigerandi virtute praeſtat, maxime ſi magis acidulum factum eſt. Hic acor is eſt, qui non augeat ventriculi aciditatem, nec creet flatulentiam, acidulorum aut acidorum vegetabilium caeterorum more.

Serum

Serum ex lacte recenti, integro ſeparatum co- p. 354.
agulo artificiali (*runnet*) ſemper oleoſas caſeoſasque
partes aliquas fouet; nutriens ergo, ſed minus lacte
integro. Plethoram et inflammatoriam diatheſin p. 355.
melius corrigit, quam lac. At acorem in ventriculo
facile generat.

Art. II. *De animali cibo, ſtricte ſic dicto* (carne). p. 356.
Solubilis valde in liquore gaſtrico eſt, ſolubilior ta-
men, qui ex animalibus phytiuoris proficiſcitur, quam
qui ex carniuoris. Et phytiuororum carnes denſi- p. 357.
tate differunt, durior bouina, quam veruecina; durior
maſculorum, niſi caſtrati fuerint; tunc pinguiori p. 358.
itaque teneriori carne fiunt. Mollior iuniorum,
quae tamen ventriculo quorumdam hominum minus
conuenit, forſan quia alkaleſcentiore cibo opus
erat, forſan, quia iuniorum caro maiore gelatinae co-
pia abundat, quae expeditius aceſcit. Nec iura car- p. 359.
nium in vniuerſum facile digeruntur a ventriculo
iam in acorem prono, facilius ſolida caro; forſan
quia priorum liquiditas aciditati fauet. Solubilior
etiam caro pinguiorum animalium, quam macrio-
rum. Recens mactatorum caro difficilioris eſt ſolu- p. 360.
tionis, quam quae ad putrefactionem tendit; ad
quem vero gradum haec aſcendere poſſit, ne laedat,
ventriculorum diuerſitas determinare non patitur.
Caro etiam, quamuis recens, quo ad putredinem
aptior eſt, et alkaleſcentior, eo ſolubilior. Alkale- p. 361.
ſcentia maior carnis vetuſtiorum, carniuororum, vel
et eorum animalium, quae granis magis quam herba
veſcuntur, atque eorum, quae multum ſunt exerci-
tata. Quo alkaleſcentiores carnes, eo etiam per- p. 363.
ſpirabiliores videntur. Nutrimenti eo plus largiun- p. 364.
tur, quo ſolubiliores ſunt in ventriculi liquore. In-
tegre ſolutarum eae nutrientiores, quae plus anima-
lis materiae continent; nutrientior itaque bouina,
quam vitulina. Carnes in vniuerſum plus alunt, p. 365.
quam

quam idem pondus vegetabilis cibi, plethoram augent ad volumen, atque, quoniam obesitatem indu-
p. 366. cunt, etiam plethoram ad spatium. Robur maius toto corpori conciliant, irritabilitatem augent. Particulares etiam plethoras, si dispositio adfuerit, promouent, hinc multis morbis occasionem praebent. Parcissimus vsus carnium tutissima est via ad sanita-
p. 368. tem tuendam vitamque prolongandam. Quaedam de somno post prandium.

p. 370. *Bouis* caro densissima quam caeterorum quadrupedum; bouinam praeferimus taurinae, vtpote insolubiliori. Minus nutriens vitulina, sed plus gelatinae largitur, quam bouina.

Ouis. Minus densioris substantiae praebet carnem, quam bouina est. Veruecina arietinae multum praefertur; sed illa etiam facilius digeritur, sapidiorque est, quam agnina. Non duorum annorum minor sit, nec vltra quinque annos nata.

p. 371. *Caprina* caro non admittitur a delicatulis; densiori porro est textura, quam ouilla.

Suillae carnis peculiaritas in eo consistit, quod pinguedo separatim in ea accumulatur magis, quam
p. 372. in vllo alio animante. Pinguedo alimentitia est, si fert eam ventriculus; facile hinc digeritur caro suilla et valde nutrit. Differentia quae in carne aliorum quadrupedum occurrit in hac non obseruatur. Porcellarum caro itaque facilis est digestionis, nec castratus porcus valde differt ab apro (?).

p. 373. Omnis *Venatio* maior valde exercitata est, quare densam et alkalescentem carnem largitur, quae tamen, si iustae aetatis et pinguior est, non adeo difficulter digeritur et nutritiua satis est. *Ceruus* densioris alkalescentiorisque substantiae, ergo sapidior plerumque; *Dama* in vniuersum pinguior, solubilior itaque. *Capreoli* caro tenerrimae materiae, tamen ideo non solubilior est, vtpote macrior.

Lepus,

Lepus, ferum exercitatum valde, denſioris itaque p. 374.
atque non ita ſolubilis materiae; nutriens tamen ſatis, vtpote alkaleſcens caro. Facilior digeſtu, ſi, non venatus, necatus fuerit.

Cuniculus multo facilioris digeſtionis, modo iunior ſit.

Quo rubriores carnes, eo plus alimenti ſuppeditant.

E volucribus eſca. Aues rubri calidique ſan- p. 376.
guinis ſunt, ergo idem in illas cadit, quod de quadrupedibus dictum eſt. Carniuoris vix veſcimur.

Gallus. Pullorum caro quamquam minus alkaleſcens et ſolubilior, non tamen ſemper facilis digeſtu. Inſolubilior gallina, quae anno maior nata eſt. p. 377.
Pinguior, multoque tenerior *capo.* Gallina ſaginata (*crammed fowl*) alcaleſcentior, ſapidior, teneriorque eſt reliquis. *Numida* iuſtae aetatis tenerum alimen- p. 378.
tum praebet nec alcaleſcentior eſt gallina. Minus ſolubilis praecedente *Gallopauo*, adque alkaleſcentiam pronior. Inter omnes denſiori carne eſt pauo, nec ad cibum admittitur, niſi admodum iuuenis. Idem de *Phaſiano* dicendum, qui vtut alkaleſcentior, tamen non facile digeritur, niſi pullus ſit.

Tenerior *perdix*, et alkaleſcentior *gallina* domeſtica. Idem de *coturnice*. Tetraones iſti LINNAEI, p. 379.
pedibus nudis, qualitate multum abſunt a tetraonibus, pedibus hirſutis. *Vrogallus*, *tetrao tetrix* cauda plena, et *Bonaſa*, *ſcotica* (*red game*, *Attagas*, BVFF.?) tenerioris ſubſtantiae, alkaleſcentiores et ſapidiores ſunt, tamen ſtimulantem valde cibum largiuntur. Aridior multo, durior, minusque ſapida caro eſt *Tetraonis lagopi* (*Ptarmigan*, *Gelinotte d'écoſſe*, BVFF.?).

Cygnus propter denſiorem carnem vix adhibe- p. 380.
tur. *Anſer* huic quidem accedere videtur, tamen tenerioris eſt ſubſtantiae, quippe qui minus exercitatus ſit, vegetabilibusque nutriatur; difficilioris digeſtionis

ſtionis foret, niſi alkaleſcentior eſſet. *Anas* alkaleſcentior, ſolubiliorque anſere. Vtriusque pulli difficilius digeruntur; vterque, ſi ex fera gente eſt, alkaleſcentior faciliorque digeſtu, quam ex domeſtica tribu. Ex anſerum genere dantur, qui, marini cum ſint et piſcibus victitent, alkaleſcentiores etiam ſint, et plerumque teneriores, digeſtibilioresque iis hominibus,
p. 381. quos odor, ſaporque non offendit. Inter hos *pelicanus baſſanus* eminet. *Grallae* exercitati plerumque generis ſunt, hinc firmiori carne; quae marinae inter eas ſunt, valde ad alkaleſcentiam inclinant.
p. 382. Inter paſſeres *columba* maxime vtimur, quae ſi iuuenis eſt, tenerum, et tamen alcaleſcentem, calidumque cibum largitur. Caeteri paſſeres quo pinguiores, eo etiam ſolubiliores et alcaleſcentiores, ſi vermibus magis, quam granis veſcuntur.

Oua volucrium multum alimenti praebent; ſed digeſtibiliora videntur, quam reuera ſunt. Albumen fere calore coagulatum comeditur; vel ſi crudum aſſumitur, coagulatur in ventriculo, ita vt diſſoſ-
p. 383. vendum denuo ſit liquore gaſtrico. Facillime tamen a quibusdam oua digeruntur magna copia; infeſtant e contra aliorum ventriculum. In vniuerſum minus alcaleſcentem cibum praeſtant, quam ceterae animalium partes, nec valde ſtimulant, quamdiu recentia.
p. 385. *Amphibia. Teſtudo marina* carnis albidae eſt, nec multum a quadrupedum iuniorum ſubſtantia differre videtur; gelatinoſior vero cum ſit, eo nutrien-
p. 386. tior etiam, minusque perſpirabilis eſt. *Ranarum* ſubſtantia minus gelatinoſa, minus igitur nutriens. In eodem cenſu ponendus videtur *coluber berus*, nec ab his manifeſte differre.
p. 387. *Piſces.* Multum natura differunt a recenſitis animalibus. Denſitas carnium non tam varia eſt in piſcibus, quam in illis; et aetate profectiores non

adeo

adeo durae ſubſtantiae, multoque minus, quam ca-
lidioris ſanguinis animalia, eiusdem aetatis. Cutis p. 388.
effloreſcentiam interdum gignunt comeſti, quam vo-
mitu excitato nonnumquam remouit Auctor. Mi- p. 389.
nus perſpirabiles Ipſi videntur, quam carnes caete-
rae. Tantum alimenti fere dant homini, quam car-
nes. Tenerioris texturae piſces et gelatinoſiores, p. 390.
(cartilaginoſi certe) facilioris digeſtionis ſunt, et nu-
trimenti plus largiuntur, quam aridi et firmi. Pin-
guiores difficilius digeruntur, magis irritant corpus,
ſed et magis nutriunt; *Anguilla, ſalmo, halex.* Piſces p. 391.
in vniuerſum minus perſpirabiles eſſe videntur,
quam caro animalium calidi ſanguinis.

Inſecta. Vix differunt qualitate *Cancer gamma-* p. 392.
rus et *C. pagurus.* Paucitas alkali volatilis ex vtro-
que deſtillati demonſtrat, minus iis ineſſe animalis
materiae, quam caeteris brutis, immo amphibiis. Na- p. 393.
turae piſcium congruere videntur. Difficilioris di-
geſtionis Ipſi videntur eſſe, quam piſces macri. In-
terdum colicam vehementem, interdum effloreſcen-
tias cutis ab iis, vel minima copia comeſtis, ortas vi-
dit, ob certam idioſyncraſiam.

Vermes. Oſtrea recens facile digeritur, admodum p. 394.
nutritiua eſt, forſan quia minus perſpirabilis eſt; co-
cta vera aut toſta difficillime digeritur. De perſpi-
rabilitate eius difficili, experimentis, in ſe inſtitutis,
ſibi ipſe perſuaſit.

Cardium edule et *Mytilus edulis* ambo firmioris
ſunt ſubſtantiae, ideoque minus digeſtibilia, quam
oſtreae, quamquam caeteris qualitatibus cum his
conuenire videantur. Noxios quidam ab iis vide- p. 395.
runt effectus, et virulenti quidquam iis interdum in-
eſſe iudicarunt. Nihil Ipſe huiusmodi vidit; ſcri-
ptores vero iſti neque naturam huius veneni indica-
runt, nec mytili ſtatum, quo ipſe noxius reddatur.
Nimia quantitas eorum comeſta vel idioſyncraſia in
culpa

culpa esse potuit, vt in halece, salmone, gammaro vsu venit.

Limax tenerae substantiae, itaque facilis digestu. Propter gelatinosam naturam valde nutriens esse creditur; sed qua proportione, ignoratur. Refrigerans putatur, sed nullum animale refrigerans, minus calefaciens ad summum erit.

p. 396. *De re coquinaria.* Omnium gentium more cibi
p. 397. calore praeparantur. Particulae minutae horum corporum calore diuisae solubiliores sic reddi videntur in liquore gastrico. Volatiles etiam partes non nutrientes interdum noxiae dissipantur; aëris fixi maxima pars ex iis euoluitur et expellitur, hinc minus fermentabilia, minus flatulenta redduntur. Humidus calor aptior ad praeparandos cibos videtur, quam siccus. Salitio et siccatio carnis ad conseruandam eam, donec coquatur, inuenta est, sed insolubiliorem reddit; quid, quod et magna salis copia corpori nocet. Caro etiam seponitur, vt putrefiat paululum; hinc solubilior redditur, nec minus nutriens, si iuste limitetur putrefactio; alias facile morbos generat.

p. 399. Caro dum *elixatur*, exponitur calori bullientis aquae. Firmiores partes (tendinosae, membranaceae) solubiliores in ventriculo fiunt coctione, et
p. 400. gelatinosae partes extrahuntur. Iusculum extractas retinet salinas partes; hinc reliquum, etsi minus solubile, tamen etiam minus alkalescens fit, minoremque calorem in corpore excitat. In *digestore* optime coquitur caro, tenerrima fit et partes volatiles
p. 401. retinet. Lenta coctio (*stewing*) diutius protracta in parua aquae quantitate, ordinaria coctione praestat, et sapidiorem tenerioremque reddit carnem.

Assatio carnis in pasta inuolutae (*baking*) quidquam exhalare eam vix sinit, iusculoque intus retento tenuior fit caro.

In

In *toſtione* (*broiling*) ſuperficies ab igne nudo indureſcit, quo exhalatio impeditur, interiorque pars tenuior fit. Idem fere de *aſſatione in veru* (*roaſting*) dicendum; hic calor applicatus aequalior. Aſſatio autem in ſartagine (*Frying*), addita parua pinguedinis copia; haec empyreumatica fit, caroque hinc minus ſolubilis exiſtit. Peſſimum aſſationis genus, niſi coctio lenta (ſtewing) illi iungatur. p. 402. p. 404.

Potulenta. Sitis indicat diminutionem aquoſae partis in fluidis noſtris, quae ſuppletur *aqua* vel ſola, vel certis ingredientibus mixta aut natura aut arte. *Aqua* pura (quod argumentis monſtrat) potus eſt homini aptus. Dura, quae vocatur, ea eſt, in qua particulae terreae ſolutae ſunt, ad cibos quidem praeparandos minus apta, ſed hominibus vix vlla ex parte nociuam eſſe, vt quidam crediderunt, experientia declarat. Nulla aquae impraegnatio, quae nec viſui, nec olfactui, nec guſtui occurrit, noxia reputanda. Nec aqua niualis nociua. *Liquores fermentati.* Liquores fermentant, quatenus ſaccharum continent, quod quidem in fermentatione vario modo mutatur, et alcohol generat. Hinc *Vinum:* eius differentiae reſpectu maturitatis uvae, et fermentationis adhibitae. Vinum nouum acorem in ventriculo facile generat; aliter vetuſtum, quod roborat potius et digeſtionem promouet, totum ſtimulat corpus, vires erigit, exhilarat; maiori vero copia potum, inebriat et narcoticum fit. Acetum in vino contentum ventriculo multum nocet, fermentationem acidam promouendo. Externa boni vini ſigna indicat. In malto, ex quo *Cereuiſia* praeparatur, ſaccharum grani euolutum eſt germinatione, quod aqua extractum fermentationi iuſtae ſubiicitur; liquor enatus partem alcoholis continet et vino ſimilis fit. Hordeum inter cerealia facillime omnium germinat, et inter germinandum expeditius pleniusque

p. 406. p. 407. p. 410. p. 411. p. 414. p. 415. p. 419.

que ſaccharum ſuum euoluit. Ex auena parata cereuiſia non amari quidquam continet. Quo maior hordei, matura farina pleni, quantitas adhibetur, quo maiori diligentia *maltum* paratum eſt, quo melius et perfectius ſaccharina materia aqua extrahitur, quo plus caloris ad coctionem adhibetur, eo etiam
p. 420. fortior cereuiſia. Fermentatione peracta, non fit vinum ſerum, ſed farinaceae materiae multum retinet, quae nutrientiorem cereuiſiam, ſed et ad acorem in ventriculo excitandum aptiorem, reddit. Quo ſpiſſior cereuiſia ſit, eo maiorem viſciditatem in humoribus procreare credita eſt, ſed falſo.

p. 421. *Spiritus ardens*, ex fermentatis liquoribus extractus, ſemper magis ſtimulat, inflammat et narcoticam vim exercet (vtut aqua, ſaccharo aut acidis [*punch*] mixtus ſit), quam in liquore vinoſo cum reliquis partibus adhuc intime mixtus. Neque differt ſpiritus eſſentialiter, ex quocunque tandem fermentato liquore deſtillatus fuerit.

p. 422. Cap. IV. *Condimenta;* duplicia ſunt, vel *ſalina* vel *acria*. Prioris generis eſt *ſal commune*. Hoc praecipue ad conſeruandam carnem adhibetur, quae ſi parca copia comeditur, digeſtionem facilitat, magna vero, ſalinus ſanguinis ſtatus excitatur et ſcorbutus procreatur. Inſtinctu quaſi fere omnes gentes ad
p. 424. vſum ſalis ducuntur. *Saccharum*, qua condimentum, antiſepticum eſt. Condiuntur ipſo fructus horaei, qui tamen tunc comeſti, magis ad acorem ventriculum diſponunt. Largius aſſumtum ſaccharum, quam ad compoſitionem ſanguinis neceſſe eſt, auget ſali-
p. 425. num ipſius ſtatum morbosque gignit varios. *Acetum*, vt condimentum, videtur ipſi fortius antiſepticum, quam acida mineralia. Carnes in eo ſeruatae nil nutritii amittunt, nec indigeſtibiliores fiunt. Minus ad putredinem tunc inclinant; ergo proſunt. Aceto conditi fructus nullam vim praeter illam aceti

ſolius

ſolius poſſidere videntur. Perfecta fermentatione p. 426.
paratum impedit magis, quam promouet acorem
ventriculi. Saepe excitat appetitum, ſed larga quan-
titate ingeſtum, refrigerat potenter et debilitat ven-
triculum, hinc in arthritide etc. nociuum.

Acria condimenta vel aromatica, valido odore p. 427.
praedita, vel acria ſimplicia. *Aromatica* largam olei
eſſentialis partem continent; hinc antiſeptica et ad
carnes conſeruandas apta. Vel etiam ad iuſcula ad-
hibentur, vt ſapidiora reddantur et digeſtionem ſti-
mulo promoueant, aut flatus exterminent. Ad ve- p. 428.
getabilia aptiora videntur, quam ad carnes. Larga
quantitate aſſumta ſtimulant, calorem excitant; at-
que, vſu frequentius repetito, tonum ventriculi de-
bilitant. Inter *acria ſimplicia* eminet *ſinapis* et *ra-*
phanus ruſticanus; excitant ventriculum, digeſtio-
nem, perſpirationem, vrinam promouent, antiſcor-
butica ſunt, aptiora ad carnes. Fere idem de *cepa* p. 429.
et *allio* dicendum, idem de *aſa foetida*. *Capſicum*
inter maxime calefacientia condimenta reponendum.
De condimento *Ketchup* quaedam, et de *Soy* ex ſe- p. 432.
mine dolichos cuiusdam praeparato.

Seueriores tandem ſuas forſan, ſi cui ita viſa fue-
rint, regulas diaeteticas relaxat illo: *ſanis omnia ſana.*

III.

MAXIMILIANI STOLL, medicinae clinicae P. P. O. in vniuerſitate vindobonenſi, praelectiones in diuerſos morbos chronicos. Poſt eius obitum edidit et praefatus eſt IOSEPHVS EYEREL. Vindobonae, typis Chriſtiani Friderici Wappler. Vol. I. 1788. 8. mai. pagg. 404. ſine praefatione et ſynopſi. Vol. II. 1789. pagg. 582.

Poſt auctoris celeberrimi heu! praematurum obitum collectanea eius ad Cl. EYEREL peruene-

 runt,

runt, qui ex hac penu praelectiones haſce diuerſis annis conſcriptas et habitas (vnde factum eſt, vt varia argumenta bis tractentur) primus nobis non ea tantum lingua, qua vſus eſt b. STOLLIVS, ſed in vernaculam quoque verſas *) tradit. Acceptiſſimum vtique donum, dignumque Auctore, licet imperfectum, opus, doctrinae quippe eiuſdem, acuminis practici, candorisque ac ingenuitatis animi documentum, cuius vtilitatem in eo praecipue ponit Cl. Editor, „vt iuniores medici chronicos ſibi occurrentes morbos ad *febrium doctrinam* reuocare et *diuerſas* harum aegritudinum *cauſſas* ſollertius rimari addiſcant.„ Simul idem edendorum commentariorum in b. STOLLII aphoriſmos de cognoſcendis et curandis febribus initium fecit, de quibus poſtea ad lectores noſtros referemus, id tantum hic monentes, dolendum eſſe, quod minus iuſto curae impenſum fuerit cauendis vitiis typographicis, neque ſynopſi additae fuerint paginae, quod lectionem multo faciliorem redditurum fuerat. Verum vbi plura nitent, his non offendemur. Noſtrum nunc eſt, contentorum ſummam exhibere, excerptis paſſim iis, quae aut plane noua aut curatius determinata videantur.

Vol. I. p. 1. 1. *Scorbutus.* Stadia eius quatuor, naſcentis, increſcentis, adulti, conſummati. Numquam ad febriles morbos pertinet, etſi ſubinde cum febre complicetur. Diuiſio in terreſtrem et maritimum apta non eſt: addit autem b. Auctor: „an in acidum, alcalinum, muriaticum, et quare non?„ Remedia cauſſis accommodanda. Tentanda adhuc quaedam: rubia, ſanguinem diutius a putredine praeſeruans quam

*) MAXIMILIAN STOLL *Vorleſungen über einige chroniſche Krankheiten. Aus deſſen Nachlaſs herausgegeben und in das Deutſche überſetzt von* IOSEPH EYEREL. *Wien* 1788. *gr.* 8.

quam cortex peruuianus, at multo adhuc diutius ſabina et calamus aromaticus; guaiacum, ſaſſafras, aſſa foetida, quorum quidem omnium effectus externi innotuerunt.

II. *Rhachitis*. Morbus anno 1612. (Vol. II. p. 432. indicatur annus 1630.) a GLISSONIO accuratius deſcriptus, at probabiliſſime generi humano coaeuus (inferius exempli loco Therſites Homericus adducitur). Poſt ſecundum annum eum prorupiſſe vidit: rarius, et in ſolis fere feminis, paullo ante pubertatem ſe manifeſtat. Mentis conditio varia ab affectis vel immunibus capitis oſſibus. Puellae et iuuenes, quibus celere incrementum potiſſimum oſſium contigit, habitu ad phthiſin procliui, a labe rhachitica affici videbantur b. Auctori, curaque antirhachitica quam maxime iuuari; integras tales eſſe familias, malumque hereditarium in ſeros nepotes propagandum, niſi vel proles alterutrum parentum meliori ſanitate donatum ſequatur, vel matura medicatio accedat. Variolae infantibus rhachiticis paucae et benignae meliorque ſanitas poſt inoculationem, forte magis a regimine, quam inoculatione. Febrilis per ſe non eſt morbus, ſed in progreſſu accedit febris lenta. Epidemicam dari rhachitidem et ab anni tempore aliquid accedere, putat b. Auctor. Connatum non vidit, probabile tamen id iudicat. Neque a lue venerea laruata fractaue, neque ab acido praedominante oriri, neque miaſma peculiare eſſe, quum methodo vniuerſali tandem tollatur, totque cauſſas habeat, quae omnes debilitatem ſolidorum et mucoſam aquoſamque humorum conditionem inducant. p. 16.

III. *Scrophulae*. Non confundendae cum ſcirrho, neque cum ſtruma. Cauſſa proxima ignota: an miaſma ſpecificum, an ſemper cauſſa venerea, quod non videtur; an materies arthritica? In curatione diaeta inſtaurans, ſaturatiſſima decocta vel extracta taraxaci, p. 30.

cichorei, graminis, lactucae viroſae; huius, ſale multo eſſentiali diuitis, maior exinde laus in hydrope poſt ſuppreſſam febrem intermittentem; pueris a drachma vna ad duas intra viginti quatuor horas cum tartaro ſolubili exhibendum. Alia ex reſoluentibus, amaris, antiſcorbuticis; extractum aquoſum guaiaci praeſtantiſſimum, vel ſolum, vel cum aliquota parte reſinae eiuſdem. *Scrophulae laruatae:* ophthalmia; tumor labii ſuperioris; cruſta lactea, in qua accidentale tantum diſcrimen a morbo ſcrophuloſo ſemper obſeruaſſe ſibi viſus eſt b. Auctor; herpes; atrophia; phthiſis; achores; tinea.

p. 52. IV. *Hydrops.* Plures feminas, quam viros, eo laborare, vt vel ipſe ſexus ſequior ad eum praediſponat. Peiorem et magis immedicabilem non eſſe, quam qui ex abuſu vini, praecipue ſpiritus eiuſdem, originem duxerit. Ab hauſtu frigidae aeſtuante corpore intra paucas horas ortus. Peccare grauiter, qui omnis hydropis curationem ab aquarum euacuatione auſpicentur, omiſſo cauſſarum examine. Purgantia hydragoga, draſtica, rariſſime indicari. Cautiones in ſcillae vſu; abſint febres, obſtructiones, potiſſimum hepatis, facile inde inflammandae; nocet maxime in hydrothorace (ſed vide inferius). Exhibendi modi: cruda in paſtam contrita cum extracto vel ſyrupo conueniente in pilulas formata; toſtione forſan non bene vitia eius corrigi; acetum cum ſale tartari ad hydropem a febre intermittente; valentius cum ſale alkalino volatili ſimplici, vbi pituitoſi ſimul infarctus ſunt, in hydrope ab arthritide. Vterque ſal ita compoſitus non ſolus, ſed aliis remediis admiſcendus. Acetum cum lapidibus cancrorum. Oxymelli adiectis amaris, ſtomachicis, frigide vel in leui digeſtione. Oxymelle colchico ſcilla mitior eiusque incommodis carens. Rurſus laus ſucci inſpiſſati lactucae viroſae vel ſolius vel additis

terra

terra foliata tartari alioue ſale medio, vel ſcilla. Mercurii inunctio repetita moderataque in hydrope a morbis cutaneis retropreſſis, iuncto interno florum ſulphuris vſu; in hydrope ab infarctu hepatis. Exemplum hydropis anaſarca euacuantibus fruſtra impugnati, vectione, vino meraco et carnis eſu curati. Hydrops inflammatorius praecipue puellarum ruſticarum a catameniis ſuppreſſis, antiphlogiſtica methodo ſanandus. Immedicabilem a rupta poſt diutiſſime retentam vrinam veſica vidit b. Auctor. Hydrothorax morbus gentilitius. HAENIVM ob copioſas, quas ſibi ipſe inſtituerit, venaeſectiones hunc morbum ſibi contraxiſſe. Peripneumonia eiuſdem cauſſa; alia eaque frequentiſſima, aſthma quodcumque, raro, ſi vnquam, ad neruos referendum, ſed plerumque et fere ſemper a materia arthritica ad pulmones delata ortum. Pulſus fallax in hydrothorace; neque repentina excitatio ex primo ſomno cum metu ſuffocationis indubitatum ſignum. Femina ob hunc metum multas ſeptimanas, alius aeger ſeptem menſes ſedendo tranſegerunt; vtrique reſtituta ſanitas. Si modica aquae quantitas in alterutro pectoris cauo haereat, aeger adhuc aliquem motum exercere poſſit, neque ceteroquin ſit pinguis et toroſus, ſub celeri conuerſione aure manuque admotis appulſus aquae ad latera percipi poteſt. Signum a Cl. AUENBRVGGER propoſitum *) ſolum non ſufficit, neutiquam tamen ſpernendum. *Tympanites* male creditur aſciti frequentiſſime iungi, quod perraro contingit.

V. *Lues ſyphilitica.* Solo eam mercurio hucuſque ſpecifice ſanari; videri virus venereum ab eodem admiſto quaſi *neutraliſari*, vti mercurium a ſulphure. Mercurium in aqua mucoue ſolubilem cum viru venereo miſtum luem producturum non putat p. 93.

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XI. p. 57.

b. Auctor, et eiuſmodi eſſe remedia prophylactica anglica et gallica; ſibi ipſi notam eſſe mitiſſimam ſolutionem aquoſam, quae multum mercurii capiat, ab ipſo tamen ob abuſum inde metuendum non vulgandam. *Gonorrhoeae* ſpeciem quandam ortam vidit a phimoſi connata. Vlcuſcula vrethrae, non cauſſa, ſed effectus gonorrhoeae. Materiam gonorrhoicam cum venerea eandem eſſe, et qui ſecus ſentiant, eodem modo errare, ac ſi quis febrem vere intermittentem fuiſſe neget, quod cortici non obediat. Vrinae ſuppreſſionem lethalem vidit a tanta vrethrae inflammatione, vt eius cauum et canalis deleretur. Difficultas in diagnoſi gonorrhoeae muliebris a fluore albo non venereo: ſatis certum arbitratur, ſi mulier antea perfecte ſana repente in fluorem albo-flauouireſcentem et acrem incidat, abſque menſium anomalia, haec acris materia poſt aliquot ſeptimanas miteſcat, ac tandem dolore euaneſcente mutetur in benignam; fatetur tamen, haec in gonorrhoea non venerea *vtplurimum* aliter ſe habere. *Teſticulus venereus. Bubo:* non confundendus cum eo, qui ab aliis cauſſis, materia ſcrophuloſa vel arthritica, naſcitur; duplex eius ſpecies, ſymptoma gonorrhoeae grauioris neglectae vel peruerſe tractatae, et luis confirmatae. *Cancer venereus* verus, ſollicite a ſpurio diſtinguendus. *Condylomata. Lues vniuerſalis.* Ex ſymptomatibus eius nullum, quod *omni*, nullum quod *ſoli* conueniat. Panniculum adipoſum ita induratum conſpexit b. Auctor in homine ad adſpectum valde pingui et obeſo, vt manus tangens carnes omnes quaſi fumo duratas deprehenderet, abdomine ipſo duro. Ophthalmiam veneream facile cum bilioſa et rheumatica confundi. Fuſio excaecatus ab ophthalmia congenita ſaturninis tractata. Maculae corneae, lippitudo etiam chronica, ruborque oculorum, item exiguae puſtulae in limite corneae

poſt

poſt variolas enatae, ophthalmiae pariter rheumaticae, tolluntur vnguento ex butyri inſulſi recentis vncia, mercurii praecipitati rubri ſcrupulo dimidio vel integro, ſacchari drachma, ſemel vel bis per diem lentis magnitudine cantho interno imponendo inter decubitum, abluendo poſt dimidiam horam lacte tepido, ſi grauius doleat. A medicamentis vehementioribus in grauiore morbo inflammatorio partiali enata phrenitis. Colica venerea periodica. *Methodus medendi lui vniuerſali* praeſtantiſſima per inunctiones mercuriales partitis vicibus interpoſitis balneis peragendas; vnguentum placet ex vna mercurii et duabus axungiae recentis porcinae partibus per ſeptuaginta duas horas in mortario ligneo inter ſe tritis; terebinthina non addenda, niſi cutis eam ferat. Mercurius, quam diutiſſime fieri poteſt, in corpore relinquendus; inunctio vſque ad leue initium futurae ſaliuationis, halitu foetorem acquirente, continuanda. Capra mercurio inuncta, vt lac medicatum reddatur; tentandum foret, quid mercurius valeret in corpora animalium maiorum et perfectiorum, item in variis eorum morbis, potiſſimum cutaneis, itemque in contagioſis (vaccas complures mercurio ob morbum cutaneum inunctas periiſſe nouimus). Debiliſſimis commoratio in cubiculo, vbi plures aegri inunctione vtuntur. Aliae methodi vtendi mercurio, earumque commoda et moleſtiae. Mixta methodus. Remedia antiſyphilitica alia praeter mercurium. Monita et praecepta. Gonorrhoeam vere veneream in infantibus bis vidit b. Auctor: differt ſolum, quod vix adſit inflammatio, at copioſus et acer fluxus per pudenda.

VI. *Conuulſiones*. Tetanus maxillae in homine hydrope anaſarca laborante a metaſtaſi ad cerebrum, epilepticos et apoplecticos inſultos efficiente, tunc magis obſeruandus, vbi quid ingerere vellet. Species ra- p. 188.

rior eſt maxillae inferioris vltra ſuperiorem ea protruſio, vt dentes dentibus iam non reſpondeant. Lingua tumidiſſima et mirum quantum protenſa in colica pictonum. Remedia antiſpaſmodica cauſſis excitantibus accommodanda. Celebratiorum conſideratio: certum eſſe, fibrarum tenſionem, criſpationem, irritationem ad aliquod ſaltem tempus ab opio tolli, et ſtimulum irritantem per aliquot ſaltem horas inertem inefficacemque reddi; moſchus; caſtoreum; gummiferulacea ob virtutem reſoluentem, leniter roborantem ſimulque anodynam vim, hyſtericis inprimis amicam, per eminentiam neruina et antiſpaſmodica dici; foetida et empyreumatica odore opii ſimili agere; cortex peruuianus in cauſſam praediſponentem, nimiam a debilitate irritabilitatem, agens, in conuulſionibus periodice redeuntibus; viſcum quercinum ad acrimoniam humorum neruos ſtimulantem inuoluendam parumque roborandum, at non decorticatum adhibendum; hyoſcyami extractum opio ſimile, ſed aluum non coercens, tranquillioremque non raro ſomnum reddens; forte magnis doſibus in colica ſaturnina opium ſuperaturum; ſtramonium, illo potentius; valeriana vtraque; folia aurantiorum; ipecacuanhae vis aduerſus aſthma ſpaſticum, hypochondriacum et hyſtericum, item aduerſus haemorrhagias; ob vim roborantem emeticis aliis praeſtare; flores zinci triplici virtute agere videntur, abſorbente, leniter tonica, ac nimiam irritabilitatem corrigente; mercurius in tetano maxillae, epilepſiae, ſanando tophos, corrigendo miaſma, forte et alia adhuc incognita ratione.

p. 276. VII. *Morbi infantum.* An variolas pati poſſint in vtero materno, nondum deciſum: morbos haereditarios male negari. Morbi externi recens natorum. Aſphyxia. Lactatio: male differri primam vltra duodecim horas; lac matris etiam minus bonum proli

proli magis conducere, quam bonum, ſed alienum; matres febre acuta laborantes abſque noxa lactare. Vomitus cruentus recens natorum a ſanguine vel ſero ſanguinolento ex papilla introtracta exſucto vanum terrorem incutiens. Fraudes nutricum. Cura infantis abſque nutrice educandi. Aluus rara: convulſiones internae ab eadem. Exulcerationes: cavendum a ceruſſa, eius loco vtendum ſemine lycopodii vel creta colonienſi, cui, ſi excoriatio latius ſerpat, aluminis crudi octaua vel quarta pars addenda. Herniae: facile reponuntur, raro aut numquam incarcerantur. Bracheriis tum demum locus, quum infantes poſſunt ambulare et ſoli incedere. Aphthae: ex topicis promtiſſimum auxilium alumen crudum parca doſi in aqua ſolutum; ſolutio ſacchari ſaturni periculoſa ob deglutitionem. Tormina. Conuulſio: a retropreſſo morbo cutaneo; „veſicantia, vt adhibeantur, nollem vmquam: vidi triſtem caſum „ inquit b. Auctor. Hirudinibus retro aures, ad tempora, ad brachia applicatis ſe plures infantes plenos et ſucculentos ſanaſſe laetatur. In dentitione vomitus, tormina, teneſmus, diarrhoea viridis, copioſa ſymptomata ſympathica neruoſa ſunt, non ſaburralia; febre praeſenti purgantia cautius danda; neque ea antiſpaſmodicis maturius datis augenda, ex quibus optima ſaepe ſunt venaeſectio, hirudo. Vermes teneriori aetati rariores, niſi iam praeter lac matris aut nutricis alia aſſumantur alimenta. Diarrhoea. Vermes: amplior de iis in vniuerſum tractatio. In conſtitutionibus verminoſis, vbi ſeminium morboſum ſubeſſe epidemicum, vermesque morbi cauſſa ſtatuantur, forſan id ſolum verum eſſe, epidemiam cadere facilius in antea verminoſos. Atrophia. Rhachitis. Tuſſis conuulſiua: an morbus nouus ſit, dubium; ſaltem nouiter deſcriptus. Nec contagioſam dici poſſe, licet plerumque ſit epidemica. Experiendum,

riendum, an aliqua ratione communicari ſeu inocularі queat; falſum eſſe, eam non niſi ſemel per vitam afficere (quod inferius, vbi de hoc morbo generatim ſermo fit, repetitur; hinc veremur, vt neceſſitas inoculationis tanta videatur, quanta in variolis aliisque morbis, in regula ſemel tantum extimeſcendis). Non ſemper alternis diebus exacerbari, licet interdum febris remittens vel intermittens eidem iungatur. In fabro lignario ex pleuritide conualeſcente grauiſſimum et fere ſuffocatiuum inſultum, ſed vnicum, vidit b. Auctor. Medicos Viennenſes hunc morbum adeo auerſari, vt infantes eo laborantes ſoli naturae committi iubeant. Sedem eius ignorari: prophylaxis, forte ſola in praecauendis ventriculi eruditatibus et perfrigeratione. Tuſſes aliae: catarrhalis, titillatoria ſeu gutturalis, dentientium aliaeque ſymptomaticae, ſtomachica, viſceralis. Catarrhus ſuffocatiuus, non peculiaris morbus. Febres infantum: intermittens frequenter laruata, non diu ſibi ipſi relinquenda; vere inflammatoriae, item bilioſae rariores, crebriores pituitoſae. In omni febrili morbo attendendum ad dentitionem, variolas et morbillos, vermes, ſcarlatinam. Morbi cutanei: ſcabiem non videri conſiſtere in animalculis (WICHMANNI *) mentionem factam non videmus, hac tractatione procul dubio ante eius tempora ſcripta); ſcabiem iam praeexiſtentem ſolum iis habitaculum ſuppeditare. Saepe floribus ſulphuris, interpoſitis purgantibus, ſolis cedit; rebelle malum ſulphuris vel mercurii externum vſum poſtulat, ſemper tamen adhibito ſimul interne ſulphure. Inoculatio ſcabiei prorſus reiicitur. Acidum vitriolicum plethoricis proficuum, debilibus nocet. Cruſta lactea: paralyſin artuum inferiorum a cohibito effluxu retro aures et vlcere ſanato vidit b. Auctor, veſicante ibi applica-

*) Vid. Comment. noſtr. Vol. XXVIII. p. 634.

plicato ſanatam. Achores ſaepe difficillimus morbus, ideoque nonniſi repetita leni aluiductione lotionibusque capitis cum decocto bardanae et pauxillo ſaponis curandus; tubercula circa collum, achorum praecurſores, a ſcrophulis diſtinguenda. Tinea: arcanum nuperum ex bufonibus igne clauſo combuſtis. Lentigines. Herpes: diſpiciendum, an mere topicus, vel a praua diſpoſitione corporis pendens morbus ſit. Naeui materni. Furunculus. Verrucae. Hydrocephalus.

VIII. *Tuſſis conuulſiua.* Egregia tractatio, ſuperiori amplior; in tranſitu quaedam de neceſſitate conſtitutionis epidemicae ſollerter indagandae et morbis etiam ſporadicis applicandae. Gibbos a tuſſi ab HIPPOCRATE deſcriptos tuſſi ferinae adſcribendos eſſe. Saepius ſolis vrgentioribus ſymptomatibus medendum eſſe, e. g. peripneumoniae, ſtaſi in encephalo, tuſſim ipſam naturae committendam; emetica et purgantia non facile crebro repetenda, ne vires frangantur; nil magni agendum, quamdiu aeger appetat et febre careat, etſi morbus in longum trahatur, opemque a mora petendam. Plura in volumine ſecundo. p. 290.

IX. *De officio medici* allocutio ad auditores finitis praelectionibus, quam tamen lubentius prooemiis, commentariis Cl. EYEREL in aphoriſmos praefixis, a nobis mox indicandis, ſubiunctam vidiſſemus. p. 304.

X. *De morbis quibusdam capitis.* Cephalalgia. Hemicrania dira ex ophthalmia ſeroſa retropreſſa, applicato in vicinia veſicante ſanata. Officula membranis cerebri innata in capite vetulae; vaſa arterioſa oſſeſcentia, pariter aliquoties in ſeniculis inuenta. Vermes in cerebro in dubium vocat b. Auctor, quos tamen ſuperius p. 252. aſſumſerat. Cauendum, ne omnes dolores nocturnos vel capitis ſolius vel artuum p. 314.

tuum venereos putemus. Vertigo: in tranſitu quaedam de manuſtupratione; curam numquam a ſola pharmacia inchoandam, ſed vt in multis aliis morbis, ſic maxime in hoc, animum ſimul aegrotantis philoſophia vera ſanandum eſſe; item excurſus de officio lactandi. Ab apoplexia a fumo carbonum tranſitus ad reliquas apoplexiae ſpecies. Veteribus non ſemper vniuerſalem, ſed ſubinde partialem denotare. Lethargum HIPPOCRATIS morbum pectoris, non capitis, videri. Incubus in iis, qui ad apoplexiam praediſpoſiti ſunt, periculoſus; in pueris et infantibus ex primis viis frequens. Impoſſibile adhucdum rationem reddere, quare eadem cauſſa in diuerſis ſubiectis apoplexiam, epilepſiam, tetanum effecerit. Eclampſiae infantum cauſſae et curationis methodi: in verminoſa certiſſimum et efficaciſſimum emeticum ex ipecacuanha; opium peculiari quadam vi vermibus inimicum, aeque ac extractum nicotianae. Dolores quicumque a pleuritide, torminibus, calculo cet. morbi huius cauſſa. Iugularis externae ſectio in latere ſano inſtituenda. Venaeſectionis neceſſitas etiam in apoplexia ſeroſa, vbi turgeſcentia vaſorum ſimul coniicitur. In cadauerum ſectionibus ſaepe dubium, vtrum ſerum effuſum cauſſa, an effectus apoplexiae fuerit. Cautela in iisdem, ne ſerum inter arachnoideae cellulas haerens pro gelatinae quaſi aut pituitae collectione morboſa habeamus. Vrinae retentio in apoplexia probe attendenda. Paralyſis: Gaſsnerianus etiam exorciſmus hic acriter perſtringitur. Paralyſin in colica pictonum non a metaſtaſi contingere, neque criſin illius eſſe. Ad morbos oculorum pertinentia: collyria nihil continere debere ſolidi aut indiſſolubilis materiae. Ophthalmia ſymptomatica, non adeo febris intermittens laruata dicenda, ſed potius huic iuncta. Amauroſis ficta. Odontalgia: etiam in ſeroſa

roſa venaeſectionem, licet per ſe non neceſſariam, tamen ſubinde praemittendam in plethoricis et ad inflammationem praediſpoſitis. In corporibus debilibus, ei vt aliis morbis ſeroſis obnoxiis, omnia euacuantia nocere, conducere corticem peruuianum; curatos quosdam ſola vini, cui antea non aſſueuerint, vſu (Vol. II. p. 49.).

Epilepſia. Mania. Saccharum ſaturni neutiquam iuuare, quum ipſum mire turbet cerebrum; opium rariſſime aut numquam; muſicam, forte ideam praedominantem eneuruando. Sagae; daemoniacos meriſſime maniacos fuiſſe, curatos ſana mente reſtituta; Nabuchodonoſoris et Sauli mania. *Catalepſis:* huc etiam quodammodo ſomnambuli referendi. *Ophthalmia:* in ſicca purgantia et veſicantia prorſus aliena. Collyriis, quae flores zinci ingrediuntur, aliquid mucilaginis cydoniorum vel tragacanthae addendum, vt hi ſuſpenſi teneantur. *Angina:* de membranacea, ad inflammatoriam relata, pauca quaedam non ex propria, vt videtur, obſeruatione (fuſius hanc poſtmodum Cl. EYEREL in ſuis commentariis pertractauit). In tonſillis ſuppuratis nulla reipſa ſuppuratio, ſed ſerum phlogiſticum per laxum tonſillae corpus transſudat et in membranam albidam coit tonſillas inueſtientem et pus mentientem. Angina maligna a GRANTIO atque ante eum ab HVXHAMO *) deſcripta, non peculiaris morbus, ſed febris aut petechialis, aut miliaris, aut ſcarlatinae intenſior ſolummodo gradus.

Vol. II. p. 1. p. 6. p. 10.

Odontalgia. Palpitatio cordis. Tuſſis (Miramur epidemicae illius anni 1782. plane nullam mentionem fieri, quum tamen eae anni 1580. a SENNERTO, ac anni 1675. a SYDENHAMO deſcriptae adducantur: ſine dubio praelectio ante annum dictum habita eſt). De tuſſi conuulſiua, praecipue ea, quae anno

p. 47. p. 49. p. 512.

*) vid. Comment. noſtr. Vol. VIII. p. 454. 457.

anno 1775. epidemice graſſata eſt, fuſius. Puella octo annorum omnibus remediis fruſtra adhibitis, tuſſi ab opio nec minimum remittente, a kerme vero multum exaſperata, conualuit mixtura ex aquae florum tiliae vnciis quatuor, mucilaginis gummi arabici et ſyrupi diacodii ſingulorum vncia, extracti hyoſcyami granis duobus et lapidum cancrorum drachma dimidia, ad duorum cochlearium maiorum doſin intra biduum aſſumta. Species eiuſdem a ſolo refrigerio, vere rheumatica. Tuſſim hanc male haberi pro morbo ſpecifico ſui generis.

p. 78. p. 82. *Aſthma. Haemoptoe.* Variae ſpecies earumque curationes concinne exponuntur; inprimis quando opium locum habeat.

p. 94. p. 96. *Haemorrhagia narium. Vomitus cruentus:* non ex vaſis breuibus, ſed extremis arteriolarum apicibus. Morbus niger HIPPOCRATIS optime a TISSOTO *) deſcriptus (p. 238. KAEMPFII deſcriptio **) inprimis laudatur).

p. 99. p. 102. p. 104. p. 111. *Mictus cruentus. Haemorrhoides nimiae. Haemorrhagia vteri. Tabes:* cum phthiſi vnum idemque; egregie diuerſae ſpecies iisque appoſitae medendi methodi enarrantur. Inter reliquas ſpecies etiam de tabe dorſali ab onania. Cautus vſus reſoluentium in obſtructionibus glandularum. Phthiſis purulenta ex nimia ſuppuratione externa omnium maxime curabilis; laudatur radix arnicae ad drachmam vnam omni bihorio, ibi etiam proficua, vbi cortex peruuianus ſucceſſu caruit. In internis ſuppurationibus hic raro vel numquam iuuit, ſubinde tamen machinam labantem ſuſtinet. Radix arnicae potiſſimum, ſi ob diarrhoeam colliquatiuam cortex cito e corpore eliminetur. Equitatio in phthiſi purulenta noxia. Balneo terrae ruſticatio commodior, amoenior

*) vid. Comment. noſtr. Vol. X. p. 266.

**) Eorund. Vol. XXVII. p. 35. ſqq.

nior et vtilor (forte grato et ſolo frigore humidiuſculo iuuare, p. 572). Commorationem in ſtabulis et ſana ratio reprobat, et obſeruatio. Accubitus corporis iuuenilis forte ſolo calore proficuus: contagioſa tamen phthiſeos indoles negatur. Ill. STOERKIVS phthiſin ſolo ſaluiae infuſo ſanauit, cui lac non profuerat. Elixir vitrioli tantum in phthiſi a laeſa ventriculi functione orta; purulentam certe exacerbat. Petroleum ſaepiſſime nocebit.

Cardialgia. In apoplexia ab ingluuie commendatur emeticum ex vitrioli albi granis octo ad drachmam dimidiam. Temeraria, ſed felix curatio, vomitu nulla alia ratione excitando, per iniectam venae iugulari ſolutionem antimonialem. De venenis eorumque poſt mortem exploratione pauca quaedam, nec ſatis determinata; alia adhuc poſtea p. 172. vbi de vomitu agitur, ſubiunguntur. Vbi de cardialgia menſtruantium diſſeritur, regulae generales de pellendis menſtruis. Cardialgia variolantium facta eruptione ſponte ceſſat; ſubſiſtens emeticum poſtulat. Cardialgia ab hauſtu frigidae aeſtuante corpore ad cardialgiam bilioſam refertur. p. 135.

Singultus. Vomitus. In vehementiſſimo omnium primo ad opium confugiendum, antequam de oppugnanda cauſſa cogitetur, niſi opium ipſi cauſſae adverſetur. In variolis et morbillis eum ſola methodus morbo principali conueniens et regimen perſpirationi fauens mitigat: niſi poſt eruptionem ſponte ceſſet, verendum eſt, ne puſtulae varioloſae ipſum ventriculum obſideant, quibus ſola blandiſſima et emollientiſſima remedia conueniunt. De vomitu in febribus acutis et putridis monita. Situm retrogradum in curru inaſſueti tandem ferunt, quadrante hora antea aſſumta pilula opiata cum aqua cinnamomi; aliis profuit hauſtus vini gallici rubri vel larga quantitas tincturae martis in aqua quadam aroma- p. 153. p. 169.

tica. In vomitu a ſubitaneo terrore opium cardiacis iunctum. Vbi opio ad compeſcendum vomitum opus eſt, ad curandum cohibito vomitu morbum principalem durante opii actione remedia adhibenda. Praeſtat opio in forma liquida vti, quia ſic maiorem ſuperficiem contingit et citius efficaciusque agit.

p. 185. *Colica.* In haemorrhoidali ſiue ſanguinea hirudines non applicandae tuberculis inflammatis, niſi inflammatione diſcuſſa, ne ſuppuratio et fiſtuloſum vlcus ſequatur, ſed pone tuberculum in loco non inflammato. In tuberculis non inflammatis et ſimul magnis lanceola praeſtat. In tranſitu quaedam de abortus repetiti cauſſis. De colica pictonum ad normam egregiae tractationis olim exhibitae *).

p. 214. *Ileus. Dolor inteſtinorum chronicus.* Methodus
p. 217. generalis pleraſque colicae ſpecies, ea excepta, vbi in ſolo motu neruorum eſt vitium, vt apud hyſtericas, tractandi.

p. 219. *Diarrhoea.* arbitraria ſeu morbus niger HIPPOCRATIS (vide ſuperius). Diarrhoea febrilis ab aphthis ſaepe lethalis.

p. 281. *Dyſenteria.* Vitrum antimonii ceratum nihil ſpecifici habere videtur, effectusque incerti eſt. Dyſenteria aeſtiua, nunquam abſque febre bilioſae naturae aut febriculoſa ſaltem diſpoſitione, eodem modo in putridam et malignam tranſit, eademque remedia requirit. Contagium nullum, niſi ex aëre in cubiculo coinquinato; volatile certe non eſt. Diſcrimen inter dyſenteriam et aluum ſanguineam poſt colicam haemorrhoidalem, aliosque ſanguinis fluxus. Dyſenteria ferosa, cuius epidemiam Londinenſem WILLISIVS deſcribit: cauſſam eius etiam conſtituunt acidulae largius ingurgitatae, nec per conſueta colatoria eliminatae.

Haemor-

*) Rat. medendi P. II. Vienn. 1778. 8 mai. p. 267 ſeqq.

Haemorrhoides. Varia ſuperius iam in colica haemorrhoidali adducta repetuntur. p. 281.

Ictterus. Inter eius cauſſas etiam venena quaedam vegetabilia, e. g. ſtaphis agria. Copioſe iterum de calculis biliariis, multis tamen recentiorum tentaminibus neque hic, neque ſuperius memoratis. p. 289.

Hydrops. Iterum multa ex tractatione in volumine priori repetita. Variae eius cauſſae, remediorum iis applicandorum ſelectus. Vbi cremori tartari aliisque acidis locus ſit. Rurſus de ſcilla: ſaevas in hydrope pectoris anxietates grana duo aut tria ſcillae crudae cum ſaccharo tritae citiſſime tollere, imo morbum ipſum non raro ſanare (at ſuperius Vol. I. p. 61. in hoc malo eadem maxime nocere dicitur). p. 297.

Malum hypochondriacum. Lues venerea. In polutione nocturna egregii vſus emulſio camphorata verſus veſperam ſumta. Methodus ſudoriferis luem curandi nequaquam ſatisfacit: quum progreſſu temporis benignior morbus videatur, forte poſteri poſt aliquot ſaecula ſecuriorem opem in ea reperient. Mercurius etſi luem certo curat, non tamen ſemper alios morbos a lue ortos ſanat; hinc effectus cicutae in morbis glandularum a malo venereo relictis. Incommoda mercurii ſublimati in forma pilulari vel ſolutione ſpirituoſa exhibiti: fumigatione numquam radicalis curatio obtinetur. Morbi a lue venerea oriundi vel cum ea complicati quomodo curandi; cur neglectis cautelis hic neceſſariis morbi venerei ſubinde incurabiles dicti ſint. Curatio gravidarum et infantum. Morbus connatus raro integre curatur. In morbo laruato ſymptomata certiora luis marte dato ſe manifeſtant. Pruritu et puſtulis ab vnguento neapolitano ſurgentibus prodeſt admiſcere pauxillum butyri cacao vel vnguenti de liquiritia. p. 316. p. 323.

ritia. Inunctio fieri debet a parte ſuperiori verſus inferiorem, i. e. ſecundum ſitum pilorum.

p. 372. *Morbi mulierum.* Menſtrua. Chloroſis: de ferro in genere quaedam. Nimia menſtrua. Fluor albus: exemplum in puella quadrienni, quae eodem per ſe ſubſiſtente in atrociſſimos capitis dolores et ſubinde in conuulſiones incidit; catarrhus vteri, frequens admodum cauſſa. Grauidarum morbi. Abortus: vbi opio vtendum; praediſpoſitio vteri abſoluto partu ante nouam impraegnationem diuturno roborantium vſu tollenda; diarrhoea; tuſſis. Morbi parturientium et puerperarum: cautelae in opio exhibendo; vanus metus, ne ab eodem lochia ſupprimantur. Fluxus lochiorum nimius. Eiuſdem ſuppreſſio: potiſſimum ab inflammatione. Febris lactea. Fluor alui poſt partum.

p. 411. *Morbi infantum.* Meconium acidum primarum viarum. Dentitio: ante quam eius ſigna appareant, prodeſſe, ſi gingiuae ſaepius durius perfricentur, immiſſo ſaepius a nutrice digito aut re quacumque duriori (?); ſin vero dentitionis ſymptomata iam adſint, mera emollientia iuuare. Bacchantis potius, quam ſanantis medici eſſe, in conuulſionibus a dentitione veſicantium ſtimulum tenello irritatoque corpori admouere. Viridis faecum color in dentitione potius a bile conuulſiuo modo expreſſa, quam ab acido, deducendus. Vermes: infuſum foliorum hyſſopi contra lumbricos laudatum. Vomitus. Diarrhoea. Conuulſiones. Tuſſis. Rhachitis: non videtur haereditate propagari. Scabies: protractior vſus balneorum tepidorum ex aqua dulci morbum reddit pertinaciſſimum; vnguentum ex ſulphure (Iaſſeriani mentio non fit) non adhibendum, niſi ſimul interna auxilia in vſum vocentur.

p. 445. *De methodo praeſcribendi formulas.* Hanc praelectionem ideo ſe addidiſſe Cl. KYEREL in praefatione

ne dicit, "cum nuper impudentiſſimus homunculus *diſſertationem de materia medica practica* ediderit, quam inter STOLLII manuſcripta repertam fuiſſe affirmet, mendis vbique ſcatentem." Formulas autem ſe conſultius omiſiſſe, "ne mediocrum *formulariorum* plebs iis abutatur." Generalia quaedam obſeruanda. Modus praeſcribendi: puluis, decoctum, infuſum, infuſodecoctum, iulepus, ſucci expreſſi, mixturae, emulſum, electuarium, bolus, eclegma, conditum, conſerua, confectio, elaeoſaccharum, pilulae, trochiſci, rotulae, morſuli. Remedia externa: balnea calida, thermae ſulphureae, balnea frigida aliique modi aquam frigidam applicandi cum reliquo eius vſu, balneum vaporoſum, embroche, balnea artificialia, enema (ex lacte non nutriens ob multas, quas reliquit faeces), epithema, cataplaſma, epiſpaſticum (non bene ad plantas pedum), frontale (optima fermentatione frigidae SCHMVCKERI THEDENIIque), collyrium cum ſuis ſpeciebus, errhinum.

IV.

IOSEPHI EYEREL commentaria in MAXIMILIANI STOLLII aphoriſmos de cognoſcendis et curandis febribus. Morbis quoque quasdam leges naturà poſuit. Plin. Hiſt. nat. L. VII. Tomus primus. Vindobonae, typis Chriſtiani Friderici Wappler. 1788. 8. mai. pagg. 346. ſine praefatione et ſynopſi. Tomus ſecundus. 1789. pagg. 542.

Aphoriſmi ipſi in commentariis noſtris *) ſummo iure laudati ſunt. Ex collectaneis igitur b. Auctoris, quae iam in poſſeſſionem Cl. EYEREL peruenisſe ſuperius diximus, collatis cum aliis b. STOLLII

*) Vol. XXVIIII. p. 261.

operibus aliorumque auctorum ſententiis et obſervationibus, iisque interdum admodum prolixe traditis, inſperſisque non paucis Cl. Editoris ipſius, enatum eſt praeſens opus, cuius duo priores tomos nunc indicamus, duo reliquos a Cl. Editore propediem edendos auide exſpectantes; opus vtique inſigni vtilitate ſeſe commendaturum, nec STOLLII genio carens.

Tom. I. p. 3. Praefixa ſunt b. STOLLII prooemia ad praelectiones clinicas annorum 1776. 1777. 1778. 1780. 1785. et 1786. vltimum lingua vernacula; plena omnia admonitionibus grauiſſimis ad auditores directis. Haue anima pia!

p. 47. *Febris in genere.* Eius frequentia et latiſſima dominatio, ne foetu quidem in vtero ab eadem exemto. Febris origo plurimorum morborum chronicorum, in pleriſque etiam hominibus mortis cauſſa. Febris morborum medela: experimentis tentandum eſſe, an aqua in venas infuſa febres ad ſanandos morbos rebelles, epilepſiam v. c. et maniam, excitari poſſit. Quouſque febre vtendum vel eadem moderanda ſit. Quaenam corporis partes pro ſede febris habendae.

p. 59. *Cauſſae febrium* excitantes et praediſponentes; ſingulares, ingeſta acria in cibo, potu, condimentis, medicamentis, animi et corporis motus, calor, acria externe applicata, omnia denique ſanguinem et humores deprauantia.

p. 71. *Febrium partitio* varia a variis aſſumta, vel a ſymptomatibus, vel a periculo et duratione, vel a decurſu: optima a cauſſis excitantibus in vniuerſales, haeque iterum in ſtationariam, annuam, et intercurrentem; et ſingulares ſeu ſporadicas.

p. 77. *Febris ſtationaria.* SYDENHAMI merita: STOLLII in eodem ſequendo laus. Qua ratione in eiusdem naturam ſit inquirendum. Cauſſae variarum conſtitutionum non explicandae.

Febres

Febres annuae. Laudatur praecipue libellus Cl. HAEBERL *) pro commentario in STOLLII de his febribus doctrinam inseruiens, cuius potiora momenta hic adducuntur. Egregia etiam sunt, quae b. vir in ratione medendi variis locis tradidit, inprimis de constitutione biliosa anni 1771 **). Mutatio febris annuae in stationariam. Insignis huius doctrinae vtilitas ad cognoscendos, curandos et praecauendos morbos. p. 87.

Febris inflammatoria. Synonymia. Prodromi febrium in genere. Symptomata febris inflammatoriae. Caussae praedisponentes: aër frigidus siccus, aetas iuuenilis et vegeta, grauiditas; frequentius etiam Viennae, quam alibi aetas infantilis et puerilis, forte ab acriore atque minus sincera, sed ex aliis stimulis composita inflammatione; chlorosis inflammatoria in plethoricis nondum menstruatis; phthisis cum diathesi inflammatoria coniuncta; hydrops plethoricus, chlorosi supra dictae multum similis. p. 107.

Febris ephemera, species simplicissima synochi imputris. p. 120.

Inflammatio chronica; quorsum pertinet haemoptoe chronica seu pleuritis latens, egregie iuxta STOLLIVM (morb. chron. p. 19. vide superius) et HVXHAMVM descripta. *Caussae excitantes synochi imputris.* p. 123. p. 126.

Febris inflammatoria simplex et composita, p. 127. v. c. biliosae, pituitosae, intermittenti iuncta, siue febris adscititia simul cum inflammatoria oriatur, progrediatur et finiatur, siue eiusdem effectus sit, siue etiam caussa. Diuersissima harum complicationum exempla: grauissima cum febre putrida, difficillima

*) De febribus annuis et in specie de febre aestiua anni 1783. in nosocomio SS. Trinitatis vindobonensi obseruata descriptaque. Monachii 1784.

**) P. II. p. 87. seqq.

eum diiudicatu, tum curatu: neque turbatum encephali ſtatum, neque pulſuum debilitatem, neque petechiarum eruptionem morbi putridi praeſentiam extra dubium ponere; hinc accuratiſſimo reſpirationis atque hypochondriorum examine opus eſſe, paruisque et repetitis venaeſectionibus et emollientiſſima methodo aegros ſeruari, qui antiſeptica perituri fuiſſent.

p. 137. *Febris inflammatoria vniuerſalis, et eum topica inflammatione.* Exitus eiuſdem lyſi, criſi per ſudores, haemorrhagias, vrinam, diarrhoeas, abſceſſum; generalia de criſi, euacuatione et metaſtaſi critica; exitus in mortem ab inflammationis magnitudine, criſi erronea: lympha in cauum quoddam tranſſudante, abſceſſu interno, gangraena; exitus in alios morbos.

p. 164. *De prognoſi febrium in genere:* praelectio b. STOLLII abſolutiſſima.

p. 172. *Methodus medendi febribus inflammatoriis.* Phlebotomiae leuamen fidum vel infidum ab eadem; cruſta inflammatoria ambiguum ſignum. Fotus emolliens, quorſum et enemata referenda. Potus emolliens, tepidus, acidiuſculus, refrigerans, ex arbitrio aegri parcis at frequentius repetitis doſibus hauriendus. Diaeta in vniuerſum. Conualeſcentia: de cura conualeſcentium in acutis generatim; in feminis vſque ad reditum fluxus meſtrui continuanda; ſymptomata reconualeſcentium.

p. 183. *Inflammatio rheumatica,* ab aliis ſpuria dicta: eius diſcrimen a genuina.

p. 185. *Inflammationes topicae. Phrenitis* vera, affectus primarius cerebri cum delirio et febre acuta continua inflammatoria. In cerebro ſecundarie tantum affecto eſt phrenitis ſymptomatica. Cauſſae remotae vtriuſque. Signa vtramque antecedentia. Symptomata vtrique praeſenti communia (Abderitarum febris ex LVCIANO etiam ad phrenitidem refertur).

Pro-

Prognoſis: ex phrenitide maniaci, lucidis interuallis famuli munere in noſocomio plures per annos functi, morbo tandem acutiſſimo enecti, cadauer duras craſſasque et in plurimis locis firmiter ſibi inuicem alligatas membranas cerebri exhibuit b. STOLLIO. Extiſpicia ex aliis auctoribus; naturae molimina in ſananda phrenitide. Cura: venaeſectio in brachio reliquis praeſtat; ſcarifatio occipitis, hodie vix non penitus neglecta, in vſum denuo reuocanda; capitis raſio inſtituenda, quam primum morbum inſtare appareat, quum iam praeſente difficillima ſit. Methodus medendi phrenitidi ſymptomaticae. Vſus camphorae, moſchi, opii in phrenitide priori in eo deliriorum genere, quod non ab inflammatione cerebri, ſed ab exceſſu irritabilitatis ab ipſa febre inducto progignitur, ſi eam, prout alia narcotica, ſimul poſcat aut admittat natura febris; moſchus potiſſimum in delirio a retropulſis exanthematibus; opium nonniſi ceſſante penitus febre, ſi leuia deliria, deſipientia atque fatuitas ſuperſint. Phrenitis et mania puerperarum: non a ſuppreſſo lochiorum fluxu, forte ex abundantia elementorum lactis in ſanguinis et humorum maſſa aberrantium ac tandem cerebrum ſupprimentium. Phrenitis a vi externa capiti illata: epithemata frigida efficaciſſima ſunt, ſi lintea ſale ammoniaco aut nitro conſperſa capitique impoſita aqua madefiunt; nocent, quamprimum ſuppurationis oriturae aut iam ortae ſigna adſunt. Relapſus et conualeſcentia. Quaedam adhuc notanda: optimum modum coërcendi furioſos eum videri, ſi linteis inuoluantur; alios tenebras, alios lucem abhorrere, vt ergo generalis hic norma nulla ſit.

Angina. Definitio et generalis diuiſio in eam, quae ſine tumore, et quae cum eodem eſt. Angina ſine tumore ab inflammatione laryngis circa eius ſummitatem, aliaque eiuſdem cum priore periculi p. 256.

a morbis praegreſſis, quorſum etiam angina phthiſicorum referenda; catarrhus ſuffocatiuus. Angina cum tumore: eius varia natura et ſedes; huc etiam polypi narium referuntur. Angina inflammatoria: eius cauſſae; ſpecies: inflammatio aſperae arteriae; laryngis; muſculorum oſſis hyoidis et laryngis; pharyngis; tonſillarum, uvulae, veli penduli; harum partium compoſita. Quaeque ſpecies ſigillatim conſiderata, cum ſignis diagnoſticis. Ad priorem angina membranoſa, polypoſa, trachealis refertur. Duae priores ſpecies periculoſiſſimae ſunt, at rariores; tumore nullo ſe produnt, ſecus ac reliquae. Inflammatio muſculorum oſſis hyoidis metaſtaſi ad pulmones funeſta a b. STOLLIO obſeruata. Effectus anginae inflammatoriae. Eiuſdem exitus varii: trachealis reſolutione, criſi erronea in formata membrana, hiſtoria huius morbi prolixa, exemplum eiusdem ex STOLLII rat. med. Methodus medendi. Tracheotomia. Addenda quaedam: volumen maius tonſillarum remanens; niſi functiones eo laedantur, medicamentis non indiget; lympha coagulabilis intra ſubſtantiam earum collecta, ſcirrhum mentiens, male reſoluentibus tentatur, ſibi ipſi potius relinquenda.

T. II. p. 1. Angina ſuppuratoria, gangraenoſa, ſcirrhoſa. In ſuppuratione interdum venaeſectio, abſceſſu licet iam formato, requiritur ob nimiam compreſſionem partium adiacentium, inflammationem et ſuffocationem minantem. Anginae conuulſiuae ſpecies: paralytica, ſpaſmodica, a luxatione vertebrae ceruicis et oſſis hyoidis, hypochondriaca ſeu hyſterica. Angina aquoſa et huc pertinens tumor glandularum ſaliualium; exempla tria anginae oedematoſae. Corollaria de prognoſi in angina, ex HIPPOCRATE. Anginae vt ſymptoma aliis morbis accedentes hic tantum nominantur: varioloſa, morbilloſa, rheumatica, ſcarla-

ſcarlatinoſa, venerea (quam vlceroſam ſaepe in infantibus a nutrice infectis obſeruauit STOLLIVS), aphthoſa.

Pleuritis humida, ab aliis angina pectoris dicta: eius ſedes, differentia a pleuritide ſicca, exitus, methodus medendi. p. 57.

Peripneumonia. Eius diuiſio; ſigna: in obſeruanda inſpiratione ſumma adhibenda attentio, an thorax aeque alte, atque eadem in binis lateribus celeritate ſurſum tollatur; quod ſi non fiat, vel reſpiratio ſolo abdomine peragatur, ſignum eſt abſconditae peripneumoniae. Cauſſae. Effectus. Prognoſis. Exitus in ſanitatem lyſi, criſi per ſputa, quae videntur conſiſtere ex materie inflammatoria, ſeu ex lympha coagulabili, ſed aliquantum immutata; per diarrhoeas, vrinam. Exitus in alios morbos: ſuppuratio eiusque varius exitus, quandoque epidemica, neque inflammationis magnitudini, neque peruerſae medendi methodo adſcribenda; metaſtaſis per abſceſſus; criſis erronea per effuſionem lymphae in pulmonum ſubſtantiam, thoracis cauum, veſiculas et ramificationes bronchiales: huius certa et indubitata ſigna adhuc deſiderari, ſaepe epidemicam a genio morbi, ſaepius autem a peruerſa medendi ratione oriri; exſudationem lymphae in cauum thoracis, in membranam concreſcentis, frequentius forte in morbo a ſubito perfrigerio aeſtuanti corpori admiſſo; hydrothoracem, vaſa encephali varicoſa, cor ſummopere dilatatum; gangraena, cuius tamen infidum ſignum putanda ſunt ſtigmata nigra in pulmonibus, vtpote non in toto pulmone conſpicua, aliisque etiam morbis familiaria. Signa ſpecialia funeſti exitus praenuncia. Cura, primo leuis peripneumoniae et catarrhorum inflammatoriorum, poſtea grauioris. Venaeſectionis, numquam ad animi deliquium extendendae, limites, ne eadem ſuppura- p. 60.

tio

tio iam incipiens turbetur. Curatio in ſtadio ſuppuratorio: ad accelerandum vomicae rupturam vomitorio, remedio maxime infido, non vtendum; rupta ea euacuatoque per ſputa pure, cauendum a vulnerariis, adſtringentibus, balſamicis, equitatione; apium caute dandum, praeſtantius emulſum ex ſemine papaueris albi cum ſyrupo diacodii; in conſummata phthiſi ſubinde opium miſerrimum leuamen. Methodus medendi in imminente metaſtaſi. Criſis erroneae effectus et gangraena incurabiles. Sputorum ſuppreſſio vnde eueniat, et quomodo tollenda ſit: venaeſectione, vaporibus calidis inſpiratis, potu emolliente, oxymelle, floribus benzoes ad grana quatuor cum camphorae granis duobus iunctis omni bihorio ſumtis, ad mentem Ill. HOFMANNI *). Peripneumoniae ſymptomaticae, potiſſimum ex HVXHAMO. Denique quaeſtiones variae: de morte apoplectica in peripneumoniae initio; de pulſus mollitie, magnitudinis inflammationis indice; de reſpiratione ſolo abdomine peracta; de ſpurio empyemate celerrime occidente; de ſputo lymphae phlogiſticae, pus mentientis; de phthiſi a ſuppurata inflammatione; de difficili diagnoſi in iis, qui ob aut naturalem aut vi morbi inductam inſcitiam atque inſenſilitatem de pectoris oppreſſione non conqueruntur; de difficili diagnoſi empyematis, percuſſione thoracis nonniſi in collatione cum morbi decurſu adhibenda; de frequentia concretionis pulmonum cum pleura.

p. 186. p. 193. *Pleuritis et peripneumonia latens chronica:* ſigna, cauſſae, cura. *Pleuritis ſicca:* eius differentia ab humida ſiue inflammatione bronchiorum; ſedes; diuiſio in veram et ſpuriam, idiopathicam et ſymptomaticam. Cauſſae praediſponentes et excitantes. Symptomata. Exitus in ſanitatem: reſolutione,

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXV. p. 438.

ne, criſi per haemorrhagiam, vrinam, aluum, abſceſſum, metaſtaſin ad extremitates, ſputa. Cura pleuritidis leuioris et grauioris: cantharidum vſus nonniſi in ſecundo ſtadio morbi, ſecus ac in rheumatica, in qua inſignior earumdem vtilitas et fere ſpecifica, docente STOLLIO in rat. med. P.I. Exitus pleuritidis in alios morbos: ſuppuratio: ſigna formati abſceſſus, vomicae ruptae, empyematis; puris verſus exteriora deriuatio, empyematis ſanatio; pleurae coalitus cum pulmone: criſis erronea, lympha coagulabili aut ſubito aegrum ſuffocante, aut ſenſim per ſcreatum euacuata, aut in pſeudomembranam condenſata: gangraena. Exitus in mortem. Quaeſtiones variae: ſenibus et grauidis maius periculum; reſpiratio facilior thorace faſciis circumductis conſtricto, vt coſtae quaſi immobiles reddantur; pleuritidis diſtinctio in adſcendentem et deſcendentem, quae a ſaburra primarum viarum oritur cet. diagnoſis in infantibus difficilior, a ſola reſpiratione petenda; opii noxae; item expectorantium in ſtatu inflammatorio; probabile, morbum in ſiniſtro latere magis funeſtum eſſe, quam in dextro; feminis morbus rarior, item in vtroque ſexu ante pubertatem, at tunc periculoſior.

Diaphragmatitis. Inflammatio mediaſtini, pericardii, cordis. Hepatitis et icterus multiplex. Hepatitidis interdum ſimilitudo cum pleuroperipneumonia, error tamen in medendo nullius noxae, ſecus ac ſi cum febre bilioſa confunditur. Cauſſae generales et ſpeciales. Effectus. Signa. Exitus in ſanitatem: reſolutione, criſi per diarrhoeam bilioſam, vrinam, ſuperuenientem dolorem mitiorem lienis, haemorrhagiam narium, ſudores. Criſis erronea: effuſio lymphae coagulabilis in abdomen; ſuppuratio hepatis eiusque effectus, phthiſis hepatica, effuſio puris in abdomen, inteſtina, pectus, reſorptio, tumor externus,

p. 292.
p. 300.
p. 305.

nus; ſcirrhus. Exitus hepatitidis in mortem ab inflammatione nimia, ruptis vaſis, gangraena. Corollaria practica: de differentia inflammationum ratione virium vitalium; de ſanguinis in hepate collecti ad putredinem procliuitate; de eiuſdem euacuatione per vomitum et aluum; de ictero eiuſque cauſſis, inprimis calculis biliariis, cet. Hepatitis latens.

p. 424. *Gaſtritis:* ſigna; cauſſae; ſymptomata; cura; exitus in ſuppurationem, ſcirrhum.

p. 442. *Inflammatio lienis, pancreatis, omenti.* Corollaria practica.

p. 454. *Enteritis:* cauſſae; diuiſio in originariam et ſymptomaticam; ſymptomata; cura; ſuppuratio, gangraena, ſcirrhus. Corollaria practica.

p. 486. *Nephritis.* Signa. Cauſſae. Symptomata. Exitus in ſanitatem: reſolutiones per vrinam, haemorrhoides. Cura. Nephritis calculoſa: quaedam de curatione calculi. Suppuratio renum: differentia inter pus ex renibus et veſica; curatio abſceſſus per interna demulcentia, balſamica, vulneraria; difficultates in aperiendo et curando abſceſſu. Scirrhus renum. Rudimenta calculi. Gangraena renum. Corollaria practica: de variis ſpeciebus nephritidis, curationem tamen eamdem exigentibus; de vrina critica in aliis morbis inflammatoriis, renes male afficiente; de iſchuria renali et veſicali.

p. 530. *Cyſtitis:* quorſum refertur etiam ſcabies veſicae ſeu arroſio tunicae villoſae ab vrina acri praeſertim in ſenibus; abſceſſus, ſcirrhus et calloſitas veſicae.

p. 534. *Metritis:* ſigna et cauſſae; vteri ſuppuratio, gangraena, cancer, inflammatio chronica.

V.

CAELII APICII de opſoniis et condimentis ſiue arte coquinaria libri X. cum lectionibus variis atque indice edidit IOANNES MICHAEL BERN-

BERNHOLD, Com. Palat. Caesar. Med. D. Sereniss. March. Brandenb. a consil. aulae, physicus praefecturar. Vffenheimensis et Creiglingensis — 8. 230 pag. Locus et annus desiderantur: ad textus finem tamen legitur: Marcobraitae, excud. Ioann. Val. Knenlein, MDCCLXXXVII.

CAEL. APICII de opsoniis et condimentis opus raro non solum in auctionibus librorum hactenus prostabat, verum etiam, HVMMELBERGII editione fere excepta, quae textum satis emaculatum et commentariis vtilissimis explicatum exhibet, multis in locis tam corruptum atque librariorum atque editorum erroribus conspurcatum erat, vt auctor, cuius mens per se iam difficulter intelligi poterat, horum studio illaudabili vix vllo modo multis in locis intelligi posset. Quibus omnibus motus est BERNHOLDVS, Vir Cl^mus et in veterum medicorum studio inprimis versatus, vt antiquum de re coquinaria Romanorum auctorum vnicumque in hoc coquendi artificio superstitem studiose retractaret purgatumque ab erroribus atque politiorem in lucem emitteret.

Adiuuere etiam illum alii docti viri in his laboribus. In animum iam olim induxerat, APICIVM prelo subiicere denuo, in manus suas quum incidisset LISTERI rarissima APICII editio, Londini 1705, et quidem 120 tantum exemplaribus impressa: sedulo subsidia, quibus et emendari, et illustrari auctor posset, eruere coepit, sed frustra, indeque spem edendi auctoris iam abiecit, quum opportune intelligeret, ANDREAM GOETZIVM, Scholae Sebaldinae Norimbergensis collegam, eundem auctorem edendum sibi proposuisse. Rogatus a Nostro GOETZIVS lucubrationes suas cum ipso communicauit, prelo iam

iam fere deſtinatas, indeque ſatis facilem edendi auctoris laborem ipſe habuit.

Textus autem HVMMELBERGII, vtpote correctior, ſaltim tanta vitiorum mole non laborans, quam alii textus, antiquiores etiam, a Noſtro iterum excuſſus eſt. Eum ſequuntur, poſt capitum argumenta data, variantes lectiones ex editione BLASII LANCILOTI, Mediolani anno 1490 edita, collectae ab ANDREA GOETZIO. Quibus exhibitis varietas lectionum ſuccedit, ex antiquiſſimo Codice Mpto, qui in bibliotheca Vaticana ſeruatur, depromta, ex Almeloueenii editione in hanc translata, ab A. GOETZIO pariter excerpta et deſcripta. Variantes deinde lectiones et adnotationes leguntur ex HVMMELBERGII commentariis a GOETZIO deſumtae atque in epitomen redactae, ac deinque lectiones differentes editionis Liſterianae et Hummelbergianae.

Hactenus enarrata ad textum eiusque varietates pertinent a GOETZIO profectas. Indicem ſatis copioſum, ſiue potius gloſſarium BERNHOLDVS adiecit a pag. 157 vſque ad pag. 228. Hunc ſuum eſſe laborem ipſe adſerit, nihil enim, praeter indicem, in hac editione ſibi ſumere, expreſſis verbis in praefatione ipſe dicit. Verum huius indicis pars admodum exigua a Noſtro profecta eſt, longe maxima ex HVMMELBERGII, vel LISTERI commentariis depromta eſt, nominibus etiam horum interpretum non omiſſis.

VI.

Syſtematiſches Handbuch der geſammten Chemie, zum Gebrauche ſeiner Vorleſungen entworfen von FRIEDRICH ALBRECHT CARL GREN, *der Arzneygel. und Weltweisheit Doctor, und ordentlichem öffentlichen Lehrer zu Halle. IIten Theiles Iſter Band. Halle, im Verlage der Waiſenhaus-Buchhandlung.* 1789. 8. *pag.* 476.

h. e.

h. e.

Compendium vniuerſae chemiae ſyſtematicum, in vſum praelectionum ſuarum edidit F. A. C. GRENIVS, Phil. et Medic. Doct. Prof. P. Ord. Hallenſis. P. IIdae Vol. I. Halae 1789. 8.

Priore huius enchiridii chemici volumine *) Auct. Cl. poſt introductionem, quinque ſectionibus eorum, quae chemicae corporum in vniuerſum analyſi inſeruiunt, iniecit mentionem; de praecipuis quibusdam corporum elementis, partibusque corpora trium naturae regnorum conſtituentibus diſſeruit; corpora tum vegetabilia, tum animalia calore modico ad principia proxima eruenda examinauit; de terris acidisque mineralibus, et quae per ipſa formantur ſalia neutra et media egit. Ex ordine igitur, quem ſibi propoſuit, in quo maxime ERXLEBENIVM ſecutus eſt, hocce volumine ſectione ſexta in principia remota corporum tum vegetabilium, tum animalium inquiſiuit, et ſeptima mutationem, quam vegetabilia et animalia ſua ſponte ſubeunt, enarrauit.

Principia corporum organicorum remotiora p. 3.
vtraque via et ſicca et humida eruuntur. Illa quidem via, in vniuerſum corpora variis caloris gradibus expoſita exſiccantur, torrentur, comburuntur; praecipue vero huic conſilio inſeruit

Deſtillatio ſicca. *E vegetabilibus* per deſtillatio- p. 7.
nem ſiccam aër ſpiritus acidus, empyreumaticus, oleumque empyreumaticum extricantur. — *Aër* qui- p. 9.
dem ſub ipſa operatione demum producitur, quippe qui ſuo volumine, corporis, e quo euolutus fuit, volumen longe ſuperat. Acidum aëreum magnam huius conſtituit partem, reliqua vero aëris inflamma-

*) vid. Comment. hor. Vol. XXXI. p. 281 - 311.

flammabilis naturam tenet. Hic ipſe aër inflammabilis pro diuerſa corporum, e quibus productus fuit natura inſigniter differt. Diſcrepat enim grauitate, vi ignem concipiendi, odore, atque virtute cum aëre puro fulminandi. In natura eiusdem finienda plerique KIRWANI ſubſcribunt ſententiae, qui illum phlogiſton, quod aëris formam induerit, habet. Cui quidem opinioni multa obſunt: phlogiſton in omnibus corporibus eandem ſemper ſeruat naturam, aër inflammabilis vero pro natura corporum admodum diuerſus eſt; acida, quae cum metallis aërem euolvunt inflammabilem, tanta in phlogiſton trahuntur affinitate, vt ipſa in aëre inflammabili connubium quoque initura eſſe, vero perquam conſentaneum ſit; aër inflammabilis denique, quod ſummum eſt, ſemper cum flamma comburit, ad cuius ortum peregrinae partes, quibus vapores et fumus formentur, neceſſaria requiruntur. In vniuerſum potius eiusdem indolem vix definiri poſſe Auctor cenſet, cum pro diuerſa corporum admodum differat. In omnibus enim huius aëris ſpeciebus phlogiſton, aqua et principium ſalinum, in quo ipſo magna illa continetur differentia, cum principio caloris copulata aëream induerunt formam. Ille quidem, qui e corporibus organicis per ignem extricatur, oleum empyreumaticum aëriforme refert, quemadmodum ortus, virtutes eiusdemque analyſis probant, aër vero inflammabilis e vegetabilibus elicitus, phlogiſto, aqua, acido vegetabili formatur, quae partes per conuenientem caloris gradum coniunctae tenentur, ſub combuſtione aëris inflammabilis aër purus cum phlogiſto connubium init, atque in phlogiſticatum mutatur, qui eo maiorem phlogiſti copiam attrahet,
p. 17. eoque leuior erit, quo purior fuerat. — *Spiritus acidus empyreumaticus* ligni reliquorumque vegetabilium a partibus empyreumaticis oleoſis rectificatus,

tus, non acidum ſui generis, vt lignorum, ſed verum acetoſum, cum tartaro mixtum, conſtituit. Vegetabilia vero, quibus maior principii animali-vegetabilis pars inhaeret, praeter oleum empyreumaticum, ſpiritum alcalinum volatilem, quin ipſum alcali volatile ſiccum offerunt. Neque tamen pars illa acris atque irritans plantarum cruciformium alcali volatile, vt multi putarunt, habendum erit. Ex omnibus enim forte plantis alcali volatile ſub deſtillatione ſicca prodiret, niſi per acidum inuolueretur. — Auct. *olea empyreumatica* ex oleis corporum eſſentialibus et principio phlogiſtico ignis ope demum produci exiſtimat. p. 19. p. 22.

De modo *picem liquidam*, oleum pini, picem albam, nigramque conficiendi. p. 23.

Carbo poſt deſtillationem ſiccam ſuperſtes ex intima principii fixi tum terreſtris, tum ſalini cum phlogiſto coniunctione formatur. Partes volatiliores enim cum alia phlogiſti parte per ignem auolarunt. Hoc ipſum phlogiſton reliquas partes ita cogit, vt, niſi hoc antea abactum fuerit, illae elici non poſſint. Aër fixus partem carbonum neceſſariam efficit, ideoque iisdem non producitur, ſed educitur. — Cuinam parti carbones conſtituenti vis illa, qua varias ſolutiones phlogiſticatas phlogiſto orbare ſolent, tribuenda ſit, nondum liquet, forte ex Auct. ſententia eadem acido phoſphori competeret. Quam carbones lignei, modo exſtincti, aëris efficiunt imminutionem, ex eiusdem per phlogiſton phlogiſticatione, quod laxe carbonibus adhaereſcit, repetenda. — In carbonum confectione partes, quae fumum, fuliginem, flammamque formant, abiguntur, phlogiſton vero, quod ſine aëris liberi acceſſu non euolui poteſt, retinetur. p. 27. p. 30.

De plantarum incineratione, cinere, alcali vegetabili et ſoda. Alcali vegetabilis depuratio optima, p. 34.

quamuis paullo ſumtuoſiore via, ita inſtituitur, vt alcali vulgari ratione depuratum, mediante acido aëreo in cryſtallorum formam redigatur, hae cryſtalli denuo in aqua pura deſtillata ſolutae, iterum in
p. 42. cryſtallorum formam cogantur. — *Salia Tacheniana* non indolem habent ſaponaceam, color fuſcus phlogiſto, non partibus oleoſis tribuendus, ideoque alca-
p. 45. lia mere impura ſunt. — *Alcali minerale* non vt pars proxime conſtitutiua, ſed vt ſal medium vitriolatum, in plantis latet. Quae ipſae plantae non natura ſua, ſed propter locum, mare aut ſalinas, e qua-
p. 47. rum regione naſcuntur, ſodam offerunt. — Alcalia fixa nulla efficiunt corporum elementa, quamuis nulli huc vſque ipſa in partes conſtituentes reſoluere, aut ex acido vegetabili, oleo et terra alcalia conficere contigerit.

p. 48. *Terra*, poſt alcalium elixiuationem ſuperſtes pro natura plantarum admodum diuerſa eſt, ideoque auctores in natura eiusdem aſſignanda adeo diſcrepant.

p. 49. Deſtillatione ſicca e corporibus *animalium* recentibus caloris gradu aquam feruentem non ſuperante, aquam eſſentialem, nauſeoſam, facile putredinem contrahentem, calore vero aucto acidum aëreum, aërem inflammabilem, ſpiritum alcalinum volatilem, alcali volatile ſiccum, oleum empyreumaticum extricamus. Quaedam inſecta acria, vt et adeps, butyrum, ſerum lactis nullum ſpiritum vrinoſum, ſed verum acidum, alia inſecta ſpiritum ammoniacalem ex acido et ſpiritu vrinoſo conflatum praebent. —
p. 54. Oleum quidem empyreumaticum animale aeque ac vegetabile, ignis vi, producitur, ſimiliterque phlogiſto, aqua, acido, aëreo conſtituitur, ſolo acido phoſphoreo ab oleis huius generis vegetabilibus differt. —
p. 55. DIPPELII oleum ex omnibus oleis corporum animalium empyreumaticis rectificatione obtinetur, quae optime

optime cucurbita cum alembico inſtituenda eſt. Superfuſa aqua in vitris minoribus inuerſis caute ſervetur. Auct. hocce oleum ſub ipſa deſtillatione phlogiſto, aqua, acido animali ſiue phoſphoreo produci ſtatuit. Diuerſus eiusdem color atque conſiſtentia ab acido per gradus concentrato deducenda, quippe quod ad extremum minus aquoſum, longe vehementius in phlogiſton agit. Alcali volatile mechanice modo ipſi adhaeret; acidum vero aëreum partem conſtituit neceſſariam. Colorum in aëre p. 58. mutationes, quas oleum Dippelianum ſubit, Auct. Cl. cum SCHEELIO per dephlogiſticationem explicat, quippe qua partium conſtitutiuarum ratio ita mutatur, vt acidum eſſentiale iam liberum in reliquas partes more acidi liberi agere poſſit.

Carbo animalis et *terrae oſſium* natura atque pa- p. 58. randi ratio enarratur. Terra oſſium ex recentiorum aſſertis ſal medium vix ſolubile efficit, quod terra calcarea et acido ſui generis, phoſphoreo conſtituitur. Cinis oſſium plane cum terra animali conuenit, nulla alcali veſtigia offert.

Varii acidum oſſium ſ. *phoſphoreum* parandi modi, p. 60. virtutes, eiusdem rationes ad alia corpora. Non animalis regni peculiare acidum, ſed partem corporum vegetabilium vt et mineralium conſtitutiuam efficit. Salia neutra et media, quae acido phoſphoreo for- p. 65. mantur, eorumque ad acida mineralia rationes. Ter- p. 69. ra calcarea maiori in acidum phoſphori, quam alcalia, trahitur affinitate, quamuis ipſa alcalia aërata ſelenitem phoſphoratum decomponant. — Selenites p. 70. phoſphoratus per alcali volatile aëratum, decomponitur, terra calcarea praeceps datur, et commode ſal vrinae acidumque phoſphoreum hac via inſigni copia poſſet parari, niſi alcali acidum ſtatim aggrederetur liberum, atque ſelenites phoſphoratus, qui non ſoluitur, fundum peteret. — Affinitas terrae p. 73.

ponderoſae ad acidum noſtrum vlterioribus demon-
p. 81. ſtranda eſt tentaminibus. — Per copulationem acidi
p. 92. phoſphorei cum phlogiſto, *phoſphorus* efficitur. — Cauſſam, cur acidum phoſphoreum per deliquium, quod combuſtione phoſphori producitur, pondus phoſphori hoc conſilio impenſi ſuperet, Auct. Exp. ex ſua theoria per ſpecificum phlogiſti, quod hocce
p. 95. labore abiit, leuitatem explicat. — Acidorum mineralium in phoſphorum efficacia ex diuerſa eorundem ad phlogiſton affinitate deducenda eſt, vt ideo acidum ſalinum vulgare prorſus non in phoſpho-
p. 97. rum agat. — Natura *aëris phoſphorei*, eiusque virtutes. Quoad indolem nec phoſphori in aëre inflammabili ſolutio cum GINGEMBRIO, nec phoſphorus aëriformis cum KIRWANO habendus eſſe videtur, ſed phoſphorus potius cum phlogiſto et materia caloris copulatus, vel accuratius acidum phoſphoreum phlogiſto ſaturatum, atque conuenienti caloris ſpecifici quantitate in aëris formam mutatum.

p. 102. In vniuerſum igitur corpora organica ſecundum ea, quae huc vſque fuerunt propoſita partibus ſequentibus remotius conſtituerentur; plantae quidem: phlogiſto, aqua acido vegetabili, aëreo, phoſphoreo, alcali vegetabili, minerali, volatili, terris quinque ſimplicibus, acido ſalino, vitriolico, calce ferrea; animalia vero: phlogiſto, aqua, acido aëreo, vegetabili, phoſphoreo, terra calcarea, alcali volatili.

p. 103. Analyſis corporum in partes neceſſarias *propiores*, igne et menſtruis conuenientibus abſoluitur. Primum de *vegetabilibus*.

Tartarus partibus conſtituitur diſſimilaribus: phlogiſto, aqua, acido aëreo, vegetabili, alcali volatili et vegetabili. Hoc quidem in tartaro praeexiſtere,
p. 105. multis iisque firmiſſimis probatur momentis. — Salia neutra, quae tartarus efficit.

Acidum

Acidum tartareum efficit acidum vegetabile magna phlogiſti copia et principio acidi aërei copulatum. — Salia neutra et media tartariſata. Selenites tartareus difficilius in aqua ſoluitur, vt ideo cremorem tartari vel acidum tartareum cum terris abſorbentibus pro vſu interno in formulis medicaminum coniungere incongruum ſit. Magneſia quidem tartariſata, ſi acidum abundauerit, potius ferri poterit, quippe quae tunc facilius ſoluitur. — Calx viua commodius ad acidum tartareum e tartaro eruendum adhiberi poſſet, quam terra calcarea cruda, quae tartarum non plane decomponit. — Ratio acidorum mineralium et phoſphori ad ſalia neutra et media tartariſata. p. 111. p. 116. p. 119. p. 123.

Analyſis *ſacchari*. Acidum ſaccharinum phlogiſto, acido aëreo et acido elementari vegetabili conſtituitur; oleum enim empyreumaticum deſtillatione demum fuit productum. — Acidum ſaccharinum SCHRICKELII non verum refert acidum ſacchari, ſed miſcelam acidi acetoſi, tartarei et ſaccharini. — Salia neutra et media, acidorumque antea iam deſcriptorum ad haec rationes. p. 134. p. 140. p. 141.

Cum ſaccharo multa alia regni vegetabilis corpora in eo conueniunt, quod et per deſtillationem ſiccam et cum acido nitroſo rite tractata acidum offerant ſaccharinum. Sunt ex hoc genere *mel*, *manna*, *muſtum inſpiſſatum*. *Sal acetoſellae*, quod BERGMANVS ſui generis acidum habuerat; recentiora inprimis SCHEELII et WESTRVMBII ſtudia, ſaccharini generis eſſe, atque alcali vegetabile acido ſaccharino abundans referre probarunt. Salia igitur et neutra et media eiusdem ſunt cum ſaccharino naturae. Ad terram quoque calcaream explorandam eodem iure, quo acidum ſaccharinum impendi poteſt. p. 153. p. 153.

p. 157. Succus citri recens, praeter acidum ſui generis, acidum nempe citri cryſtalliſabile, acidum acetoſum, partes mucilaginoſas, et aliquam alcali vegetabilis partem continet. *Acidum* quidem *citri*, pro phlogiſti, quod inuoluit, quantitate, medium inter acidum
p. 159. tartareum et ſaccharinum locum obtinet. — *Acidum malorum*, quod omnibus malorum generibus inhaeret, iisdem quibus reliqua acida, gaudet partibus conſtitutiuis; quantitate vero phlogiſti inter ſaccharinum
p. 160. atque citrinum ſibi vindicat locum. — Omnia *reliqua vegetabilium acida* ad haec quatuor ſacchari, malorum, citri, tartari acida reduci poſſunt, quorum longum catalogum hic conſignatum legimus.

p. 162. *Gummata*, aliasque corporum vegetabilium *mucilagines* conſtituunt phlogiſton, acidum aëreum, acetoſum, aliqua terrae calcareae pars, acidum phoſphori et alcali vegetabile. *Extracta* vero *plantarum* praeter hasce partes, modo plus, modo minus de ſale plantae eſſentiali, aut aliis ſalibus mediis, praecipue ſale digeſtiuo, tartaro vitriolato admixtum habent.

p. 165. *Farina* duplici conſtituitur materia, altera colla, glutine, maſſa illa animali-vegetabili, altera amylo. Illa phlogiſto, acido aëreo, alcali volatili, acido vegetabili, phoſphoreo et terra calcarea; haec vero phlogiſto, acido aëreo, vegetabili, et quadam alcali vegetabilis parte formatur.

p. 168. *Reſinae* magna phlogiſti copia, acido aëreo et vegetabili componuntur. Ad geneſin reſinarum explicandam nullo indigemus oleo, quod per acidum fuerit inſpiſſatum. Pro diuerſa enim phlogiſti ad acidum vegetabile ratione, diuerſa quoque prodeunt corpora, vt reſina, mucilago, ſaccharum atque alia.
p. 170. — Vlteriori praecipue *reſina Benzoës*, propter ſal eſſentiale, quod ipſa continetur, digna eſt examine. Simile ſal alii e balſamis Peruuiano, Tolutano, ſto-

racē

race elicuerunt. Quaeſtionem, num acidum vegetabilium elementare baſin huius quoque ſalis eſſentialis efficiat, nondum dirimere licet, cum ſal benzoinum ſummum vſque gradum a nemine huc vſque phlogiſto fuerit orbatum. Parandi rationes, ſalia neutra atque media, acidorumque antea enarratorum ad idem rationes.

Ipſam *Reſinae elaſticae* analyſin, cum magis de menſtruorum in idem actione ſolliciti eſſent, chemici huc vſque neglexerunt. BERNIARDVS quidem reſinam noſtram naturam olei vnguinoſi inſpiſſati tenere aſſeruit. Cui vero Auct. noſter non aſſentitur, ſed vlteriori examine phlogiſton, acidum aëreum, alcali volatile et acidum phoſphoreum exinde erui poſſe ſibi perſuadet, ideoque glutini farinoſo maxime analogam eſſe ſuſpicatur. p. 178.

Oleorum vnguinoſorum et *cerae* examen chemicum. Fuliginem, quem haec olea ſub combuſtionem emittunt, non a particulis phlogiſticis et terreſtribus deducit, ſed exinde quod partes olei aquoſae et acidae, quae ſub eiusdem incaleſcentiam auolant, a particulis phlogiſticis, quae ipſis inhaerent, cum aëri liberiori ad interiorem flammam acceſſus non pateat, liberari nequeunt. Conſtituuntur phlogiſto, aqua, acido aëreo et vegetabili. — Subſtantiam dulcem, quam SCHEELIVS ex huius generis oleis elicuit, productum potius, quam eductum habendum erit. Ea enim per oleorum decompoſitionem phlogiſti ad acidum vegetabile et aëreum redditur ratio, qualis in ſaccharo obtinet, quia vlteriori dephlogiſticatione acidum prodit ſaccharinum. — Eaedem quoque partes efficiunt *ceram*, quippe quae phlogiſto, acido aëreo et vegetabili componitur. — Ab oleis vnguinoſis *aetherea* ſolummodo maiori phlogiſti abundantia differunt, e qua omnis illa deriuanda eſt diuerſitas; partibus enim iisdem conſtituuntur. p. 180. p. 187. p. 189. p. 192.

p. 193. Quae huc vſque examini ſubiecimus vegetabilium corpora, easdem ex Auct. ſententia fouent partes conſtituentes, vt e varia ſolummodo earundem ratione omnia illa, quibus dignoſci poſſunt, diſcrimina deriuanda ſint. Omnibus inhaeret phlogiſton, acidum tum aëreum, tum vegetabile purum (aqua); quantitate vero phlogiſti, qua differunt, ſequens ex Auct. ſententia proponi ordo poſſet: maxima gaudet aër vegetabilium inflammabilis, minori (ſpiritus vini,) oleum aethereum, empyreumaticum, vnguinoſum, reſina, amylum, mucilago, ſaccharum, acidum tartareum, citrinum, malorum, ſaccharinum, minima denique acetum.

p. 195. Natura *camphorae*, corporis illius vegetabilis ſui generis, nondum accurate definita. Multo abundat phlogiſto; oleum ipſius oleis aethereis admodum ſimile, acidum vero camphorae, quod KOSEGARTENIVS elicuit, Auct. noſter propter analogiam acetoſum ſuſpicatur.

p. 200. Analyſis *principii adſtringentis*, quod corporibus vegetabilium inhaeret, nondum ad illud deducta eſt faſtigium, vt cum quadam certitudine exinde aliquid deducere poſſimus. Exempli loco *gallae* hic examinantur. Acidum quidem, quod hisce ineſt, non ſui generis eſſe videtur, ſed elementare, forte vegetabile, quod iuſte tractatum ſaccharinum offert, adeoque maiori phlogiſti copia abundat. Naturam eiusdem ex affectionibus eruere conatus eſt, quaeſtionemque mouet, num forte ferrum partem principii adſtringentis neceſſariam efficiat.

p. 205. Partium *animalium* iam ſibi ſumſit analyſin. *Gelatina* aeque ac *gluten animale* in eo cum mucilagine vegetabili conueniunt, quod vtrique acidum inſit vegetabile, maiori vero alcali volatilis copia gelatina abundat; quod ipſum alcali ita acidum vegetabile inuoluit, ne ſub deſtillatione ſicca prodire poſſit.

Gela-

Gelatinam igitur per intimum gummatis cum principio lymphatico connubium oriri asserit; ipsumque gummi efficit, vt principium lymphaticum aqua solubile reddatur. Necessariae igitur gelatinae partes: phlogiston, acidum aëreum, alcali volatile, acidum vegetabile, phosphoreum, terra calcarea et quaedam alcali vegetabilis portio. Sal commune atque digestiuum per accidens modo admista sunt.

Magna inter *adipem animalium* et olea vegetabi- p. 287.
lium vnguinosa intercedit similitudo. Auct. Cl. cum *acidum setaceum* repetitis vicibus nitroso acido modice forti infunderet, atque digereret, hoc ipsum in saccharinum atque acetosum decomposuit, ideoque sibi non potest temperare, quominus sententiae p. 212.
LEONHARDI subscribat, qui acidum hocce e censu acidorum animalium separauit. Multae enim, quae huic acido tribuuntur virtutes, a vitriolico potius, quocum plerumque inquinatum est, deducendae esse videntur. Constituitur igitur sebum phlogisto, acido et aëreo et vegetabili. Exinde egregie quoque eiusdem cum terris plantarum similitudo, et ratio, qua in corpore animali secernatur, patet.

Partes *lac* constituentes, aqua, sal essentiale, pars oleosa et caseosa, praecipue vero sal eiusdem essentiale, siue saccharum lactis et pars eiusdem caseosa, vlterius examinantur. *Saccharum lactis* phlogisto, p. 217.
acido aëreo et vegetabili, aqua et pauca terra calcarea constituitur. Acidum sacchari lactis Auct. Cl. p. 216.
pro acido vegetabili sui generis habet, quippe cui definita phlogisti quantitas impertita est. Suspicatur vero acidum phosphori partem ipsius quoque efficere, indeque phaenomenon, quod carbo, quem offert, difficilius in cinerem comburi possit, deriuandum esse. — Pars lactis oleosa, siue *butyrum* cum animalium adipe qua naturam plane conuenit. — *Caseosa* vero simillima est materiae illi regni vegeta- p. 218.
bilis

bilis animali-vegetabili. Efficitur enim: phlogiſto, acido aëreo, alcali volatili, acido phoſphoreo et terra calcarea.

p. 219. Analyſis *ſanguinis*, partiumque quibus propius
p. 222. conſtituitur. *Serum* ſanguinis partibus propioribus: aqua, parte coagulabili ſiue caſeo, materia gelatinoſa ſiue extractiua, et alcali mineralis particula; remotioribus aqua, phlogiſto, acido aëreo, alcali volatili, acido phoſphori, vegetabili, terra calcarea, alcali minerali conſtituitur. Hae ipſae partes remotiores fluidum quoque lymphaticum aeque ac albumen ouorum conſtituunt, in hoc modo alcali minerale liberum deſideratur. Ipſa ſeri pars coagulabilis a caſeoſa lactis parte in eo ſolummodo differt, quod aqua frigida dilui, ipſoque ſolui poſſit. Haec vero ab alcali minerali et materia extractiua atque gelatinoſa repetenda eſt virtus, quae hic vim appropriandi exferunt; ipſisque ſeparatis pars ſeri ſanguinis coagulabilis non amplius aqua ſolui poteſt. Magna exinde partis coagulabilis ſeri, cum caſeoſa lactis parte patet ſimilitudo. A principio hoc gelatinoſo acidum quoque illud vegetabile, quod per tractationem ſeri cum acido nitroſo obtinemus, deducendum eſt. — *Cruor* ſanguinis parte et rubra et fibroſa conſtituitur. Vterque maximam partem cum ſeroſa conſpirat, hoc ſolummodo diſcrimine, quod rubrae alcali minerale et ſal commune aequalibus partibus, et quaedam ferri portio, a magnete adtrahenda inhaereat. Fibroſa vero nihil alcali mineralis, plus vero terrae calcareae et ſelenitis phoſphorati alit. Magna igitur cum veri ſpecie partis huius fibroſae in corpore animali geneſis a parte lactis caſeoſa re-
p. 225. petenda eſſe videtur. — In capite *de lixiuio ſanguinis* et *caeruleo Berolinenſi* Auct. Cl. varias illas vias, quas multi ad hocce praeparatum chemicum conficiendum ingreſſi ſunt, enarrauit; explicationes eiusdem

dem a multis prolatas examini ſubiecit, praecipue de acido caerulei Berolinenſis Scheeliano fuſius egit. WESTRVMBIVS vero naturam materiae tingentis p. 250. optime ſuis tentaminibus comprobauit. SAGII enim opinionem, lixiuium ſanguinis ſal animale, ex alcali et acido ſui generis, quod phoſphoreo et phlogiſto componitur, conſtituere, dilucidius expoſuit. Conficitur hocce acidum phlogiſto, acido aëreo, alcali volatili et acido phoſphoreo. Quod ipſum inuentum nobis egregium ſuppeditat ſubſidium, acidum phoſphori in corporibus detegendi, cum, quaecunque corpora alcalibus puris tractata lixiuium ſanguinis offerunt, acidum quoque phoſphori continere argumentari liceat. Ingens vero hac ratione corporum ſeſe offert numerus, in quibus hac via acidum eruitur phoſphoreum.

Remotiores partes *bilem* conſtituentes ex propio- p. 255. ribus facile explicari poſſunt, cum ſingulae iam erutae fuerint. Propiores ſunt aqua, lympha coagulabilis, principium reſinoſum, paullulum alcali mineralis et materia gelatinoſa. — *Calculos biliarios* Auct. Cl. nuperius ipſe examinauit, eosdemque non reſina quadam atque ſale, vt vulgo putarunt, ſed ſebo inſpiſſato ſiue materia cerae ſimili et lympha coagulata propius, remotius vero phlogiſto, acido aëreo, vegetabili, paullulum alcali volatilis, acido phoſphoreo et terra calcarea conſtitui.

Partes *vrinam* conſtituentes pro varia, quam ho- p. 260. mines ſeruant, vitae ratione, alimentorum indole, diei, quo excernitur, tempore, et natura ſua et ratione inter ſe admodum differunt. Duae praecipue partes in vrina diſtinguendae ſunt, aquoſa et ſedimentum. Aquoſus ille humor propioribus partibus aqua, ſale culinari, digeſtiuo, ſale vrinae fuſibili, ſale perlato atque parte gelatinoſa ſiue extractiua, remotioribus vero aqua, alcali volatili, vegetabili et

mine-

minerali, terra calcarea, acidis aëreo, phoſphoreo, ſalino, vegetabili et phlogiſto componitur. Sedimenti vero partes remotiores ſunt alcali volatile, terra calcarea, acida aëreum, vegetabile, phoſpho-
p. 273. reum, phlogiſton. — *Calculorum vrinariorum* materiam ſedimentum illud vrinae praebet, quod ipſorum quoque analyſis egregie probat. Maior igitur huius ſedimenti in vrina ad partes aquoſas ratio minor cum iisdem cohaeſio, et diuturnior lotii in loco ſecretionis mora geneſi horum calculorum maxime fauent.

p. 282. *Solidae animalium partes* partibus gelatinoſis, et lympha coagulabili ſiue parte ſanguinis fibroſa, modo plus, modo minus inſpiſſata formantur.

p. 283. *Acidum formicarum*, quod ex BERGMANI teſtimonio cum aceto fere conuenit, Auct. noſter in acida refert vegetabilia, atque acetoſum pluribus particulis phlogiſticis inquinatum appellat. Diſcrimen enim a BERGMANO allatum ab acido tartareo ipſis admixto repetitum eſt.

p. 285. Sectione ſeptima mutationes, quas corpora vegetabilium et animalium ſua ſponte ſubeunt, ſiue *varii fermentationis modi* exponuntur.

p. 286. In fermentationem *vinoſam* corpora regni vegetabilis mucilaginoſo-ſaccharacea, ſi leges fermentationis ſequantur, prona ſunt. Duplex huius fermentationis ſtadium; aliud ſenſibilius, vbi phaenomena fortiora ſunt, aliud debilius, quo ſucceſſu temporis vina redduntur generoſiora, cum partes mucilaginoſo-ſaccharaceae adhuc ſuperſtites fermen-
p. 295. tatione decomponuntur. — Faeces, quae hac fermentatione a vino emittuntur, e materia animali-vegetabili mucilaginoſa, tartaro et terreis particulis efficiuntur. — Per fermentationem vinoſam alia quoque vegetabilia, poma, radices, baccae, quibus principium illud ſaccharino-mucilaginoſum inhaeret,

ret, potus vinoſos vt vinum palmeum, pomaceum, medum aliaque offerunt. — *Fermenta* praecipue vim ſuam in fermentatione per acidi aërei euolutionem exſerunt, vt ideo ſolum hocce acidum egregium efficiat fermentum. — Simili quoque ratione ſemina frumentorum farinacea in fermentationem prona ſunt, arte vero prius tractari, atque in maltum mutari debent, vt copia collae imminuta, pars ſaccharacea vim exſerere poſſit maiorem. Colla enim farinae tranſit in germen et amyloſa pars ex parte in ſaccharum mutatur: ſi vero haec vegetatio artificialis diutius fuerit protracta, pars amyloſa quoque perit. — *Cereuiſiä* bona, quae omnem fermentationem abſoluit, potus eſt vere vinoſus, qui ſola partium mucilaginoſarum quantitate differt, quippe quae ipſi, vtpote ſeminum in maltum mutatorum decocto competunt. Propter has vero ipſas partes melius nutritioni inſeruire poteſt.

p. 299. p. 300. p. 303.

Vinum in balneo vaporis inſpiſſatum, aquam, tartarum, materiam gummoſo-reſinoſam, et paullulum acidi acetoſi liberi praebet. De vinis dulcibus praeter has partes materia adhuc illa ſaccharacea, quae fermentatione nondum mutata fuit, reſtat. Nondum vero, num de reliquis quoque potibus vinoſis tartarus reſtet, ſatis liquet. Cereuiſia eodem modo tractata, inſignem quantitatem materiae gummoſo-extractiuae acidulatae, neque vero tartareae quicquam offert.

p. 305.

De *ſpiritus vini* et vini aduſti deſtillatione, rectificatione, varia eiusdem in diuerſis viuis ſecundum NEVMANNVM ratione, cuius tabula hic inſerta eſt. Variae ſunt ſpiritus vini formae, quae pro diuerſitate corporum, quorum ope paratur, vt e faecibus vini, vino gallico, frumento, oryza, ſucco calami ſaccharacei, melle, lacte, iunipero, aliisque, admodum inter ſe tum debilitate, tum aliis affectionibus, vt odore

p. 307. p. 314.

odore et ſapore proprio differunt. Puriſſimum conſtituit ſpiritus vini rectificatiſſimus, cuius virtutes,
p. 319. rationes ad alia corpora, ſalia media et neutra, ſaccharum, terras, alcalia exponuntur. De modo ſpiritum vini per alcalia aqua orbandi. Forte ſal mirabile Glauberianum vel ſal amarum, vtpote ſalia vitriolata, quae ſpiritu vini non ſoluuntur, in hunc finem loco alcali commode adhiberi poſſent. Inter modos, bonitatem ſpiritus vini explorandi, Bergmaniana reliquis adhuc praeſtat, qua ex aquae poſt ſpiritus in vaſe cylindrico metallico, quod aquae frigidae fluenti immergitur, combuſtionem reſtantis,
p. 320. quantitate eiusdem bonitatem finimus. — Alcali cauſticum ſoluitur ſpiritu vini, quae ſolutio *tinctura tartari* appellatur. Expetit alcali per calcem viuam exacte acido aëreo orbatum ad hanc tincturam impendere. Succeſſu temporis in vitri fundo, quo hoc fluidum ſeruamus, cryſtalli formantur, quae alcali
p. 324. aëratum referunt. — Pleraeque reſinae et balſama naturalia, vt et omnino partes reſinoſae vegetabilium a ſpiritu vini ſoluuntur. Hoc ipſo nititur vernicum, tincturarum, eſſentiarum extractorumque ſpirituoſorum confectio. Eadem virtute, minori vero gradu, vinum propter partes ſpirituoſas ipſi admixtas, pollet. Hinc praeparata illa vinoſa, elixiria, extracta, cereuiſiae et vina medicata, clareta.
p. 329. — Olea aetherea modo magis, modo minus ſpiritu vini excipiuntur, vnde aquae illae vinoſae, ſpirituoſae, ſpiritusque abſtractitii prodeunt. Digeſtio, quam ante deſtillationem inſtituere quidam ſolent, non ſolum nihil prodeſt, quin officit potius. Aeque ſumtuoſa illa quoque quorumdam ratio, qua ſuper corpora, e quibus olea aetherea extrahere ſtudent, ſpiri-
p. 332. tum vini deſtillare, atque exinde per aquam olea praecipitare ſolent; minus enim lucrantur olei, ſpiritumque vini perdunt. — Spiritus ſalis ammoniaci

oleoſi

oleoſi et vinoſi. — Ratio ſpiritus vini ad alia corpora, olea vnguinoſa, ſeba animalium, olea empyreumatica, animalia, ſapones, principium vegetabilium adſtringens, camphoram, farinam eiusque partes collam et amylum, gelatinam, lac eiusque partes, ſanguinem, albumen ouorum, ſulphur, caeruleum berolinenſe, phoſphorum. — Cum acidis conſtituit p. 336.
varia genera *aetherum*, quorum virtutes et parandi rationes hic vberius enarrantur. Expedit magis ad aethe- p. 338.
rem ſeparandum alcali vel aquam calcis, quam aquam ſimplicem impendere, quippe qua multum aetheris perit. — Ad naphtham nitri, acidumque eiusdem dulcificatum conficiendum multas commendarunt formulas. Auct. Cl. Weſtrumbiana optima eſſe vi- p. 351.
detur, quae minoribus ſumtibus, minorique periculo coniuncta eſt. Ex ipſius quidem conſilio huius generis naphtha ita quoque parari poſſet, ſi aërem nitroſum in vaſe conuenienti ope ſpiritus vini incluſum per aërem atmoſphaericum vel purum pedetentim admiſſum, decompoſueris, huncque laborem aëre nitroſo recenti et aëre puriſſimo repetieris. — Tum propter nimiam negligentiam, qua in pa- p. 353.
rando acido nitri dulcificato vulgo verſari ſolent, tum quod acidi nitroſi per ſpiritum vini modificati vires non ſatis dirigi poſſunt, acidum enim nitri phlogiſticatum corrodendi vi inſtructum eſt, hoc medicamentum ex officinis proſcribere ſuadet.

Variae de *natura ſpiritus vini* ſententiae. Pleri- p. 371.
que cum STAHLIO ipſum oleum ſubtile mediante acido quodam cum aqua iunctum, alii cum IVNKERO phlogiſton purum ope acidi cuiusdam cum aqua copulatum, et CARTHEVSERVS meram aquam et phlogiſton ſtatuunt. Per analyſin vero ſequentes eruuntur partes conſtituentes: phlogiſton, acidum acetoſum, aëreum et magna aquae quantitas. Acidum quod ſpiritu vini continetur, nec acidi acetoſi,

nec ſaccharini, nec tartarei tenet naturam, ſed ſingulari ratione cum phlogiſto copulatum, poſt dephlogiſticationem vero praebet acetoſum, ſiue vegetabile elementare. Acidum aëreum non propiorem, ſed remotiorem partem, nempe acidi acetoſi, conſtitutivam efficit. Forte acetoſum acidum vlteriori tractatione in aëreum reſoluitur. Verum oleum e ſpiritu vini puriſſimo prorſus non obtinemus, quod enim multi oleum ſubtile aſſumſerunt, verum eſt phlogiſton.

p. 376. *Geneſis naphtharum* e partibus tum ſpiritum vini, tum has ipſas naphthas conſtituentibus finienda eſt. Conſtituuntur vero naphthae phlogiſto, aqua, acido aëreo, vegetabili elementari, et illo, quod ad ipſas
p. 378. formandas impendimus. Hinc naphtha oleum aethereum artificiale habendum eſt, quod ſub conſectione demum producitur. Differunt et inter ſe acido illo, e quo fuerunt paratae, quippe quod iis impeditur; et ab alcohole tum minori aquae copia, inhaeret, tum intimo huius ipſius acidi, e quo parantur, cum phlogiſto connubio. Oleum vini et oleum ſalis perfectiora ſunt, quam ipſe aether, atque per arctius maioris acidi copiae connubium formantur.

p. 380. Corpora vinoſa ſua ſponte fauentibus cauſſis *fermentationem* ſubeunt *acetoſam*. Feces, quae hac fermentatione ſeparantur, non tartarum conſtituunt, ſed naturam materiae animalis vegetabilis corpo-
rum vegetabilium cum teneant, ex eadem ortum
p. 383. quoque ducere videntur. Omnia corpora, quibus principium ſaccharinum inhaeret, poſtquam vinoſam abſoluerunt, in hanc fermentationem prona ſunt, ipſamque fauentibus iis, quae accidunt, vere ſubeunt.
p. 385. — De confectione aceti, variisque corporibus, e quibus ars acetum producere docuit.

p. 390. Indoles *aceti*. Inquinatur interdum acido vitriolico, quod melius per terram ponderoſam nitratam

quam

quam per terram calcaream nitratam aut acetatam exploratur. Inquinamenta valetudini noxia, per plantas acres, fructus capſici, ſemina coccignidii non quidem reagentibus, ſed ſolo ſapore cognoſcere licet.

—Deſtillatio aceti. Ex ſapa aceti quod e vino fuerat paratum, Auct. Cl. acidum tartari liberum, tartarum, aliquid materiae mucilaginoſae et animali vegetabilis extricauit. p. 392.

Ad acetum concentrandum multi varios modos commendarunt, praeſtat reliquis Stahliana per frigus et Weſtendorfiana per extricationem e ſalibus mediis et neutris. p. 394.

Acidum acetoſum puriſſimum nondum conſtituit elementum, varia enim via acidum aëreum exinde euolui poteſt. SCHEELII igitur hypotheſi, acidum aëreum elementum acetoſi conſtituere, atque dephlogiſticatiore ad infinitum protracta, tandem in aëreum abire, multum acceſſit.

— Salia neutra et media acetata, reliquorum acidorum, quae iam expoſita ſunt, in ipſa efficacia. p. 398.

Vis acidi acetoſi in corpora vegetabilium et animalium, in ſpiritum vini, quocum aetherem acetoſum efficit.

— Aether acetoſus easdem cum ſpiritu vini habet partes conſtituentes, phlogiſton, aquam, acidum aëreum et acetoſum; ratio modo variat, vt maior acidi ad minorem aquae copia ſit. p. 419.

Explicatio fermentationis vinoſae et acetoſae ſecundum praecepta chemica. p. 420.

In fermentatione quidem *vinoſa* ad omnia principii illius, quo acidum aëreum conſtituitur, euolutionem eductionemque, atque intimam reliquarum partium diſſimilarium principii ſaccharini coniunctionem redeunt. In primis vero vis attractiua, qua partes illae diſſimilares inſtructae ſunt, et quae inter ipſas obtinet ratio, plurimum efficit. Quodſi aequilibrium illius vis, quod ſub partium quiete obtinuerat, fuerit ſublatum, novae iam emergunt rationes, vires attractiuae aliis abſoluuntur legibus, noua producuntur corpora. Ca-

lor et iuſtus fluiditatis gradus praecipue ſua hic conferunt; principium acidi aërei aëris formam ſubit: pro diuerſo caloris gradu maiori minoriue vi euolvitur. Ratio, quae inter partes corporis fermentantis valuerat, immutatur; per phlogiſti et acidi vegetabilis intimum connubium principium illud ſpirituoſum formatur. Propter menſtrui, quo reliquae partes antea fuerant ſolutae, naturam mutatam maſſa turbatur, partes mucilaginoſae atque tartarus excernuntur; ſpiritus igitur inflammabilis ſub ipſam
p. 426. fermentationem producitur. — Fermentatio vero *acetoſa* in phlogiſti cernitur euolutione. Si enim iuſtus tum caloris, tum fluiditatis gradus fuerit, phlogiſton, cum reliquis partibus laxe modo cohaeret, atque facile ab aëre reſpirabili, qui ſumma in phlogiſton trahitur affinitate, excipitur. Sin vero aër adiacens iam fuerit phlogiſticatus, nulla fermentatio acetoſa poteſt abſolui. Phlogiſton, quod ſpiritui inflammabili ineſt, ab aëre excipitur, neque vero minus acidum quoque ſpiritus ad ipſum acetum formandum ſuum confert. Acetum igitur e corporibus educitur, cum corporis fermentantis acor phlogiſto modo orbatur; ideoque ipſa fermentatio acetoſa iure dephlogiſticatio acidi vegetabilis elementaris per aëris reſpirabilis ad phlogiſton affinitatem
p. 431. appellanda erit. In notione fermentationis finienda, non tam ad producta, quam ad ea, quae ſub ipſa eueniunt, attendendum eſt, ideoque quaeuis internae corporum mixtionis mutatio nomine fermentationis inſi-
p. 432. gnienda et ſuo quaeuis nomine diſtinguenda eſt. Pertinet huc, ſi *poma* iam ex arboribus collecta ſucceſſu temporis *matureſcunt*. Ratio enim principii ſaccharini ad partem acidam mutatur, quia illud ipſum principium propter partis aquoſae tranſpirationem
p. 433. magis coarctatur. — *Fermentatio panis.* — *Amyli* confe-

confectio in eo cernitur, vt pars frumenti saccharacea fermentationem quandam subeat. *Feculae* quoque, quas olim e variis eduxerunt vegetabilibus, radicis Ari, Bryoniae, Nympheae albae, Colchici, Orchidis, Paeoniae, Cucumeris asinini. Ipsa granula Sago referunt feculam. — De *pigmento Indico*, quod e foliis Indigoferae tinctoriae per fermentationem parant. In nostris vero terris ex Isati tinctoria simili ratione pigmentum caeruleum paullo ignobilius obtinemus. Pigmentum indicum quoad naturam suam proxime accedit ad materiam animali vegetabilem, a qua tamen quodammodo discrepat. Purum tum demum hocce obtinebis pigmentum, si id, quod venum prostat, aqua coquendo, spiritu vini digerendo, aceto extrahendo, acido salino puro tractando a partibus peregrinis purgaueris. — *Laccam* quoque *caeruleam* quadam conficiunt fermentatione. Modus, quo parare solent, nondum accurate descriptus: haud dubie ex Lichene Roccella, aut L. Parello fit. — Eadem ratione *Orleana*, qua vt pigmento vtimur, paratur. — *Rancor* quoque, quem olea vnguinosa plantarum et seua animalium successu temporis, calore, et negligenter asseruata contrahunt, e fermentatione acida explicandus esse videtur. Partes enim mucilaginosae aut gelatinosae oleo admixtae primum subeunt fermentationem, oleosas partes simul abripiunt, quorum pars phlogistica subinde euoluitur, vt acidum oleorum essentiale iam liberum euadat. — Ipsum *pus* quoque, quod partibus corpora animalium proprie constituentibus non commode annumerari potest, e quibusdam succis per mutationem praeternaturalem gignitur. Virtutes eiusdem variorumque corporum ad idem rationes, quas BRVGMANNS exposuit, hic inserta leguntur. Videtur materia purulenta ex humoribus lymphaticis et serosis, quorum mixtio per stagnationem, quietem

p. 438.

p. 441.

p. 445.

p. 447.

p. 448.

p. 454.

et calorem vel coctionem mutata est, ortum duce-
p. 455. re. Discrimen inter mucum atque pus nondum accurate satis definitum; BRVGMANNS optimum putat criterium, quod ab vtriusque repetitur corruptione. Pus calori atque quieti commissum mox acescit, in putredinem tum abit, foetidumque, atque alcali volatilis odorem spargit. Sputa igitur commode hac ratione diiudicari poterunt; foetida quidem certissime purulenta sunt; acorem si contrahunt, iste a pure perdito deriuandus; quae vero non male olent, horum natura mox digestione finiri poterit.

p. 457. *Nisi* corporibus partes, quae in fermentationem vinosam et acetosam pronae sunt, fuerint admixtae, statim subeunt *fermentationem putridam*, putredinemque contrahunt. Omnia quidem corpora organica quoad mistionem suam, putredini subiecta sunt, quaedam vero eorundem partes ipsam respuunt. Pertinent huc aqua pura vegetabilium atque animalium, resinae, balsama naturalia, olea vnguinosa et aetherea, sera animalium, acidum acetosum purum, spiritus vini, camphora, et terra ossium pura. Partes vero animalium fluidae aeque ac ex solidioribus molliores, vt etiam plantae molles succulentae recentes, fauentibus putredinis caussis, certo fluiditatis gradu, calore, aëris respirabilis aditu, et quiete mox putre-
p. 463. fiunt. Phaenomena hoc tempore obuia. Alcali quidem volatile educi videtur, quamuis eiusdem productio vel ex parte non plane negari possit. Odor vrinosus, qui modo citius, modo tardius quam putredinosus euoluitur, probe ab hoc distinguendus est. Putridus enim, vt Auct. Exp. videtur, forte ab acido phosphoreo, quod vna cum phlogisto e corporibus putredine resolutis, emittitur, repetendus erit. Ille saltem odor aëri phosphoreo proprius, et fulgor quem corpora putrescentia in tenebris spargere solent

id ſuadere videtur. Accedit, quod alia ratione, quorſum acidum phoſphoreum abeat, explicari non poſſit. Hoc ipſum principium, quod hunc odorem putridum ſpargit, productum maiori iure, quam ſpiritus vrinoſus, ipſi habendum eſſe videtur. — Aër inflammabilis, putredine corporum euolutus, phlogiſton aëriforme refert. — Phaenomena fermentationis putridae difficilius, quam reliquarum fermentationum poſſunt explicari, admodum enim inter ſe pro diuerſa corporum natura differunt. Pendent in vniuerſum ab aequilibrio inter vires attractiuas partium corpora organica conſtituentium ſublato, dum pars phlogiſti, acidique aërei ſeiungitur, materia caloris euoluta libera redditur, et principia volatilia, quae alia inierunt connubia, auolant. Subſidia, quibus putredini reſiſtitur. — Terra oleoſo ſalina ſiue *humus*, qui poſt corporum organicorum putredinem reſtat, cum admodum ſubtiliter diſpeſci poſſit, in tubulos vegetabilium vna cum aqua aſcendit, ſuumque ad noua corpora organica formanda confert. — De *geneſi nitri*. Terra illa, quae de animalium et vegetabilium corporibus, quae putredine fuerunt conſumta, reſtat, multas continet partes ſalinas, quae praecipue nitroſam tenent naturam. Ante ipſam putredinem in plerisque corporibus nulla acidi nitrique veſtigia ſeſe offerunt, ortusque ipſius ſub putredinem cum ipſa acidi nitroſi elementa nobis nondum ſatis cognita ſint, haud ſufficienter explicari poteſt; ſufficiat igitur conditiones, quibus nitrum gignitur, diligenter noſſe, indeque modus, quo in conficiendo nitro agere nos oporteat, a nobis erit repetendus. Vltimum adhuc huius libri egregii volumen, quod alterum partis ſecundae tomum conſtituet, et quo bitumina cum metallis pertractabuntur, indexque conueniens ſubiicietur, ſpem exſpectationemque noſtram admodum alit.

p. 465.
p. 466.
p. 468.
p. 469.

VII.

Abhandlung über die veneriſche Krankheit, von CHRISTOPH GIRTANNER, *der Arzneyw. u. Wundarzneykunſt Doctor, der königl. Geſellſch. der Wiſſenſchaften Correſpondenten. Mit einem Kupfer. Göttingen.* 1788. 8. *Erſter Band.* 458. *pag. Zweiter und Dritter Band.* 1789. 8. 933 *pagg.*

i. e.

De morbo venereo tractatio.

Siue infinitam fere lectionem librorum, quos inprimis bibliotheca Academiae Georgiae Auguſtae inſtructiſſima Clmo GIRTANNERO ſuppeditauit, quorumque partem valde magnam (plus quam ccc) ASTRVCCIO euoluere non contigerat, ſpectes, ſiue in inquirendis atque iuſte ſtabiliendis diri morbi antiquitatibus ſtudium, ſiue ingenium, ſagacitatem atque diligentiam, quibus omnia, quae ad hunc morbum, eiusque antiquitates, hiſtoriam atque curationem pertinent, enarrata ſunt, vix parem huic libro, HENSLERI, V. Clmi, laboribus, ad finem vero nondum perductis, forſan exceptis, inuenias. Eamque ob cauſam eius epitomen paulo copioſiorem dabimus, vt exteri etiam, penes quos ſtudium exquirendae venerei morbi antiquitatis inualeſcere videtur, diſcant, quid in praeclaro hoc libro, Germanico ſermone conſcripto, fuerit praeſtitum.

Eum vero Noſter finem habuit, vt librum daret noſtris temporibus, qualis ASTRVCCII liber ſuis fuerat: hinc omnia, quae ad hunc morbum faciunt, pertractauit, antiquitates, hiſtoriam, curationem: altero vero volumine ſcriptores, qui ab initiis morbi de eo egerunt, longe plurimos recenſuit, nouaque quae in illis continentur, breuiſſime expoſuit, ita vt fere

fere omnium quae ab exeunte saeculo XV vsque ad nostra tempora de hoc morbo scripta sunt, elaboratissimam vtilissimamque epitomen habeamus.

Prima operis parte historia luis venereae traditur simulque generalia de veneni indole illiusque communicandi modis exponuntur.

Ante annum quidem MCCCCLXXXXIII. symptomata fere omnia nota erant, a lue alias produci solita, absque tamen venerei veneni vestigio vllo. Nomina sane diuersa, quae lui per Europam peruulgatae data sunt, noua insolitaque, vnanimis medicorum atque historicorum istorum temporum, qui copiose citantur, consensus satis probat, luem ante dictum annum in Europa incognitam fuisse. Neque argumentis, quibus contrarium probari posset, a Nostro expositis multa fides est. Sic in SALICETI libro per typographi errorem legitur luem iam anno 1457 extitisse, quo anno SALICETVS nondum natus erat; (num haec rem satis probent, dubitare licet) sic HENSLERVM non rite intellexisse PETRI PINCTORIS loca de morbi antiquitate agentia, quae de peste, non de venereo morbo intelligi debeant, Noster autumat; sic non negat quidem Noster symptomata venereo morbo alias communia antiquiora esse, imo antiquissimis temporibus visa, negat autem ea a singulari isto venereo miasmate exorta esse. p. 12.

Quibus omnibus praemissis *capite libri primi tertio* probatur, morbum anno MCCCCLXXXXIII in Europa non obortum esse. Latent sane nos omnes primae miasmatum morbosorum origines: in hoc tamen Noster testimonia medicorum atque historicorum horum temporum neglexisse videtur, quod LEONICENVM solum morbi origines a vitiatis aeris in Italia qualitatibus repetiisse adserat, multi enim sunt, qui eadem adseruerunt: neque haec tantum inquirenda fuissent, sed alia quoque inprimis historia p. 21.

leprae, ex cuius degeneratione nouum hunc morbum esse natum saltim non incredibile est. Quarto capite adseritur morbum ex Indiae occidentalis insulis in Europam esse translatum a comitibus primi itineris, quod Columbus in his instituerat, et quidem his argumentis: Ipse COLVMBVS cum FERDINANDO, filio suo, FRANCISCVS LOPEZ de GOMARA, GONÇALO HERNANDEZ de OVIEDO y VALDES, PETRVS MARTYR, HIERONYMVS ORENZONVS, ANTONIVS HERERA, AVGVSTINVS DE ZARATE, cum plurimis aliis has origines stabiliuerunt et ex horum auctorum testimoniis patet: 1) venereum morbum in Indiae occidentalis insulis vulgarem morbum fuisse, quo fere omnes incolae laborauerint; 2) in ipsa America hunc morbum admodum frequentem; 3) mitiorem tamen fuisse, cutaneoque morbo, cum scabie conferendo, similem; 4) Hispanis prius quam in Americam peruenirent, morbum fuisse incognitum; 5) iisque a mulieribus Americanis communicatum; 6) Morbum in Europaeorum corporibus longe vehementiora symptomata excitasse; 7) totum morbum pro effectu longis itineris, praui aeris malique victus esse habitum, et 8) a COLVMBI comitibus in Hispaniam esse translatum, posteaque 9) in veteris orbis reliquas tres partes esse mox diffusum.

p. 43. Quomodo per tres reliquas antiqui orbis partes lues propagata fuerit, quarto capite exponitur. Anno MCCCCLXXXXV. Hispanae copiae, in quibus milites erant venereo morbo infecti in Siciliam transmissae morbum in hanc insulam, Calabriam Neapolimque detulerunt. Gallorum exercitus mox eodem morbo infectus est, qui Neapolitani nomen inde obtinuit. Galli e regno Neapolitano Siciliaque expulsi patriam repetentes morbi vestigia vbique reliquerunt, inde morbi Gallici nomen. Iu-

nio

nio menſe anni 1495 Pariſini luem iam nouerant. Eodem anno in Heluetia, Alſatia, Franconia, Sileſia, morbus notus erat. Ex Hiſpania in Luſitaniam tranſiit Belgiumque. Scotis Galli anno 1497 luem dederunt, quae Angliam anno 1498 demum inuaſit. Cum Iudaeis ex Hiſpania pulſis in Africam tranſiit. Aſiam Indiamque orientalem Luſitani lue infecerunt.

Cap. VI. *Morbus in Europa qua forma quibusque ſymptomatibus eruperit*, exponitur. Celerior fuit, cutem magis occupauit, oſteocopi dolores intenſiores fuerunt: neque guaiacum neque hydrargyrus ad morbi medelam ſuffecit: tranſitus a particularibus ſymptomatibus ad vniuerſalia celerrimus fuit. Gonorrhoeae in primis morbi temporibus nulla veſtigia fuere, quae vbi apparuit, ſtatim mitior morbus factus eſt. p. 50.

Cap. VII. *De primis venerei morbi* (in America) *originibus*. Inſularum Indiae occidentalis incolae eas ab Americanis, hi ab illis repetunt, hinc certi quid ab iis reſciſcere iam primis temporibus non licuit. Coniectura Noſtri eſt, mulieres Americanas, viris longe ſalaciores, pruritu in virorum genitalibus adpoſitu infectorum venenatorum, veretrum profunde exulcerantium, excitato, hunc morbum ſimul excitaſſe. p. 59.

De contagio venereo, et veneni venerei natura altera primi libri parte agitur.

Ab aegro corpore in ſanum venereum venenum tranſfertur per concubitum cum femina, aut gonorrhoea, aut vlceribus cunni venereis laborante. Quidam facilius, alii difficilius, alii nunquam morbum concipiunt, ob corporis irritabilitatem maiorem vel minorem, aut generalem, aut concubitus tempore; ob mundata diligenter poſt coitum genitalia membra, ob habitum partium harum, concubitum iteratum, caet. Mane adeo facilius lues propagatur, quam

quam veſperi. Tandem vrethra etiam veneno ſenſim adſueſcit. — Propagatur etiam lues per nutricum vbera, per oſcula vulneraque. Per generationem, per communia pocula, aërem, ſudorem, perſpirationem, communes lectos, veſtimenta, ſtomachum ſanguinemque morbus non propagatur.

Loca quae infectionem paſſa ſunt, primum infeſtantur. Pruritus primum naſcitur, dein dolor, inflammatio. Secretio, ſi infecta pars ei inſeruit, augetur, ſecreto humore veneni venerei qualitates induente, ſi nulli, cuticula ſenſim deſtructa foedum vlcus naſcitur, tabe veneni naturam pariter induente.

p. 73. Haec veneni venerei aſſimilatio locum ſemper habet, at difficillima explicatu eſt. Sane per fermentationem, quae vitae expertibus tantum communis eſt corporibus, explicari nequit. Neque ſcimus, num aucta veneni quantitas ad morbi ſymptomata grauiora reddenda conferat. Hoc tantum ſcimus, alias corporis partes, praeter lympham eiusque vaſa, a veneno non occupari. Fixum eſt venereum venenum et per immediatum tantum contactum propagari poteſt. Eſt ex proprio et priuato genere atque ab omnibus aliis venenis morbificis diſtinguendum. Acidam naturam habere videtur.

p. 79. *Localia luis ſymptomata* Libro II. pertractantur. Ea generalem morbum ſemper praecedunt, neque exiſtere poteſt morbus venereus vniuerſalis, quem localis affectio non praeceſſerit. Dum locale venenum eſt, vehementer et acute agit: reliquo corpori communicatum mitigari videtur. Ipſa autem localia ſymptomata nullo nexu inter ſe gaudent.

Gonorrhoea nunc deſcribitur, notis ſimul traditis, quibus a cognatis morbis diſtingui poſſit. Circa prognoſin notatur, ſimplicem gonorrhoeam, rite tractatam omnis periculi expertem eſſe et VIII dierum ſpatio probe ſanari poſſe, neque vnquam ex hac, vlcerum

cerum in vrethra experte, luem oriri, illamque aut in ſanitatem, aut in ſecundariam gonorrhoeam, aut in gangraenam terminari. Ipſa autem gonorrhoea eſt internae vrethrae ſuperficiei phlogoſis per irritationem quandam inducta. Eaque inflammatio in his tantum partibus locum habet, quae irritationem immediate patiuntur: vicinae partes per ſympathiam afficiuntur. Venenum autem immediate in mucoſas glandulas, praeſertim Morgagnianas, ſub frenulo, in foſſa nauiculari agit. Hinc in hac parte omnes gonorrhoeae ſedem ſuam habent. Gonorrhoeae virus a venereo non diſtinctum eſſe, et cum cancrorum venereorum veneno conuenire, differentiam vero, qua agunt, non a diuerſa natura, ſed a partium, in quas agunt, organiſatione diuerſa prouenire, argumentis grauiſſimis ex HVNTERI opere ex parte auſtis, probatur. Quum autem omnis irritatio vrethrae communicata gonorrhoeam inducere valeat, liquet, quam cautus medicus eſſe debeat in venerea gonorrhoeae natura declaranda. Hinc idiopathica gonorrhoea varias cauſas agnoſcit, morboſas, imo artificiales: aliae etiam gonorrhoeae ſpecies exiſtunt praeter idiopathicam, conſenſualis nempe, metaſtatica, et ſi auctoribus fides eſt, epidemica.

Medicamenta, quae ad gonorrhoeam curandam p. 105.
adhibentur, aut interna ſunt atque generalia, aut localia. Illis, quum parum aut nihil iuuent, carere poſſumus, non enim euacuantibus, balſamicis, diureticis, acrimoniam vrinae mitigantibus, mercurialibus aliisque empiricis medicinis vnquam gonorrhoea curata eſt: haec vero omnem curationem abſoluunt, ſi morbo atque loco opportuna ſunt. Ad eorumque claſſem iniectiones potiſſimum pertinent, laudatae a multis, vituperata ab aliis. Hae ad ſequentes claſſes reduci poſſunt.

1) Iniectiones irritantes, ad mucum celerius eluendum, eius ſecretione aucta, quae vero, ob auctam irritationem atque inflammationem, fere ſemper nocent.

2) Iniectiones mercuriales, quae ideo laudatae ſunt, quod mercurius venereum venenum extinguit. Sed hanc virtutem mercurius non habet, nec ad localia venerei morbi ſymptomata quidquam valet. Irritando agunt mercurii praeparata, morbumque leuant debite adhibita, ſi non, augent.

3) Iniectiones, quae mucum reſoluunt. Has G. FORDYCE primum adhibuit, ductus obſeruatione, qua conſtat venenum venereum agere non poſſe, niſi muco obuolutum. Praeſtantiſſimae ſunt caeterisque omnibus palmam eripiunt, aguntque aut muco ſoluendo, aut per lixiuioſam ſuam vim acidam veneni naturam exſtinguendo. Cauſticus chirurgorum lapis, aquae ſufficiente copia temperatus, ne nimis irritet partes easque inflammet, huic ſcopo optime inſeruit. Satis fortem ſolutionem eſſe iudicio eſt, ſi ſolutio ipſa ore hauſta os leniter adſtringit mucumque in linguae ſuperficie abſque vſtione reſoluit. Ipſa vero haec iniectio in vrethram miſſa dolorem leuem, vrentem, breui euaneſcentem, excitat. Si dolor diutius perdurat, diluere ſolutionem magis expedit. In intenſioris inflammationis ſtadio haec iniectio tamen, ob irritationis metum non adhibenda eſt: tunc calcis aquam recenter paratam iniicere expedit, quae abſque inflammationis augmento mucum expurgat. In praefatione ad alterum volumen vſus iniectionis ex lapide cauſtico ſoluto magis reſtringitur, adſeriturque, eam non debere adhiberi, niſi primis gonorrhoeae diebus atque dilutiſſimam. Tutius opium cum aqua ſolutum adhibetur, ita tamen, vt ſolutio eo magis diluatur, quo magis inflammatio vigeat, et contra.

4) In-

4) Iniectiones oleoſae, quae irritationi minuendae inſeruiunt, caeterum neque multum iuuant, neque nocent.

Indicationes in ſimplici gonorrhoea quaecunque p. 120.
hae ſunt: 1) vt irritatio auferatur; 2) vt irritationis effectus caueantur; 3) vt ſymptomata vrgentiora mitigentur.

Primae indicationi iniectiones n. 3. deſcriptae ſufficiunt, aut tales, quae vrethrae ſenſum minuant irritamentique actionem in eam intercipiant, ex ſaturni ſaccharo aut opio: alteri mundities ſtudioſe culta, ſuſpenſorii vſus, abſtinentia omnium eorum, quae irritationem augere profluuiumque intercipere poſſunt: vltimae opii vſus internus, hirudinum applicatio, rel.

In gonorrhoeae curatione primum diligenter morbus ipſe, num ſolus adſit, aut cum vlceribus complicatus, quemque gradum attigerit, examinandus eſt. Deinde, regimine praecepto, ſuadendum eſt, vt penem cum calcis aqua diligenter lauet et, ſi parca inflammatio eſt, lapidem cauſticum ſolutum, ſi vehemens, opium cum ſaturninae medicinae particula quadam iniiciat, iteratis diligenter iniectionibus: vt veſperi opium hauriat, tertioque quouis die alvum cum rhabarbaro et mercurio dulci laxet. Deleto veneno ſaccharum ſaturni cum aqua ſolutum iniicitur. Diaetam nimis ſtrictam praecipere non neceſſe eſt. Omnis curatio ſpatio VIII aut XIV dierum facile abſoluitur.

Intercepta gonorrhoea morbos acutiſſimos parit, in ipſa vero interceptionis notione formanda medici errarunt. Interceptum enim profluuium morbi non cauſa, ſed effectus eſt, et in morbi curatione parum intereſt, vt profluuium reſtituatur, multum vero, vt cauſa tollatur. Intereeptae autem gonorrhoeae cauſa ſummus inflammationis gradus eſt, qui om-

omnem ſecretionem prohibet, veneno loco ſuo pertinaciter inſidente. In curatione omnia eo redeunt, vt inflammatio minuatur, quo facto gonorrhoea ipſa reſtituitur.

p. 141. Humoralis hernia, quae gonorrhoeam vehementiorem comitatur, morbum ſympathicum et a quacunque alia vicini loci irritatione oriundum conſtituit. Si debile curatur gonorrhoea, rariſſime agros affligit, ſemper quippe aut aegroti, aut medentis vitio naſcens. Curatio contra inflammationem dirigi debet: hirudines inprimis interioribus cruribus adponere conuenit. Venaeſectio raro requiritur. Medicamenta, quae pertinacem humoralem herniam reſolunt, fuſe enarrantur: ſi omnia incaſſum adhibita ſunt, inſerere gonorrhoeam et nouum profluuium excitare conuenit.

Ab iisdem cauſis iſchuria venerea acuta naſcitur eiusdemque cum humorali hernia naturae eſt. Curatur opii vſu externo, interno et generatim curatione ſumme antiphlogiſtica. Catheterem in pertinaci tali iſchuria applicare non conuenit, ſed veſicam potius per anum perforare.

p. 157. Oculorum inflammatio venerea acuta chemoſeos gradum vehementiſſimum conſtituit aegrique, niſi ſubitanea curatio intercedat, coeci euadunt. Rara eſt: hyeme potiſſimum accidit et conſenſualem morbum, vti prior, conſtituit, methodo ſumme antiphlogiſtica curandum.

Gonorrhoea ſecundaria, pertinaciſſimus morbus, quoad cauſas aut a relaxatione et debilitate vrethrae, glandularumque mucoſarum, aut ab vlcere vrethrae, aut a dyſuria venerea oritur. His cauſis medendi ratio accommodari debet. Balſama naturalia interne data ad curationem gonorrhoeae ſecundariae a relaxatione ortae conferunt: omnis vero curatio a localibus medicamentis expectanda eſt, frigida aqua,

aqua, balneis, electricitate et iniectionibus adſtringentibus. Ad vrethrae exulcerationem ſanandam expedit irritantia medicamenta iniicere, aut cereis in exulceratum locum immiſſis, inflammationem atque ſuppurationem excitare.

Dyſuria venerea, et vrethrae ab eadem cauſa anguſtatio copioſe pertractatur. Agnoſcit cauſas varias, inprimis anguſtationem vrethrae dyſuria, quae non quidem venerea, tamen inflammationis effectus eſt. Curatio per catheterem ex elaſtica reſina paratum et per cereos in vrethram immiſſos quomodo inſtituenda ſit, fuſe praecipitur. Anguſtationem a ſpaſmo tollit linimentum volatile illitum et veſica per cantharides in vicino perinaeo excitata.

Proſtata glandula ſympathice ſaepiſſime afficitur. Illius induratio atque intumeſcentia, quae ſubinde elapſis xv poſt gonorrhoeam annis demum aegro moleſtias creat, ſenibus hinc magis, quam iuuenibus familiaris, vix, niſi forſan puluere contra ſtrumas ex ſpongia marina vſta parato, curatur.

Mulierum gonorrhoea a fluore albo maligno ab alia cauſa orto difficillime diſtinguitur, neque vllum certum ſignum eſt, quo vtrique morbi inter ſe diſtingui poſſint. Decurſus tamen vtrorumque morborum, lenta initia maligni albi fluoris, ardor vrinae in eo non praeſens, lumborum dolor, qui in gonorrhoea a venerea cauſa ſemper deeſt, ad diſtinctionem faciunt. Curatio iisdem medicamentis, quae gonorrhoea virilis poſcit, abſoluitur. Iniectionesque hanc vtilitatem habent, vt hunc morbum difficulter alias curabilem cito, tuto atque iucunde curent.

Altera libri primi parte vlcera venerea (*Chancres*) pertractantur. Venereum venenum, partibus nulli ſecretioni inſeruientibus applicatum, ſuperficiem irritat, humores ad irritationis locum ducit, qui ſenſim ibi accumulantur, ſtagnant, putreſcunt, in pus p. 201.

mutantur, cuticulam exedunt et veneno ipsi permixti tabum venereum ex venereo veneno profluens efficiunt. Haec vlcera aut primaria, aut secundaria sunt. Illa semper in contagii loco, hinc in genitalibus partibus saepissime, haec in quacunque alia corporis parte oriuntur.

Primaria non longo post susceptum contagium tempore interiecto oriuntur. Vti autem omnis irritatio, partibus genitalibus satis diu applicata, illas eodem modo, quo venereum miasma, exulcerare potest, ita et venereorum vlcerum diagnosis non facilis est. Venerea tamen vtplurimum intra sextum aut septimum a concubitu diem oriuntur, cum gonorrhoea iuncta sunt et dolore, partes profunde exedunt, marginem album, callosum habent fundumque album, lardo similem.

Curatio per interna medicamenta non tentanda est, sed per localia, raroque Noster vidit, hac curatione adhibita luem post cancros esse natam. Nec hydrargyri vsus conuenit, quoniam morbum non praecauet, adeoque incassum adhibetur. Hinc in venereis vlceribus generalia medicamenta non danda sunt, nisi certa signa morbum vniuersalem esse factum doceant. Medicamenta autem localia vlceribus his curandis idonea, omnia ex irritantium, inflammationem, suppurationem inducentium classe sunt, mercurialiaque exulceratis locis applicari solita non per specificam vim, sed per irritationem agunt. Conuenit mercurium sublimatum cum aqua solutum, praecipitatum, aut aeruginem cum salis ammoniaci spiritu solutam, aut, qui omne curationis punctum fert morbumque cito et iucunde tollit, lapidem causticum cum aqua solutum applicare.

p. 225. Phimosis, quae praeter venereum contagium ab aliis causis saepissime nascitur, non in glandis, sed in praeputii oedematoso tumore, consistit. Incidere praepu-

praeputium non conuenit, ſed inflammationem frigidiſſima aqua applicata ſanare, vlceraque glandis, aqua calcis crebro iniecta, expurgare. Periculoſior paraphimoſis eſt, ob glandis ſtrangulationem et gangraenam inde oriundam. Incidere praeputium, niſi frigida applicata mox iuuet, ſtatim conuenit.

Tertia primi libri *parte verrucae venereae aliaeque* p. 231. *excreſcentiae pertractantur.* Sunt autem tubercula calloſa, verrucae, porri, condylomata, mariſcae, fici, thymi, mora, fraga, criſtae, rhagades. Quae praeter naturam luxuriant, generatim non cedunt, niſi exedente medicina applicata, inflammatione atque ſuppuratione concitata. Enſe reſcindere ea non conuenit, ob recrudeſcentis luxuriei metum. Ligaturae magis conueniunt, nec non mercurialia praeparata acriora, praecipitatus ruber, ſublimatus. Cepae toſtae et contuſae impoſitae verrucas tollunt easque in mucum album reſoluunt.

Quarta pars tractationem *de glandularum tumo-* p. 238. *ribus venereis* continet. Deſcriptione vaſorum lymphaticorum generaliori glandularumque lymphaticarum praemiſſa, bubonum origines exponuntur. Omnis lympha quoniam glandulas permeare debet, priusquam ad thoracicum ductum peruenìat, non fieri poteſt, quin, acrimonia quacunque per lymphatica vaſa ſuſcepta, glandulae intumeſcant, irritentur, inflammentur atque ſubinde ſuppurent. Venerei hinc bubones ſemper in ea naſcuntur glandula, quae contagii loco maxime vicina eſt. Symptomatici bubones oriuntur ab irritatione quacunque ipſaque ſublata ſponte cedunt. Idiopathici a veneno venereo glandulam immediate irritante proficiſcuntur. In cachecticis bubo in vlcera peſſimi moris terminatur: in ſanis non aeque. Si debite curatur, periculi plane expers eſt. A ſcrofuloſis glandularum tumoribus venerei bubones eo diſtinguuntur,

quod venereum venenum glandulas, quae contagii loco maxime propinquae ſunt, corripiat: quod externas tantum glandulas occupet: quod vnicam tantum glandulam cum dolore inflammet.

In curatione reſolutio bubonis ſuppurationi ſemper praeferenda eſt. Haec venenum venereum ipſum auget, mala localia, quae ab ea inducuntur, ſi etiam non aeſtimes. Illa, ſi res peſſime ſuccedit, morbum venereum vniuerſalem inducit, longe minus periculi atque taedii facientem. Ipſaque haec reſolutio ſuccedit aucta vi reſorptionis in vaſis lymphaticis per emetica, frigida tumori ipſi externe applicata, et per linimentum volatile femori interiori, penis radici et perinaeo crebro et per iteratas frictiones applicatum. Strictum ſimul regimen antiphlogiſticum obſeruandum aegrotoque ſumma quies praecipienda eſt.

Reſolutio ſi non ſuccedit, ſuppuratio adiuuanda eſt. Incidere bubonem non conuenit, ſed expectare donec pus ſponte profluat. In his, qui prauos humores habent, abſceſſus in vlcus venereum degenerat ſolutione cauſtici lapidis, roborantibusque curandum. Mercurius nec durante ſuppuratione, neque vlcere conſolidato prius dari debet, quam ſymptomata certa luem adeſſe probent.

Poſt ſymptomaticos bubones ſcirrhoſa durities crebrius remanet, periculi plane expers et vix curanda. Volatile linimentum aut vnguentum ex oleo et camphora paratum reſolutioni optime inſeruit.

Tertio libro prophylactica contra veneream luem medicamenta exponuntur. Non longo poſt ipſam luem exortam tempore de talibus remediis cogitatum eſt. Anno MD. CASPAR TORELLA talia iam deſcripſit: anno MDV. IACOBVS CATANEVS DE LACV talia remedia commendauit. Tutiſſimam FALLOPIVS ſuam medicinam prophylacticam praedicabat.

bat. Sed vix ſuffecit. Quae hactenus commendata ſunt, ad quinque claſſes reduci ſe patiuntur.

1) Aquae ad lauandum, mercurii expertes, ex vino, aceto, citri acido diluto, ſimplici aqua, vrina, calcis aqua, alcalino volatili ſale cum aqua plurima diluto, caet. Lapis cauſticus cum aqua plurima ſolutus ad praeſeruationem inter omnia optime valet. A multisque haec medicina inſtar arcani caro pretio vendita eſt.

2) Vnguenta. Omnis adeps ſenſibilitatem corporis minuit et irritationem prohibet. 3) medicamenta mercurialia, praeſertim aqua phagaedaenica in vrethram iniecta, a GILBERTO DE PREVAL inſtar ſpecifici commendata, quae tamen vix magni a Noſtro aeſtimatur. Reliqua ad mechanica artificia et ad interna medicamenta pertinent.

Vniuerſalis venerea lues quarto libro pertractatur. p. 287. Primum ſtadium morbi eſt, ſi partes externae afficiuntur, alterum, ſi internae, oſſa praeſertim. Tandem a continua irritatione, non a veneno in humoribus circulante, febris lenta naſcitur ſenſim mortifera.

Symptomata cum lue coniuncta veneni venerei certa indicia non ſunt: ſolus oſteocopus nocturnus dolor infallibile luis ſignum eſt: proprii tamen aliquid et reliqua ſymptomata habent. Sic vlceribus venereis proprius character eſt, nec valde difficilis ab aliis, ſcorbuticis praeſertim, diſtinctio: ſic alia etiam ſymptomata ſuos characteres habent, quibus origines ſuas produnt.

De laruatis venereis morbis doctrina, noſtris de- p. 301. mum temporibus copioſe exornata, nondum vero ad ſeuerius examen reuocata, ſtudioſe examinatur: quo examine praemiſſo concludit Noſter: nullos dari morbos venereos laruatos, neque fieri poſſe, vt venereum venenum diu in corpore, abſque vllo ſymptomate concitato, deliteſcat.

Qui morbos venereos laruatos ſtabiliuerunt, ad experientiam prouocarunt, hiſtoriis huc pertinentibus copioſe allatis. Sed hae hiſtoriae in eo fallaces ſunt, quod multi preuectioris aetatis homines antiquam labem accuſare potius ament, quam nouam, quam tamen contraxerint; ſi vero ad venerei veneni praeſentiam concluditur, quoniam hydrargyrum morbos, quoad externam faciem venereis ſimiles, ſanat, ignorari videtur, potentem hanc medicinam alios quoque eosque valde rebelles morbos ſanare poſſe. Laruatus hinc venereus morbus non datur: ipſe vero morbus, vt omnes alii, decurſum ſuum ſymptomataque pathognomonica habet, quibus ab expertis cognoſci poteſt. Complicatos vero venereos dari morbos certum eſt.

Venenum autem venereum per vaſa reſorptum et ab iis ad certas partes depoſitum, diuerſa luis venereae ſymptomata efficit. Sexta vel octaua ſeptimana poſt reſorptionem ad partes deponitur. Si bubone aut vlcere venereo perſanato, morbi venerei per ſex menſes indicia nulla ſunt, concludere licet, aegrum perfecte a veneno liberatum eſſe.

Mercurius, antiquiſſima ad hunc morbum medicina, ideo forſan noſtris adhuc temporibus praeſtantiſſima eſt, quod alias medicinas medici nimium neglexerint. Crudus metallicusque in corpus non agit: vt auxilium ferat, calcinatus, ſaltim per trituram eſſe debet, aut alio modo mutatus: hinc vnguenti mercurialis haec tantum particula efficax eſt, quae per trituram calcinata eſt, reliqua non aeque. Saliuatio autem mercurii ope inducta non neceſſaria ad curationem, imo nociua ſemper eſt: hinc durante mercurii vſu eo reſpici debet, vt ſaliuatio aut plane caueatur, aut probe, ſi exoritur, curetur. Per medicamenta caueri ſaliuatio non poteſt, per diaetam vero. Purgantia praeſertim ad eam aut arcendam, aut

aut curandam adhibere periculoſum eſt. Qua ratione mercurius venenum venereum extinguat, ignoramus: ſcimus tantum celeritatem pulſuum, vaſorum lymphaticorum actionem ab eo accelerari, lympham attenuari, vt aut ex glandulis ſaliualibus cum veneno ipſo, aut per ſudorem cum eodem profundatur. Nunc practicae regulae exponuntur de modo, quo mercurius agit et adhiberi debet. Vtiliſſimae ſunt, ipſeque Auctor Cl. fatetur, ſe in iis ea in vnum congeſſiſſe, quae experientia CCL annorum circa eius vſum docuit.

Modi, quibus mercurius adhibitus ad curandam p. 341.
luem eſt, hi ſunt: 1) vt ſudor et ſaliuatio ſimul concitarentur. Euacuatoriam curationem Noſter vocat. Haec antiquiſſima fuit. 2) Vt ſaliuae profuſio excitaretur. Antiqua quoque methodus, hodie etiam adhuc vſitata et ab ASTRVCCIO copioſe deſcripta. 3) Vt effectus mercurii, inprimis in ſaliuatione concitanda, ipſo mercurio dato, ſimul praefocarentur. Purgantibus et ſudorem concitantibus medicamentis et regimine ſaliuatio intercipitur. 4) Vt deriuaretur a ſaliualibus glandulis mercurii vis per purgantia. 5) Per ſuffimigia, ex antiquiſſimis methodis. Raro hodie adhibetur, neque ad morbum ſanandum ſufficit. 6) Per reſorptionem, dulci aut cinereo mercurio labiis illito. 7) Per clyſteres antiuenereos. 8) Per balnea antiuenerea. 9) Per mercurialia praeparata interne adhibenda. 10) Tandem mixta quoque datur curatio, qua ſublimatus mercurius corroſiuus interne datur, externe vnguentum mercuriale adhibetur. Noua methodus inter omnes praeſtantiſſima eſt.

His omnibus praemiſſis medicamentorum mercurialium tabula a SCHWEDIAUR, V. Cl. iam data, iterum datur, poſtea ſingula medicamenta, quoad praeparationem, qualitates, virtutes, noxas, caet. enarrantur.

Multa incommoda mercuriale vnguentum habet neque debilibus et delicato neruoso systemate gaudentibus praecipi debet, quoniam his vix sine vitae periculo sufficiens vnguenti quantitas per cutem ingeritur. PLENKII medicamenta cum mercurio parata id incommodum habent omnia, vt non sciatur quantitas mercurii ingesti. Mercurius sublimatus corrosiuus SWIETENII auctoritate per vniuersam Europam creberrime adhibitus est, verum medici multi, funestos saepe effectus ab eo obseruantes, ab eius vsu iterum destiterunt. Symptomata quidem venerea subito tollit, quae vero, eius vsu cessante, recrudescunt. Neque statim malos effectus, haemoptoen, tabem, cardialgiam, alui fluxus diuturnos, vomitum, inducit, sed annis quibusdam interiectis. Si fortis aegrotantium constitutio est, et cutem morbus vexat, dari commode potest. Sed cauendum ab eius vsu, si arsenico admixto adulteratus est. Mercurius dulcis aliaque praeparata mercurialia, nec non arcana quaedam medicamenta ex mercurio parata enarrantur atque describuntur.

p. 387. Si vero aeger mercurio ferendo idoneus est, praeparatione corporis cum purgantibus, balneis tepidis et opiatis praemissa, mercurius dulcis SCHEELII aut HERMBSTAEDTII, aut cinereus mercurius praecipiendus est. Si saliuatio instat, omittere medicinam et opium sumere, deinde iterare illam conuenit, donec symptomata penitus disparuerint. Cauendum simul est, ne perspiratio intercipiatur.

Ex medicamentis e vegetabili regno guaiacum, Daphne Mezereum, iuglandis cortices virides, et opium, praeparandi corporis scopo, maxime laudantur. Astragalus exscapus, cuius iconem tabula aenea addita exhibet, summopere laudatur, enarratis quoque multis morbi per hanc medicinam curati historiis, cum Auctore ab amicis communicatis. — Animale

male regnum medicamenta ad morbum venereum facientia hactenus non dedit.

Ex venereis symptomatibus, quae peculiarem curationem requirunt, scabies venerea balneis tepidis et pilulis ex mercurio crudo, sulfure antimonii et resina guaiaci, paralysis, dolores osteocopi, ossium tumores cariesque, opio, mezerei decocto, vesicatoriis locis ipsis impositis, curatur. Vulnera venereo morbo affectis inflicta sine plurima difficultate consolidantur. p. 407

Quinto atque vltimo libro venerei morbi puerorum pertractantur, quos Noster copiose in nosocomio Parisino, cuius historiam pulchram diarium medicum Gallicum dedit, viderat. Mercuriali vnguento in Parisino nosocomio nutrices vtuntur, vt lac inde vim ad morbum extinguendum acquirat. Verum hoc non fieri et ne particulam quidem mercurii in lac transire Noster autumat, suadetque, vt pueris ipsis mercurius dulcis praecipiatur. p. 429.

Altero tertioque volumine scriptores, qui de morbo venereo scripserunt, ad nostra vsque tempora MDCCC enarrantur. Peste (siue potius consiliis ad pestem) excepta tantam scriptorum multitudinem alius morbus non habuit. ASTRVCCIVS adeo anno MDCCXL. excerpsit tantum D. scriptores. Quod vero vtilitatem huius laboris, quem non sine plurima lucubratione ad finem esse perductum facile omnes intelligent, qui illum studiose legere velint, summopere auget, est, quod Cl. Auctor errores de morbi originibus non in America quaesitis, occasione enarratorum auctorum iterum enarrauerit, atque libro suo excerpta copiosa ex Hispanis praesertim scriptoribus addiderit.

In periodos certas scriptorum enarratio atque censura diuisa est. Prima hos continet, qui vsque ad annum 1550 vixerunt: altera qui ad annum 1600.

ſcriptores ita enarrati ſunt, vt primum qui et quales fuerint, quos libros ad morbum venereum pertinentes ſcripſerint, perhibeatur, deinde quid notatu dignum in ſcriptis ipſis contineatur, enarretur. Libros inſtructiſſimae in Europa bibliothecae, Gottingenſis, Pariſinae, Muſei Britannici, caet. ſuppeditarunt, certumque eſt, Noſtrum de hoc morbo longe plures libros vidiſſe, legiſſe, notatuque digna ex iis excerpſiſſe, quam ad noſtra vſque tempora factum fuerat.

p. 113. Primam periodum liber ſextus continet, ad cuius finem veluti in epitome ſententiae primorum de lue ſcriptorum exponuntur. ASTRVCCIO (contra HENSLERI, ni fallimur, mentem) haec laus tribuitur, quod ſcriptores ex hac periodo diligentiſſime excerpſerit. Generalia autem, quae ex lectione auctorum ex hac periodo reſultant, haec ſunt:

1) Omnes morbum pro nouo, nec cognito prius, habent;

2) et quidem perhibent, eum anno 1494 aut 1495 primum apparuiſſe.

3) Morbi nec medela nota fuit, nec nomen cognitum.

4) Omnes fere morbum veteribus incognitum fuiſſe putant.

5) De originibus tamen morbi non conſentiunt. Aſtrorum concurſum plurimi accuſarunt. Poſt annum tamen 1517 verae origines ſatis innotuerunt.

6) Per coitum morbum communicari cum aliis ſolere, non negatis tamen aliis quoque communicationis viis.

7) Curatio per mercurialia ſtatim inualuit: vnguentum vniuerſo corpori, nullo loco excepto, applicatum eſt. Ob taedium curationis per mercurialem inunctionem peragendae guaiaci vſus omnibus vehementer placuit, deinde chinae vſus, caet.

inua-

inualuit. Per pericula multa et per mortes experimenta plurima curatio diri morbi quaesita est.

9) Partem, quae contagium passa est, primum affici mox obseruatum est.

10) In principio morbus cutem potissimum affecit. Vlcera in genitalibus partibus primum fere communicati veneni symptoma erant. Mox pustulae in cute nascebantur in vlcera transeuntes rebellia, deinde osteocopi dolores, ossium vlcera, cutis squamis obtecta deciduis atque renascentibus, aliis pudenda, nasus, oculi exedebantur. Tabes, febris lenta, mors. Gonorrhoea et bubones in hac periodo raro obseruabantur. ALEXANDER BENEDICTVS ex omnibus solus horum symptomatum mentionem facit. Ad cutaneos hos morbos venereos balneorum vulgaris vsus disposuit. Pustulae in cute iam anno 1526 parciores erant, bubones et gonorrhoea frequentiores euadebant, 1536 capillorum defluuium primo visum est.

Temporibus ab anno 1550 vsque ad annum p. 192.
1660 origines morbi venerei Americanae generatim adoptatae sunt, saltim eas nullus medicorum negavit. Morbum per coitum, suctionem atque lactationem, oscula, obstetricis auxilium atque per vulnera propagari omnes affirmant.

Morbus ipse in hac periodo valde mutatus est. Anno 1550 gonorrhoea nata est, qua morbus mitior redditus est, rariusque totum corpus occupauit. Cum hac eius frequentes effectus, testiculorum tumor, vrinae interceptio, gonorrhoea secundaria, strictura vrethrae, prostatae glandulae tumor, nati sunt. Strictura studiose pertractatae sunt cereosque haec aetas iam nouerat. — Post annum 1550 vsque ad nostra tempora morbus parum aut non mutatus est. Morbi venerei laruati prima mentio in hac periodo fit. Curatio non valde bona, indeterminata. Nouum

medi-

medicamentum ad luem, lignum ſaſſafraſs, laudatum eſt. — Angli medici de morbo, vſque ad annum 1600, fere non ſcripſerunt.

p. 296. Ab anno 1600 vſque ad annum 1650 medici nil noui prioribus addiderunt. Morbus immutatus manſit; origines vero eius ſubinde penes Graecos, imo penes Iſraelitas quaeſitae ſunt. Methodus curatiua non certa: alii mercurium repudiarunt, alii in difficilibus caſibus laudarunt, alii vegetabilibus morbum curarunt. Strictvrae vrethrae his temporibus, ob male tractatam gonorrhoeam, crebriores. De BASILIO VALENTINO, pſeudonymo ſine dubio auctore, cuius opera ex PARACELSI ſcriptis excerpta ſunt, multa eaque praeclare propoſita enarrantur. Credibile admodum eſt, eius opera, anno 1602 primum edita, aut ab editore, IOANNE THOELDEN, aut ab alio alchymiſta, compilata eſſe.

Ab anno 1650 vſque ad annum 1700 parum incrementi morbi venerei theoria et curatio habuit. Scriptores ſtudioſiſſime enumerantur, eaque, quae cuique ſcriptori propria ſunt, diligenter enarrantur. Subinde propria Cl. Auctor addidit. Sic occaſione libelli GERVASII UCAY, qui medicamentum ex mercurio et aere in vaſe hermetice clauſo calcinatum ad morbum venereum commendabat, ipſe narrat, ſe mercurium in clauſo vaſe in calcem redegiſſe, rogatque chemicos, vt haec experimenta vlterius proſequantur.

Tertium volumen ſcriptores, ab anno 1700 ad noſtra vſque tempora enarratos, continet. Exeunte ſaeculo XVII ſummi viri naturali ſcientiae et medicinae aliam formam dabant, expurgatis theoriarum ſordibus et obſeruatione atque experientiae ſtudio reuocatis. Occaſione diſſertationis: an morbus antiquus ſyphilis, ab ALLIOT et LEAUTE anno 1717 editae, loca veterum praecipua, ex quibus interpre-

tes

tes antiquitates luis venereae ſtabiliuerunt, enarrantur, eorumque ſententia confutatur. Librum vero BECKETTI dum enarrat auctor, ſimul argumenta, quae ex arſurae (*Brenning*) antiquitatibus a ſagaci hoc viro deſumta ſunt, confutat, ſimulque probat, hanc gonorrhoeam extitiſſe quidem, ſed non veneream, verum leproſam fuiſſe. Egregie etiam, quae ſummi viri, BOERHAAVIVS, ASTRVCCIVS, S. FOART SIMMONS, SCHWEDIAUR, HENSLER, HVNTER, aliique doctiſſimi viri de luis venereae antiquitatibus, theoria, curatione, protulerunt, exponuntur. Index auctorum praeclaro operi additus eſt.

VIII.

Noua phyſico-medica.

Troppauiae inde ab aliquot annis iam ſocietas oeconomica floruit, apud exteros parum cognita. Ipſi vero contigit, vt a Ioſepho II. diplomate ornaretur, quo ad dignitatem *ſocietatis caeſareo reg. oeconomicae* eueheretur, quales in variis aliis Auſtriae ditionibus conſtitutae ſunt. Illo diplomate omnes oeconomi in illa Sileſiae parte, quae imperatori ſubeſt, iubentur huic ſocietati accedere: quique munera, ad oeconomiam ſpectantia, ambiunt, ſe Troppauiae ad examen ſiſtere, indeque teſtimonia cognitionis ſuae oeconomicae ſibi comparare. Praeter ea omnes oeconomi, quibus recte obſeruandi facultas haud denegata a natura eſt, inuitantur, vt ſua inuenta et obſeruationes ad oeconomiam facientia, cum ſocietate hac communicent, ſpe freti certiſſima, vt eam ob rem praemia reportent, obſeruationum inuentionumque dignitati reſpondentia. Anno, quem agimus, nonageſimo ineunte terminus conſtitutus eſt, a quo legitimam haec ſocietas originem deriuare debet ſuam.

Muni-

Munificentia Sereniſſimi Electoris Moguntini academiae ſcientiarum, quae Erfurti eſt, contigit, vt duas quaeſtiones eruditis ad diſceptandum proponere, optimaeque diſſertationi praemium c thalerorum offerre poſſet. Quarum cum altera tantum ad rem medicam pertineat, eius argumentum hic cum lectoribus communicabimus noſtris. Eſt vero haec: *quomodo via facili nec nimis ſumtuoſa chirurgis, quibus vita ſanitasque ruricolarum concreditur, quique aegrotis ſaepiſſime plus nocent, quam proſunt, inſtitutio melior atque aptior comparari queat?* Qui de propoſito praemio certare cupiunt, operam dare debent, vt inſtituendi rationem, quam fieri poteſt, breviſſimam, poſſibilem, recentiſſimis vſuque probatis medendi methodis reſpondentem indicent: non viam ac rationem tantum, qua inſtitutione neceſſaria chirurgi impertiendi ſint, monſtrent, legesque, hac de re ſanciendas, afferant, ſed etiam doctrinas grauiſſimas de diaeta agricolarum, de ſignis morborum, quibus obnoxii ſunt, remediisque ipſorum etc. ſtringant, aut, quae compendia chirurgis commendari poſſint, indicent. Commentationes ante calend. Octobr. huius anni, ſermone aut latino, aut germanico, aut francogallico conſcriptae ad Excell. RVMPELIVM, qui academiae a literis eſt, ſub iisdem conditionibus, quae vbique ab eruditis ſocietatibus, eiusmodi praemia proponentibus, proſcribi ſolent, mittendae ſunt.

Academia ſcientiarum regia Turinenſis d. XXVII. Iun. anni elapſi primam habuit, praeſente rege aulaque tota, ſeſſionem. Comes illuſtris DE MOROZZO, qui huic academiae praeeſt, commentarium legit de vtilitate ſcientiarum, et patrocinio, quo Rex ipſas protegit. Abbas DE CALVSO, qui eidem academiae a literis eſt, communicauit cum illius membris breuem expoſitionem commentariorum, qui

quarto

quarto voluminì, propediem proditurο, inſerentur. Illuſtris denique Comes BALBO ex iis diſſertationibus, quae ad praemium elapſo anno propoſitum reportandum ad academiam miſſae ſunt, maxime memorabilia praelegebat.

Societas regia ſcientiarum Goettingenſis publice propoſuerat 1786 quaeſtionem, anno praeterito ſolvendam: „de vniuerſitatibus Germaniae literariis earumque conſtitutione et conditione quaeritur, quas illa commutationes indē a ſeculo XIV. experta ſit; quibusque modis, ſpatiis ac gradibus progreſſus eius ad perfectiorem ſtatum metiendi ſint; reſpectu partim ad interiorem diſciplinam, partim ad inſtitutionem literariam, partim ad ſcientiarum et literarum viciſſitudines et profectus ab vniuerſitatibus illis ſeu retardatos, ſeu auctos et maturatos habito, cum effectu, quem cum ad ciuilem, tum ad eccleſiaſticam rempublicam habuere.“ Quod graue, noſtraeque aetati philoſophico-pragmaticae accommodatum argumentum ne vnum quidem inuenit inter homines eruditos, qui illud pertractandum ſumeret. Altera quaeſtio, eaque oeconomica, in hunc ipſum annum mota, „quaenam commoda noxaeue ab introductione iuris cambialis reipublicae immineant, quae exiguam adhuc cum exteris mercaturam alit, nec multas fabricas atque manufacturas habet“ vna tantum diſſertatione erat excuſſa, quae vero elapſo iam termino, quo ad certamen admittendae diſſertationes ſocietati exhibendae ſunt, ad hanc peruenit. Societas igitur argumenta denuo commendat diſcutienda, quae iam alio tempore erant propoſita. Et Nouembri quidem CIↃIↃCCXC hanc quaeſtionem ſolutam cupit: „quum plantarum vigorem et incrementa variis, quibus aër alluens ſcatet, effluuiis multum adiuuari, item aliquando imminui et retardari compertum ſit: quaeritur, *anne artificiali quodam aëris ge-*

nere

nere vegetatio ſtirpium promoueri poſſit, ſiue iſtud per aquam, qua rigantur, ſiue per atmoſphaeram, in qua verſantur, admittatur? Quod ſi affirmetur, deſiderantur experimenta, quae rem euincunt, per partes propoſita, eaque ſatis crebro et in iuſta ſpecierum varietate repetita. Eiusmodi auxilio etiamſi ſtirpibus ſub dio creſcentibus aegrius ſubueniri poſſe videatur: multum ſaltem commodi illud promittit ſtirpibus in hypocauſto hortorum vel vaporario ſeruatis cultisque, et ſpes effulget, fore, vt exoticarum variarum flores in hypocauſtis alias vel plane non, vel nonniſi poſt longas moras comparentes euoluantur, et vt eſculentae variae cultae in vaporariis tam extra tempus conſuetum ſuppetant, quam ſapidiores et alendo corpori noſtro magis idoneae euadant. Practici igitur vſus rationem in quaeſtione ſoluenda eſſe habendam intelligitur." — Nouembri CIↃIↃCCXCI hanc deſtinauit quaeſtionem: „Planum, ita per aquam ductum vt motus directio plano obliqua ſit, reſiſtentiam pati in ratione quadrati ſinus, quo directio ad planum inclinatur, ſumſerunt, qui reſiſtentiam computarunt. Conſtitit autem Gallorum experimentis, id a vero aberrare, eo magis, quo minor eſt inclinatio. Formulam, quae teneat relationem inter angulum et reſiſtentiam, nonniſi vero propinquam dedit Cl. BOSSUT, et quae non poſſit transferri ad curvas ſuperficies. Sunt autem experimenta inſtituta cum corporibus in aqua motis. Aerem ſuſpicari quis poſſit alia lege reſiſtere, non ſolum, quod minus denſus eſt, ſed etiam, quod elaſticus. Vnde intelligitur, quantum adhuc a phyſica, quae metitur effectus naturae, expectet analyſis, ad veram proiectorum theoriam parabolicae ſubſtituendam. Vt in hac re, ſi fieri poſſit, promoueantur aliquantum fines ſcientiae noſtrae, cupit ſocietas: *quomodo ſe habeat obliquae reſiſtentiae quantitas ad angulum inclinationis,*

accura-

accuratius et plenius oſtendi, etiam ut ſuperficiebus curuis applicari poſſit. Idque, ſiue in fluido, cuius ſola ſpectatur inertia, et forte lentor, ſiue in aëre. Theoriam niti debere experimentis, aut illis, quae iam proſtant, aut aliis aeque ſolerter inſtitutis, vix opus eſt dicere. — Nouembri CIↃIↃCCLXXXXIII deſiderat regia ſocietas, vt experimentis ſollicite inſtitutis, et cum fide enarratis eruatur ac demonſtretur, quodnam intercedat, ſi indolem partium vtramque conſtituentium, et rationem, qua inter ſe miſtae ſunt, ſpectes, inter bilem cyſticam et hepaticam vulgo dictam diſcrimen? An eadem ſit bilis indoles ex mammalibus, quae ex auibus, amphibiis vel piſcibus petitae? An eadem bilis carniuororum, quae phytophagorum et omniuororum? An eadem animalium ruminantium, quae non ruminantium bilis indoles? Si non ſit eadem, quae diſcrepantia, ſi ad partes conſtituentes reſpicias? Et quae exinde tum conſectaria in explicanda bilis functione, et vi ſalutari, tum quae cautelae ex applicandis his cum bile animalium captis ad corpus humanum experimentis, fluant? — Praemium hisce quaeſtionibus, optime ſolutis, promittuntur L nummi aurei (*Ducaten*), et terminus, quo ad certamen admittendae diſſertationes ſocietati exhibendae ſunt, ad ſummum Pridie Calend. Septembres cuiuslibet anni, cui propoſita quaeſtio dicata eſt, conſtituitur. — Praeter hasce quaeſtiones etiam oeconomicae ab eadem Societate motae ſunt: et quidem hoc ipſo anno, menſeque Iulio doceri cupit, *quomodo damnum finiri et praecaueri poſſit, quod regioni accidit illi, in quam monetae minoris pretii adiacentium regionum inferuntur?* Menſe vero Nouembri eiusdem anni finiri cupit tempora, rationemque, qua princeps pecuniam, e terris, quae ipſius ditioni ſubſunt, cum vſuris leuioribus mutuo ſumendam, ad terrarum incultarum culturam et exſtructionem no-

nere vegetatio ſtirpium promoueri poſſit, ſiue iſtud per aquam, qua rigantur, ſiue per atmoſphaeram, in qua verſantur, admittatur? Quod ſi affirmetur, deſiderantur experimenta, quae rem euincunt, per partes propoſita, eaque ſatis crebro et in iuſta ſpecierum varietate repetita. Eiusmodi auxilio etiamſi ſtirpibus ſub dio creſcentibus aegrius ſubueniri poſſe videatur: multum ſaltem commodi illud promittit ſtirpibus in hypocauſto hortorum vel vaporario ſeruatis cultisque, et ſpes effulget, fore, vt exoticarum variarum flores in hypocauſtis alias vel plane non, vel nonniſi poſt longas moras comparentes euoluantur, et vt eſculentae variae cultae in vaporariis tam extra tempus conſuetum ſuppetant, quam ſapidiores et alendo corpori noſtro magis idoneae euadant. Practici igitur vſus rationem in quaeſtione ſoluenda eſſe habendam intelligitur." — Nouembri CIↃIↃCCXCI hanc deſtinauit quaeſtionem: „Planum, ita per aquam ductum vt motus directio plano obliqua ſit, reſiſtentiam pati in ratione quadrati ſinus, quo directio ad planum inclinatur, ſumſerunt, qui reſiſtentiam computarunt. Conſtitit autem Gallorum experimentis, id a vero aberrare, eo magis, quo minor eſt inclinatio. Formulam, quae teneat relationem inter angulum et reſiſtentiam, nonniſi vero propinquam dedit Cl. BOSSUT, et quae non poſſit transferri ad curvas ſuperficies. Sunt autem experimenta inſtituta cum corporibus in aqua motis. Aerem ſuſpicari quis poſſit alia lege reſiſtere, non ſolum, quod minus denſus eſt, ſed etiam, quod elaſticus. Vnde intelligitur, quantum adhuc a phyſica, quae metitur effectus naturae, expectet analyſis, ad veram proiectorum theoriam parabolicae ſubſtituendam. Vt in hac re, ſi fieri poſſit, promoueantur aliquantum fines ſcientiae noſtrae, cupit ſocietas: *quomodo ſe habeat obliquae reſiſtentiae quantitas ad angulum inclinationis,*

accura-

accuratius et plenius oſtendi, etiam ut ſuperficiebus curuis applicari poſſit. Idque, ſiue in fluido, cuius ſola ſpectatur inertia, et forte lentor, ſiue in aëre. Theoriam niti debere experimentis, aut illis, quae iam proſtant, aut aliis aeque ſolerter inſtitutis, vix opus eſt dicere. — Nouembri CIↃIↃCCLXXXXIII deſiderat regia ſocietas, vt experimentis ſollicite inſtitutis, et cum fide enarratis eruatur ac demonſtretur, quodnam intercedat, ſi indolem partium vtramque conſtituentium, et rationem, qua inter ſe miſtae ſunt, ſpectes, inter bilem cyſticam et hepaticam vulgo dictam diſcrimen? An eadem ſit bilis indoles ex mammalibus, quae ex auibus, amphibiis vel piſcibus petitae? An eadem bilis carniuororum, quae phytophagorum et omniuororum? An eadem animalium ruminantium, quae non ruminantium bilis indoles? Si non ſit eadem, quae diſcrepantia, ſi ad partes conſtituentes reſpicias? Et quae exinde tum conſectaria in explicanda bilis functione, et vi ſalutari, tum quae cautelae ex applicandis his cum bile animalium captis ad corpus humanum experimentis, fluant? — Praemium hisce quaeſtionibus, optime ſolutis, promittuntur L nummi aurei (*Ducaten*), et terminus, quo ad certamen admittendae diſſertationes ſocietati exhibendae ſunt, ad ſummum Pridie Calend. Septembres cuiuslibet anni, cui propoſita quaeſtio dicata eſt, conſtituitur. — Praeter hasce quaeſtiones etiam oeconomicae ab eadem Societate motae ſunt: et quidem hoc ipſo anno, menſeque Iulio doceri cupit, *quomodo damnum finiri et praecaueri poſſit, quod regioni accidit illi, in quam monetae minoris pretii adiacentium regionum inferuntur?* Menſe vero Nouembri eiusdem anni finiri cupit tempora, rationemque, qua princeps pecuniam, e terris, quae ipſius ditioni ſubſunt, cum vſuris leuioribus mutuo ſumendam, ad terrarum incultarum culturam et exſtructionem no-

vorum pagorum ſpe emolumentorum certa transferre poſſit? Menſe denique Iulio CIↃIↃCCXCI cauſam eruendam offert, ob quam, certe in multis Germaniae regionibus ornamenta aedificiorum publicorum, pontium, monumentorum, lapidum milliariorum, arbores, ſcamnaque in locis publicis interque arborum ſeries exſtructa etc. ſaepius non niſi ex mera petulantia, quam in Italia aliisque regionibus deſtruantur? et quaenam ſint remedia, quibus haec deſtruendi libido tutiſſime et celerrime coërceri poſſit? Primam et tertiam harum quaeſtionum, qui ſolvere cupiunt, ii ſuas diſſertationes Maio exeunte; ad ſecundam vero reſponſuri verſus finem Septembris ad ſocietatem mittere debent. Praemium cuilibet, quae optima iudicata eſt, diſſertationi promittuntur XII. aurei nummi.

Regia ſocietas medica Pariſienſis ipſis Calend. a praet. conuentum habuit publicum, in quo praelegebat FOURCROY diſſertationem de medicis virtutibus aëris vitalis ſ. dephlogiſticati: DESPERIERS vero de analogia inter malum mandibulae inferioris et indurationem celluloſae telae, cui recens nati obnoxii ſunt; SAILLANT varias cum ſocietate obſervationes, in epilepticis factas, communicabat; VICQ D'AZYR denique elogium DELASSONEI recitabat. Quaeſtio, ad diſceptandum CIↃIↃCCLXXXV propoſita: *morbos exponere, quos tanquam vere contagioſos conſiderare poſſimus; quaenam organa eorum ſedes et quaſi nidi ſint; et quomodo ab vno aegroto transferantur ad plures*, a ſocietate nunc ſuppreſſa eſt, cum ab illo inde tempore nullam diſſertationem receperit, quae ipſi ſatisfeciſſet. — Alia quaeſtio: *determinare naturam puris, et indicare ſigna, quibus* eius praeſentiam in variis morbis, praeſertim iis, *qui pectus occupant, cognoſcere poſſimus*, nulla diſſertatione ita ſoluta eſt, vt promiſſum praemium ipſi adiudicari poſſet

poſſet. Illa tamen, quae Celeb. CVSSONVM, medicinae Profeſſorem, auctorem habuit, nummo aureo ornata; ipſa vero quaeſtio, cui praemium DC librarum gallicarum promiſſum, denuo pro anno CIↃIↃCCCXCI repetita eſt. Quaeſtio, *de lactatione artificiali* mota, magnum diſſertationum numerum peperit, quas academia pro diuerſa ipſarum dignitate in quatuor redegit claſſes. Primam efficiunt commentarii Clariſſ. IBERTII, PERCY, HERVETI et IVRIMI: ſecundam diſſertationes GUEGOTI de Traoulen, DUFAU, DUFOUR, DEGLANDI et STRACKII Moguntini: tertiam commentationes equitis de la COUDRAY, MARONI, le BRUN, GERIMACI, ROBINAU et LAMBRONI: quartam denique diſſertaciunculae BONINI, SACOMBEI, PALLETI, RENOU, MOULETIque. Primae claſſis diſſertationes CCC libris gallicis, ſecundae C libris, tertiae nummo aureo, et quartae honorifica earum mentione facta condecorauit academia. — Morbus caducus ſocietatis huius medicae nunc attentionem meruit praecipuam. Experientiſſimorum THIEBAUTI, DUFAU, LAVRENTII Schlettſtadienſis, PERCY Argentoratenſis, et BAGOTI, ad St. Prieuſium medici, ad ſocietatem miſſae obſeruationes, de hoc morbo factae, honorifica commemoratione; et RAMELII nummo aureo dignae iudicatae ſunt. — Praeterea quoque multae, eaeque lectu non indignae commentationes ſocietati exhibitae ſunt, ad topographiam Francogalliae medicam pertinentes. — Noua denique quaeſtio, ad diſceptandum propoſita huius eſt argumenti: *exiſtuntne inflammationes lentae ſeu chronicae, eo ſenſu ſumtae, quo a* STOLLIO *aliisque recentioribus admiſſae ſunt? Si vere exiſtunt, quaeritur, quaenam ipſis competant ſymptomata, et qua via ac ratione ſint tractandae?*

Honores.

PH. I. LEIBLIN, aſſeſſ. medicinalis ac chirurgus principis, a Marggrafio Anſpacenſi conſiliarius medicinalis non titulo tantum, ſed re factus creatusque, idemque a ſocietate medicorum Londinenſi inter membra extranea correſpondentia receptus eſt.

Celeberrimus in arte obſtetricia et chirurgia, STEINIVS, Marburgum cum ſalarii augmento miſſus a ſuo principe eſt, vt ibi ſecundum in facultate medica locum capeſſeret.

Experientiſſimus C. H. BRANDAU, qui *de intemperantia et morbis ex ipſa oriundis*, Marburgi CIↃIↃCCLXXXV diſputauit, atque commendatione Illuſtris ZIMMERMANNI ab imperatrice CATHARINA II. profeſſor phyſiologiae in inſtituto medico-chirurgico Petropolitano, deindeque in ſchola collegiali medico-chirurgica, ibidem florente, factus erat, nunc Moſcouiam abiit, vt RAVSCHERTO, medicinam in noſodochio illic ſuſtentato faciente, adiungeretur.

GE. FRZ. HOFFMANN, medicinae doctor, qui pluribus ad hiſtoriam plantarum cryptogamicarum pertinentibus ſcriptis inter nos, et inter exteros quoque inclaruit, in academia, quae Erlangae floret, profeſſor extraordinarius conſtitutus eſt.

Mortes.

Exper. I. I. PLANERVM, profeſſorem medicinae Erfurtenſem ordinarium, facultatis medicae aſſeſſorem, acad. regio-caeſar. naturae curioſorum, et electoris Moguntinae, quae Erfurti eſt, ſocium, anno aetatis XLVI. d. X. Dec. anni praeteriti fatis ceſſiſſe dolemus.

Die VII. Decemb. anni ſuperioris Experientiſſimus IOAN. FRIDER. GLASERVS, Duci Saxoniae Gothano a conſiliis mont. phyſicus medicus Suhlae variarum.

riarumque eruditarum ſocietatum ſocius, qui variis, etiam politiae doctrinam illuſtrantibus ſcriptis inclaruit, febre catarrhali anno aetatis LXXX obiit.

Ipſis Calend. Nouembr. eiusdem anni Arimini obiit Abbas BATARRA anno aetatis LXXX. Nomen ſibi in republica literaria comparauit opere edito *de fungis agri Ariminenſis*, editione *muſei Kirkeriani*, praetereaque diſſertationibus de rebus ad oeconomiam, phyſicen, et hiſtoriam naturalem pertinentibus erudite elaboratis. Ob hanc, qua clarus fuit, eruditionem plures academiae ipſum inter ſocios adſciverunt ſuos, eruditiſſimique inter Italos viri commercium literarium cum ipſo aluere.

PRVDENTIVS HEVINVS, qui vicem directoris academiae reg. chirurg. Pariſ. gerebat, annos natus LXXV. diem ſupremum d. III. Dec. obiit. Quae ſcripſit opuſcula, haec ſunt: 1. Un précis d'obſervations ſur les corps étrangers arrêtés dans l'oeſophage ou la trachée-artère, avec des remarques ſur les moyens, qu'on a employés, ou qu'on peut employer pour les enfoncer, ou les retirer. 2. Recherches hiſtoriques et critiques ſur la nephrotomie ou taille du rein. 3. Recherches hiſtoriques ſur la gaſtrotomie dans le cas de volvulus. Denique e mſto amici SIMONIS pathologiam ac therapiam chirurgicam cum ſuis obſeruationibus practicis 1780. edidit.

Hiſtoria naturalis magnam iacturam fecit morte D. CHR. SCHAEFFERI, qui Regi Daniae a conſiliis, Profeſſor, et Ratisbonae muneri Paſtoris ac rerum ſacrarum Inſpectoris praefuit, et magnum ſibi operum multorum, ad totum hiſtoriae naturalis ambitum et oeconomiam pertinentium, editione comparauit honorem, d. 8. Ianuar. huius anni, aetatis LXXmo conſecuta.

Varia.

SPALLANZANIVS cum Abbate FORTISIO, vterque ſtudio naturae clarus, montes Vicentinos coniunctis viribus perſcrutari conſtituerunt. Vterque iam ſolus pluries easdem ipſas peragrauit regiones, ibique plura detexit, quae naturae curioſorum attentionem meruerunt. Quae nunc non exſpectari poſſunt, cum iidem viri cum nobili viro Neapolitano, DELFICO, qui hiſtoriae naturalis amantiſſimus multam ſibi eius comparauit cognitionem, cuius magis magisque excolendae cauſa totam peragraturus eſt Italiam, ſocietatem iniuerunt, atque ſimul eosdem montes reuiſere, atque accuratiſſime ibi omnia rimari conſtituerunt!

Experientiſſimus SALVATORI, qui Trienti artem fecit, Parmam euocatus eſt, vt ibi experimentis methodum ſuam, phthiſin curandi, de qua et librum conſcripſit, confirmaret. Haec quidem methodus italos medicos iam attentos ad hunc morbum, eique medendi rationem reddidit.

Experientiſſimus FR. ALBR. CAR. GREN, qui praeter artem, quam profitetur, medicam etiam phyſicen excolit, eidemque compendium a viris harum rerum peritis probatum dicauit, huius ipſius doctrinae ſtudium iuuare cupit editione *diarii phyſici*, in quo inuenta, hypotheſes, experimenta, inſtrumentaque, recens detecta locum inuenient ſuum. Quolibet menſe prodibit faſciculus, x ad XII plagulas continens, quorum tres volumen efficient. Continebit quilibet faſciculus ineditas adhuc diſſertationes; excerpta diſſertationum phyſicarum, quae ſcriptis academiarum eruditarum inſertae ſunt; excerpta commentariolorum, qui in diariis phyſicis patriae et exterarum regionum prodeunt; cenſuras librorum phyſicorum; noua inuenta; notitias literarias etc. Pretium huius diarii annuum erit, ſi praenumerando ſoluitur, Ludouicus aureus.

Cele-

Celeberrimus MALACARNE in locum Experientiſſimi NESSI profeſſor chirurgiae in academiam Ticinenſem euocatus eſt, cum hic director noſocomii vrbis Como conſtitutus illa profeſſione ſeſe abdicaret. Cum igitur hac de cauſa non amplius vacare poſſit diſquiſitionibus de leucaethiopum conſtitutione, cauſisque hunc morbum efficientibus etc. inſtituendis, varios excitauit viros eruditos, vt, quod ipſe ob ſuum ex iſtis Pedemontanis regionibus diſceſſum facere amplius haud poterat, in iſtam morboſam corporis conſtitutionem curatius inquirerent. Clar. BAILLE, Aoſtae viuens, his precibus commotus, hunc laborem ſuſcepit, ita, vt huic viro, quibuscunque illius morbi cognitio accuratior grata acceptaque eſt, publicas perſoluere debeant grates. Etenim praeter obſeruationes de vallis, quae ab Aoſta nomen habet, ſitu ac conditione, ad laucaethiopum aegritudinem relata, cum MALACARNEO communicatas, omnes regiones recenſet, quibus hic morbus quaſi endemius eſt, atque, omnibus rite conſideratis, negat, morbum haereditarium eſſe. Cauſas huius morbi exponit, interque eas primam ponit aquam. Nam in iis regionibus, quae leucaethiopes producunt, obſeruauit omnes, qui molas atque canales accolant, aeque huic morbo obnoxios eſſe, ac qui immodico vini vſu excedant. Quas quidem ſimilesque obſeruationes duabus epiſtolis comprehendit, quarum prior ſcripto periodico: *Giornale ſcientifico letterario e delle arte.* Torino. vol. IV. parte 1. inſerta eſt, poſteriore nondum publici iuris facta.

Abbas FORTISIVS, qui per aliquot menſes in patria ipſius, Paduae, commoratus eſt, Neapolin revocatus fuit, vt intereſſet operationibus, quas in nitrariis, Molfettae a FORTISIO detectis, et nuper a Clar. ZIMMERMANNO optime deſcriptis, Rex Siciliarum inſtitui iuſſit. — Eundem virum legimus comite

DEODATO DOLOMIEU, ſuperiore auctumno in montes Enganeos iter ſuſcepiſſe, in quos etiam haud diu poſt SPALLANZANIVS cum March. OROLOGIO, oryctologica cognitione inter Italos claro, peregrinati ſunt. Scilicet FORTISIVS cum aliis viris eruditis in ea hucuſque fuit ſententia, vt vitrificata corpora, in collibus Enganeis reperta, eruptioni vulcanicae adſcribenda eſſe putaret. DEODATVS DOLOMIEU vero contrariam ſententiam, redux ex illis regionibus, tuitus contendit, omnia illa corpora a fornacibus metalla fundentibus formata eſſe, quarum reliquiae in iſtis regionibus plures fuerunt detectae. SPALLANZANIVS FORTISII partibus acceſſit, ſuasque obſeruationes de variis vitrorum vulcanicorum ſpeciebus propediem editurus eſt.

IX.

Catalogus librorum, qui anno 1787. prodierunt.

Abbildung und Beſchreibung der Fiſche, Heft 1. *m. illum. Kupf. Nürnberg.* 8.

ABBILDUNGEN (*natürliche*) *der merkwürdigſten Thiere, nach ihren Geſchlechtern m. Farben nach der Natur erleuchtet XXXII. XXXIII. Quartal, welche Tab.* 373–396. *enthalten. XXXIV und XXXVſtes Quart. welches Tab.* 397–420. *enthält. Berl. u. Stralſ.* 8.

ABHANDLUNG (*praktiſche*) *aus der Landbaukunſt, betreffend den Bau der ſogenannten Lehm- oder Wetterwaende, wie man dieſelben dauerhaft, mit wenigen Koſten und einer wahren Holzerſparung aufführen koenne, m. Kupf. Berl.* 8.

— *vom Hopfenbau. Meiſſen.* 8.

ABHANDLUNGEN (*arzneykundige*), *herausgegeb. von dem Collegio der Aerzte in London, v. D.* KRAUSE *überſ. B.* 3. *m. Kupf. Leipz.* 8.

ABHANDLUNGEN (*auserleſene*) *über Gegenſtaende der Polizey, der Finanzen und der Oekonomie, gezogen aus ſaemmtl. Iahrg. des Hannoever. Magazins von* E. L. M. RATHLEF. *B. II. Hannov.* 8.

— *der Boehmiſchen Geſellſch. der Wiſſenſch. auf das Iahr* 1786. *m. Kupf. Dresden.* 4.

— (*neue*) *der koen. ſchwed. Akad. der Wiſſenſch. aus der Naturlehre, Haushaltungskunſt u. Mechanik, a. d. Schwed. überſ. v.* KAESTNER. *B.* 7. *m. Kupf. Leipz.* 8.

— (*neue*) *und Nachrichten der K. Großbr. Churfürſtl. Braunſchweig - Lüneb. Landwirthſchaftsgeſellſchaft zu Celle. B. I. Celle.* 8

— *der K. K. Ioſephiniſchen medizin. chirurg. Akademie zu Wien. B. I. m. Kupf. Wien.* 4.

— *der koenigl. medizin. Geſellſchaft in Kopenhagen. a. d. Lat. B. I. Offenbach.* 8.

ALLIONI (CAR.) Flora Pedemontana, ſ. enumeratio method. ſtirpium indigenarum Pedemontii, Tom. III. c. fig. Aug. Taurinor. et Lipſ. fol.

ANLEITUNG (*praktiſche*) *zur ganzen Landwirthſchaft, ſowohl über den Getraeide - Frucht - und Futterkraeuterbau u. ſ. w. als auch über die Viehzucht, von den Krankheiten des Viehes u. ſ. w. von einem praktiſchen Oekonom* C. D. *Th. II. Leipz.* 8.

— *zur Pflanzenkenntniß, nach* LINNE' *und* JACQUIN *für Apotheker und Liebhaber der Botanik, mit erlaeuterten Beiſpielen. Mannheim.* 8.

— *zur Vorbauung und Heilung des Zungenkrebſes unter dem Hornvieh und bey Pferden. Detmold u. Meynberg.* 4.

ANNALEN *der Oekonomie, Kameraliſtik u. anderer dahin einſchlagend. Wiſſenſchaften, Heft I. II. Leipz.* 8.

ARBEITEN (*phyſikaliſche*) *der eintraechtigen Freunde in Wien, herausgeg. v.* I. *von* BORN. *Iahrgang. II. Quartal. II. III. Wien.* 4.

ARCHIV *der practiſch. Arzneykunſt für Aerzte, Wundaerzte und Apotheker, darinnen medizin. und chirurgiſche Beobachtungen, Leichenoeffnungen, chemiſche und pharmaceutiſche Abhand. u. ſ. w. B. III. Leipz.* 8.

— *für Magnetiſmus und Somnambuliſmus, v. Hofr.* BOECKMANN. *St. II. III. Strasb.* 8.

— *gemeinnütziger, phyſiſcher und mediziniſcher Kenntniſſe, herausg. v. D.* I. H. RAHN. *B. I. Abth. II. Zürich.* 8.

ARNEMANNS (I.) *Verſuche über das Gehirn und Rückenmark, m. Kupf. Goetting.* 8.

AUSWAHL *der mediciniſchen Aufſaetze und Beobacht. a. d. Nürnberg. gelehrt. Unterhandl. a. d. Lat. überſ. u. m. vielen Zuſaetzen vermehrt. Band. I. welcher die Iahre* 1731. 1732. 1733. *und* 1734. *enthaelt. Band. II. Halle.* 8.

BACHS (A.) *Abhandlung über die Kenntniß der Geſundheitspflege. Neiſs.* 8.

— *über den Codowaer Geſundheitsbrunnen in der Graffſchaft Glaz. Striegau.* 8.

BALDINGERS (E. G.) *mediziniſches Journal. St.* 11. 12. 13. 14. 15. *Goetting.* 8.

— *neues Magazin für Aerzte. B. VIII. St. VI. u. B. IX. St. I. II. III. IV. Leipz.* 8. *wird fortg.*

— Opuſcula medica. Goetting. 8.

BALDINI'S (P.) *Methode, die Kinder ohne Bruſt groß zu ziehen. a. d. Ital. m. e. Kupf. Stendal.* 8.

BARNEVELDS (W.) *von der mediziniſchen Elektrizitaet. a. d. Hollaend. m.* 3 *Kupf. Leipz.* 8.

BARRET (ONSLOW) a treatiſe on the gout. Lond. 8.

BATSCHENS (A. I. G. C.) *Verſuch einer Anleit. zur Kenntniß und Geſchichte der Pflanzen für akadem. Vorleſ. m. den noethigſten Abbild. Th. I. allgemeine Einleit. Halle* 8.

BAVMERI (I. W.) Fundamenta chemiae theoretico-practicae. Edit. noua aucta. Gieſae. 8.

BEITRAEGE, *auserlesene, zur Thierarzneikunst. St. 2. Leipz.* 8.

— *vermischte, zur physikal. Erdbeschreibung. B. 6. St. 3. 4. Brandenb.* 8.

— *und* BEMERKUNGEN, *oekonomische, zur Landwirthschaft auf das Jahr* 1788. *als eine Fortsezung des ehemaligen Landwirthschaft-Kalenders. Stuttg.*

— *zur Geschichte der Wurmtrockniß in der Harzgegend v. J.* 1779–1785. *v.* L. G. F. S. *Frankf. am Mayn.* 8.

BEKMANNS (I.) *Beitraege zur Oekonomie, Technologie, Th. XI. Goetting.* 8.

— *Anleitung zur Technologie, oder zur Kenntniß der Handwerker, Fabriken und Manufakturen, 3te vermehrte Ausgabe mit 1 Kupf. Goetting.* 8.

— *physikalisch-oekonomische Bibliothek. B. XIV. St. 4. Band XV. St. 1. Ebendas.* 8.

BELL'S (B.) *Lehrbegriff der Wundarzneykunst, a. d. Engl. Th. 3. welcher den 3 u. 4ten Th. des engl. Originals enthaelt, m. Kupf. Leipz.* 8.

— Systeм of Surgery. vol. 5. Lond. 8.

BEMERKUNGEN, *praktische, und Geheimnisse, die Hausshaltungskunst betreffend, Th. 5. 6. Quedlinb.* 8.

— *medizinische, einer Gesellschaft Aerzte in London, Th. 7. m. Kupf. Altenburg.* 8.

— *und Erfahrungen über die Bestandtheile u. Kraefte der schleimigten, fetten, oeligen, scharfen und riechenden oder gewürzhaften thierischen Arzneysubstanzen u. s. w. herausg. v.* W. *Wien u. Leipz.* 8.

BENEKENDORFS, *von, Gesetzbuch der Natur für den wirthschaftenden Landmann, Band 3 und letzter. Halle.* 8.

BEOBACHTUNGEN *und Entdeckungen aus der Naturkunde, von der Gesellschaft naturf. Freunde zu Berlin, 1. B. 4. St. 2. B. 1. u. 2. St. mit Kupf. Berlin.* 8.

BERGMANNS (T.) *Grundriß des Mineralreichs. a. d. Lat. m. Zuſaetzen. v.* I. X. LIPPERT. *Wien.* 8.

— Opuſcula phyſica et chemica, Vol. IV. Lipſ. 8.

BERLINGHIERI (FRZ. VACC.) Saggio intorno alle principali e più frequenti malattie del corpo umano. to. II. Piſa. 8.

BERNSTEINS (I. I.) *chirurgiſches Lexicon. B. II. neue vermehrte Aufl. Gotha.* 8.

BERTHOLONS, *des Abts, gemeinnützige Abhandl. zur Phyſik u. Oekonomie überſ. u. herausg. v.* F. A. WEBER. *Heidelb.* 8.

— de l'électricité des météores. vol. I. II. Par. 8.

BIBLIOTHEQUE phyſico-oeconomique, inſtructive, et amuſante. vol. I. II. Paris. 8.

BIRNSTIELS (F. A.) *geſammelte Aktenſtücke zu Aufdeckung des Geheimniſſes des ſogenannten thieriſchen Magnetiſmus, in Briefen dem Hrn.* BALDINGER *mitgetheilet. Marburg.* 8.

BLANE, *über die Krankheiten der brittiſchen Flotte in Weſtindien, waehrend den Jahren* 1780–1783. *a. d. Engl. Ebendaſ.* 8.

BLANE'S (G.) *Bemerkungen über die Krankheiten der Seeleute. a. d. Engl. überſ. u. m. Anmerk. v.* K. A. M. *Goetting.* 8.

BLOCHS (M. E.) *Naturgeſchichte auslaendiſcher Fiſche,* 3 *u. letzter Th. oder* 30–36 *Heft. Berl.* 4.

BLOM (ANTH.) verhandeling van den Landbouw in de Colonie Suriname. Amſterd. 8.

BLUMENBACHII (I. F.) Specimen phyſiologiae comparatae inter animantia calidi et frigidi ſanguinis. Praemiſſae ſunt de niſu formatiuo et generat. negotio obſeruat. nuperae. Accedunt tab. aen. Goetting. 4.

— *Handbuch der Naturgeſchichte. Dritte verm. Aufl. m. Kupf. Goett.* 8.

BLUMSHEIAS (M. G.) *vollſtaendige Sammlung praktiſcher*

ſcher Heilungsarten aller Viehſeuchen, aus Beobacht. u. Erfahr. gezogen, u. zum Beſten des Landmannes herausgegeb. München. 8.

BODE'S (I. E.) *aſtronomiſches Jahrbuch für das Jahr* 1790. *Berl. u. Stralſ.* 8.

BOECKMANNS, *Abhandlung über die Anwendung der Elektrizitaet bei Kranken. Durlach.* 8.

— *Abhandlung über die Blitzableiter. Ebend.* 8.

BOEHMENS (C. G. D.) *Kurmethode der wichtigſten Bruſtkrankheiten, zum Beſten angehender Aerzte. Leipz.* 8.

BOEHMERI (G. R.) Bibliotheca ſcriptorum hiſtoriae naturalis oeconomiae aliarumque artium, ac ſcientiarum, ad illam pertinentium realis ſyſtematica, Pars III. Phytologia. Vol. I. Lipſ. 8.

— *ſyſtematiſch-litterariſches Handbuch der Naturgeſchichte, Oekonomie und anderer damit verwandten Wiſſenſchaften u. Künſten, Th.* 3. *Gewaechsreich. Band* 1. *Ebend.* 8.

BOSCOWICHS (R. I.) *Abriſs der Aſtronomie. Leipz.* 8.

BOETTCHER (I. F.) *von den Krankheiten der Knochen, Knorpel und Sehnen, m. K. Th.* 1. *Koenigsb.* 8.

BOURRITS (M. D.) *Beſchreibung der Savoyiſchen Eisgebürge, als eine Fortſetzung der Beſchreibung der penniniſchen und rhaetiſchen Alpen. Zürich.* 8.

BRAU- *und* BRANDEWEINBRENNER, *der, nach oekonom. Grundſaetzen u. Erfahrungen. Mit einem Anhange von Bereitung des Aepfelweins, und wie man aus gemeinem Weine ſehr wohlfeil guten Ungariſchen machen kann, auch wie Franzbrandewein und Danziger Aquavite zu verfertigen. Leipz.* 8.

BRIEFE, *oekonomiſche, oder über die Betrügereien der Verwalter, nebſt einem vollſtaendigen Entwurfe einer Jahresrechnung. Theil* 1. 2. *Leipzig.* 8.

BRUDS (T.) *Vertheidigung der Pocken und Geſchichte des glücklichen Erfolgs der Einimpfung in Philadelphia. A. d. Fr. Nürnb. u. Altdorf.* 8.

BRUGMANNS (S. I.) Orationes duae, prima de accurat. plantar. indigen. notitia maxime commend. altera de natura ſoli Friſici explor. Lugd. Bat. 4.

BRUHM (A. H. L.) *die Stallfütterung, nach medicin. Grundſaetzen. a. d. Lat. überſ. v.* F. L. SCHOENEMANN, *m. Anmerk. v.* RIEM. *Dresd. u. Leipz.* 8.

BRVNNER (E. A. L.) de cataracta. Goetting. 8.

BÜCKINGS (I. I. H.) *Sammlung von Aufſaetzen und Beobachtungen aus den meiſten Theilen der Arzneywiſſenſchaft. m. K. Stendal.* 8.

BÜFFON, *des Gr. von, Naturgeſchichte der vierfüßigen Thiere. a. d. Franz. überſ. m. Anmerk. Zuſaetzen und v. K. verm. durch* B. C. OTTO. *Band* 12*ter. Schreibp. m.* 21. *illum. Kupf. Berl.* 8.

Reliqua proxime.

X.

Addenda *).

Quae Noſter addidit, paulo curioſius enarranda ſunt, ex his enim ſolis, praefationem ſi excipias, in qua editi libri APICII ſatis ſtudioſe enarrati ſunt, cognoſci poterit, quaenam in hac editione praeſtiterit.

Medicos latinos omnes ſine vocum propriarum interpretatione iuſta intelligi, CELSO excepto, vix poſſe, ſatis notum eſt: multa enim habent propria et ex ſermone, quo vulgus vti ſolebat, depromta, non pauca etiam ex Graecis, ſubinde male ſatis, latina facta. Haec omnia in CAELIVM APICIVM, compoſitorum atque praeparatorum alimentorum vnicum apud Romanos ſcriptorem, cadere, gloſſariumque, quo difficiles voces explicantur, hinc ſummopere eſſe neceſſarium, vix erit, qui nobis non concedat. In tali autem gloſſario conciſae, iuſtae atque adae-

*) Cum ob morbum, quo detinebar, reuiſioni nonnullarum plagularum praeeſſe non poſſem, accidit, vt e recenſione Apiciani libri hae paginae omitterentur, quae paginae 128. addi debent.

adaequatae explicationes dari debent, neque quid hodie de alimentis medici ſentiant, ſed quid veteres ſenſerint, enarrandum eſt, neque hoc copioſe, ſed tali modo, vt auctor, cuius voces explicantur, melius intelligi poſſit. Haec omnia ſatis probe Noſter praeſtitit: adiecit tamen haud pauca, quae ad illuſtrandum auctorem non faciunt. Ad eaque referenda haec ſunt, quae exempli loco adducimus: *Aeneum vas*, I, 1. ſtanno, ob puritatem ſaporis ſalubritatemque obducendum. *Aſparagi.* Sunt prima in vere prodeuntia germina. Sic teneri lupuli verno tempore progerminantes ſurculi germina quoque vocantur. Vis eius ſeptica exinde quoque noſcitur, quod ab eorum eſu vrina reddatur foetidiſſima. Caueant ſibi ab eorum vſu ad ſputum cruentum atque alias haemorrhagias proni. *Boleti*, inter fungos primi, innoxii iuxta GALENVM maxime, aſt non ſatis cocti damnum, v. g. ſuffocationem, inferre poſſunt. Huius farinae valde multa leguntur, ad illuſtrandum APICIVM certe nihil facientia. Alia etiam ſubinde addidit Noſter, quae vix vera penitus eſſe videntur. Sic *aſſaturas* carnes forſan aſſando deſtructas interpretatur, cum tamen, Lib. VII, cap. 5. manifeſto docente, aſſatura etiam condimenta comprehendat, quibus aſſae carnes imbui et aptari menſae ſolebant; aſſaturae nomine itaque aſſa caro variis condimentis praeparata intelligi debeat. *Hircoſum* in auibus, quod p. 163. memoratur, generali nomine olidi, rancidi, graueolentis, caet. non explicandum eſt: hircoſus enim peculiaris et notus odor eſt. *Minutae betae*, quae p. 164 memorantur, non teneriores ſunt, ſed potius minutim conciſae, ſeu conſcindendo minutae, quo ſenſu etiam voce *minutae* vſus eſt Q. SERENVS SAMONICVS cap. 6. vbi videndus eſt HVMMELBERGII commentarius, pag. 38. et IO. RHODIVS in Lex. Scribon. Quid cum *condito* ſibi velit Noſter,

non

non facile perſpicimus. Eſt, ex mente ſua, conditum gratum potionis genus, quo refertur vinum aconeate confectum: conditum vero APICIO eſt tenerior mixtura, mellis conſiſtentiam habens, quae vino admiſcebatur. Sic APICIVS I, 2: *Piper tritum cum melle deſquamato in cupellam mittis conditi loco, et ad momentum, quantum ſit bibendum, tantum aut melli proferas, aut vini miſceas.*

Praeter enarrata autem multa quoque in indice ſunt, quae ad explicandum auctorem admodum conferunt, plurima laude digna. — Latiorem, hac distracta, Clmus BERNHOLDVS pollicetur editionem APICII, omnia complectentem in Liſtero-Almeloveeniana reperiunda eaque locupletata notitia de ipſo APICIO, teſtimoniis de auctore, textu collato cum TORINI exemplo, varietate lectionum atque editionum praegreſſarum praefationibus.

Contenta in hac parte.


1. Giornale per ſervire alla ſtoria ragionata della medicina voll. II. pag. 3
2. CVLLEN a treatiſe of the materia medica vol. I. – 67
3. M. STOLL praelect. in morbos chronicos vol. I. II. – 99
4. I. EYEREL comm. in M. STOLLII aphor. de cogn. et cur. febr. – 117
5. CAEL. APICIVS de opſoniis ed. I. M. BERNHOLD – 126
6. FR. A. C. GREN *Handb. d. Chemie. Th. II.* – 128
7. GIRTANNER *Abhandl. über die vener. Krankheit. B. I–III.* – 152
8. Noua phyſico-medica – 173
9. Libri, qui anno 1787. prodiere – 184
10. Addenda ad recenſionem Cael. Apicii – 191

COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.



VOLVMINIS XXXII. PARS II.

LIPSIAE, MDCCXC.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Londini apud Pr. Elmsly, Edinburgi apud Elph. Balfour, Lugd. Bat. ap. Fratres Luchtmann, Parisiis apud Barroi Iunior. Venetiis apud Io. Bapt. Pasquali, Mediolani apud Ios. Galeazzi, Augustae Taurinor. apud Guibert et Orgeas, Florentiae apud Ios. Molini, Holmiae apud M. Swederum, Lisbonnae apud M. Borell et Socios, Lausannae apud I. H. Pott.


Jos: Banks

I.

PETER IOSEPH MACQUER *Chymiſches Woerterbuch, oder allgemeine Begriffe der Chymie nach alphabetiſcher Ordnung, aus dem Franzoeſiſchen nach der zweyten Ausgabe überſetzt, und mit Anmerkungen und Zuſaetzen vermehrt von* D. IOHANN GOTTFRIED LEONHARDI, *der Pathol. und Chirurgie ordentl. oeffentl. Profeſſor zu Wittenberg, u. ſ. w. Zweyte verbeſſerte und vermehrte Ausgabe. Theil I. von A bis C. 806. Seit. und 62. Seit. Vorber. Th. II. von D. bis Gas, entzündbares. 851. Seit. Th. III. von Gas, phlogiſtiſches, bis K. 778. Seit. Th. IV. von L bis P. 754. Seit. Leipzig in der Weidmanniſchen Buchhandlung.* 1788. 1789. *gr.* 8.

h. e.

PETRI IOSEPHI MACQVERI Lexicon chymicum ex franco-gallico ſermone in germanicum translatum atque annotationibus et ſupplementis auctum a IOH. GODOFREDO LEONHARDI. — Editio altera emendata et aucta. Tom. I. II. III. IV.

Suo iam tempore prioris huius libri egregii editionis, eorumque, quae LEONHARDI Exper. ſtudio debemus, in hisce commentariis *) facta fuit mentio; ideoque modo, quae in hacce ſecunda acceſſerunt, nobis iam exponenda ſunt. Summa cum diligentia omnia, quaecunque per hosce octo annos, quo prior

 editio

*) vid. Vol. XXV. p. 77-95. et Vol. XXVII. pag. 292-306.

editio prodiit, in campo chemiae praeſtita fuerunt, vſumque quendam cognitioni chemicae afferunt, in ordinem digeſſit; ſententiam ſuam vel theoria ſana vel ſuis ipſius experimentis firmatam adiecit; quae ſub lectione veterum librorum chemicorum, quibus multum quoque temporis impendit, notatu digna occurrerunt, enarrauit; animaduerſiones, quae tum SCOPOLI, tum VAIRO editionibus ſuis italicis huius lexici chemici adiecerunt, ſuo quaevis loco inſeruit; multa quoque, quae ad mineralogiam, vſum tum oeconomicum atque technicum, tum medicum multorum praeparatorum chemicorum ſpectant, ſupplouit. Non potuit vero a ſe impetrare, vt medicamentorum vel ſimplicium vel compoſitorum e materia medica et pharmacia repetitorum, exemplo interpretum et italicorum et anglicorum iniiceret mentionem, quippe quae a purioris chemiae limitibus nimis ſunt remota. Tractationem, illam auctoris, qua capita huius lexici in ordinem quendam ſyſtematicum redegit, antea tomo ſexto ſub finem ſubiunctam, initio ſtatim inſeruit. Quibus ſecunda haec editio priore longe auctior ſit, breuibus iam exponamus.

Tom. I. p. 2. *Euaporationis* notio accuratius definitur, variaeque formae, quae ipſi tanquam generi ſubiectae ſunt, prout partes abigendae vel humidae vel ſiccae fuerint, ſubiunguntur.

p. 9. Lapides cancrorum, quorum ſub *terris abſorbentibus* mentio facta eſt, glutine gelatinoſo et terra calcarea conſtituuntur.

p. 12. *Acidum malorum*, SCHEELII ſtudio recentiori memoria detectum, acidum ſui generis efficit, quod pro phlogiſti copia, locum inter citri et ſacchari acida obtinet. Pluribus eiusdem parandi modus, natura, affectiones, rationes ad alia corpora proponuntur.

Caput

Caput *de aethere* nouis tum annotationibus, tum p. 16.
ſupplementis inſigniter auctum. Natura olei vini. p. 27.
Variae chemicorum de geneſi aetheris ſententiae;
Auct. Cl. Weſtrumbianam ab HERMBSTAEDTIO dili- p. 35.
gentius finitam reliquis praefert. Ad putredinem
a corporibus, quae in muſaeis ſeruantur, arcendam,
atque exſiccationem promouendam commode aether
adhibetur. Virtutes et rationes aetheris vitriolici
ex recentiſſimis obſeruationibus. — Varii *aetherem* p. 44.
acetoſum conficiendi modi in additamentis enarran-
tur, vbi Cl. Auct. HERMBSTAEDTII viam conue-
nientiſſimam cenſet, praecipue, ſi aetherem prima de-
ſtillatione collectum, cum aequali aquae copia denuo
deſtillationi ſubieceris. Affectiones, vſus. — *Aether* p. 50.
ex atido ligni paratus, qui in priore editione modo obi-
ter commemoratus fuerat, hic fuſius pertractatur.
Cum ipſo aether per acidum oryzae ſatiuae a CRED-
LIO paratus, haud dubie plane conuenit. — Inſignia p. 52.
illa ſtudia, quae multi recentiſſima memoria *aetheri*
ſalino impenderunt, L. Cl. diligentiſſime expoſuit. p. 62.
— Similiter quoque *aetheris nitroſi* et natura et pa-
randi viae enarrantur.

In *vi cauſtica* optime explicanda chemici admo- p. 137.
dum diſcrepant. A MACQVERO atque BERGMANO,
BEAUMEIVS cum SCOPOLIO, ignem vel materiam ca-
loris principium vis cauſticae ſtatuentes, diſſentiunt;
horumque ſententiae LEONHARDVS quoque ſubſcri- p. 141.
bit, qui vim cauſticam abſorptione atque retentione
multi ignis ſpecifici corporibus conciliari cenſet, qui
ipſe ignis cum horum principio iam combinatus ita
ab hoc inuoluitur, ne tanquam ignis liber vim exſe-
rere poſſit.

Formulae a recentioribus ad *lapidem cauſticum* p. 145.
chirurgorum parandum commendatae hic inſertae
leguntur.

p. 153. In animaduerſionibus capiti de *alumine* adiectis, inter alia agitur de eo, num acidum in alumine praevaleat, de aluminis in aqua ſolutione, de forma cryſtallorum, de quantitate acidi vitriolici in definito aluminis pondere, de decompoſitione aluminis, de
p. 178. natura terrae aluminis, de mineris aluminis. — Lapis, qui *alumen romanum* praebet, accurate deſcribitur, color a ferro, quod lapidi huic inhaeret, repetendus eſt, vſus eiu dem medicus.
p. 209. Tentamina, quibus *alcali minerale* faciliori via ſibi
p. 216. parare multi tentarunt, enarrantur. — Modi *alcali*
p. 229. *vegetabile* in cryſtallorum formas redigendi. Triplex ſententia de geneſi alcali vegetabilis, alii eductum alii productum, alii vtrumque habent. Studioſe nomina chemicorum, qui harum ſententiarum
p. 251. alicui ſubſcripſerunt, hic collecta leguntur. — *Alcali volatile* et animali et vegetabili regno commune; praecipue in glutinoſis plantarum principiis latere videtur. Ex his duobus regnis tranſit in tertium, minerale, quamquam eiusdem in regno minerali geneſis ſine virium cum animalium et vegetabi-
p. 253. lium concurſu plane negari non poteſt. Virtutes
p. 264. alcali volatilis mitis ſ. aërati. — Nouum hic inſertum legitur caput de *alcali phlogiſticato*, atque quod inde obtinetur, lixiuio ſanguinis. Variae ad hoc lixivium parandum propoſitae fuerunt formulae. Commune vero, vt et Macquerianum, peregrinis inquinata ſunt partibus, quibus examina irrita redduntur. Communi enim hepar ſulphuris, Macqueriano alcali nondum exacte ſaturatum, calx quoque ferri, quin cupri et terra aluminis admiſta ſunt. Multi igitur vias haec lixiuia depurandi monſtrarunt, inter quos KLAPROTHVS atque STRUVIVS, quemadmodum WESTRVMBIVS experimentis ſuis, magno cum labore inſtitutis, comprobauit, reliquis praeſtant. In explicanda materiae tingentis natura, diſcrepant chemici;

chemici; BERGMANVS atque SCHEELIVS acidum
ſui generis in alcali phlogiſtico aſſumunt, quod aci-
dum tingens ſ. caerulei Berolinenſis appellarunt,
viam hocce eliciendi propoſuerunt, in naturam at-
que affinitates eiusdem inquiſiuerunt. WESTRVM-
BIVS vero hoc acidum naturae phoſphoreae
habet. Cl. Auct. igitur cum NAVMANNO mate-
riam caerulei Berolinenſis tingentem, hepar phoſ-
phoreum cenſet, quod phlogiſto, alcali volatili, et
acido phoſphoreo conſtituitur. Fuerunt quoque p. 279.
qui materiam tingentem cum aliis corporibus, vt al-
cali volatili, terrisque omnibus praeter ſiliceam,
combinare tentarunt, indeque lixiuium ſanguinis
volatile, ſ. liquor probatorius MEYERI, calx phlogi-
ſticata LANDRIANII ortum duxerunt. Alia experi- p. 281.
menta, ſalibus alcalinis per digeſtionem aut coctio-
nem cum carbonibus oſſium, aut ſanguinis, vim
tingendi via humida conciliandi hucuſque votis non
reſponderunt.

In ſupplementis *ambrae griſeae* adiectis, origo p. 294.
virtutesque eiuſdem exponuntur. L. Cl. ipſam, quae
nullam animalem prodit naturam, neque acidum
phoſphoreum, neque alcali volatile offert, minerali
regno ſubiicere non dubitat.

Acidum formicarum ante ſeculum iam chemico- p. 299.
rum in ſe excitauit attentionem; recentiori memo-
ria diligentius modo in eiusdem naturam inqui-
ſitum eſt.

De ſpecifica *ſalis ammoniaci* grauitate, acidique p. 314.
ad alcali in eodem ratione, quaedam obſeruationes
textui, plures vero notis ſubiectis inſertae ſunt.

Arſenicum rubrum e WESTRVMBII tentamini- p. 356.
bus, tum per compoſitionem, tum per analyſin, in
centumpondio octoginta arſenici et viginti ſulphu-
ris partes continet; illi, qui venum proſtat, quaedam
ferri partes inhaerent; nulla vero cupri aut antimo-

nii veſtigia, quae BECKERVS nuper ſibi deprehen-
p. 367. diſſe viſus eſt, conſpexit. Vſum arſenici medicina-
lem vel externum a LE FEBUREO commendatum,
L. plane repudiat, ſententiamque exemplo triſti con-
p. 273. firmat. — *Minerae arſenici* admodum ſtudioſe de-
p. 381. ſcribuntur. — Tentamina SCOPOLII, quibus ſolutio-
nes metallorum plerorumque ſuper regulum arſe-
nici quater et vicies cohobauit, in nota ſubiecta hic
leguntur.

p. 402. Partes *cineres* plantarum efficientes variique
cineris vſus enarrantur.

p. 412. *Menſtrua* natura vel fluida ſunt, vel arte in formam
fluidam commutanda ſunt. Explicatio modi, quo
corpora ſoluuntur.

p. 437. Ad caput *de floribus Benzoës* plura ſuppleta ſunt,
quae parandi rationem, tum ſecundum SCHEELIVM
per praecipitationem cum aqua calcis, tum ſecundum
GOETTLINGIVM et GRENIVM mediante alterutro al-
cali fixo, virtutes, ſalia et neutra et media, aetherem
benzoinum, et affinitates ſpectant. Propter maiorem
phlogiſti, quod continet copiam, qua reliqua acida
vegetabilia longe ſuperat, ſui generis habendum eſſe
videtur.

p. 458. *Caeruleo Berolinenſi* multa acceſſerunt ſupple-
menta. Differentia huius caerulei a Pariſino atque
Erlangenſi. Modus quo maiori, et minori copia
paratur. Virtutes probi caerulei Berol. Niſi caute
a ſalibus fuerit purgatum, minus ad pingendum ido-
neum erit. Propter diuerſitatem eius caerulei,
quod venum exponunt, experimentorum cum ipſo
inſtitutorum euentus adeo diſcrepant. Ratio ad
alia corpora. Inquinamentum ferreum ſecun-
dum BERGMANVM ſextam, ſecundum WESTRVM-
BIVM vero dimidiam partem efficit. Fuerunt, qui cae-
ruleum Berolinenſe natiuum ſe inueniſſe aſſererent.

p. 464. *Succinum* haud dubie reſina arboris, quae noſtra
aetate non amplius exſtat.

Conſi-

Consilium WESTRVMBII *terram foliatam tartari* via minus sumtuosa ex tartaro vitriolato et saccharo saturni per duplicem affinitatem parandi, merito, cum non omni periculo vacet, reiicitur. p. 482.

Plumbi gratuitas non tribuenda est phlogisto, quippe quo inter omnia metalla maxime eget. Adversus venena plumbea rhabarbarum cum terra absorbente, vt et alcali vegetabile commendatur. p. 493. p. 506.

Plures ad *cerussam plumbi* adiectae sunt animadversiones, quibus in primis modus eandem parandi illustratur. p. 516.

Sanguinis coagulatio accuratius definitur, porro ea, quae destillatione eiusdem sicca obtinemus. Tentamina SCOPOLII inserta sunt, quae cum liquore hydropici instituit Ferrum, quod sanguini inhaeret, non ipsam efficit materiam tingentem, sed hanc modo ligat, eiusque effectus definit. p. 522. p. 525. p. 538.

Recentiora experimenta cum *materia plantarum viridi* instituta hic enarrantur. p. 541.

Diuersus *vini adusti* sapor, qui interdum maxime ingratus est, et pro diuersa corporum, e quibus vinum adustum parauimus, indole adeo discrepat, a particulis oleosis admistis repetendus esse videtur. p. 562.

Variis locus *de magnesia vitriariorum* auctus fuit supplementis, quibus varia huius minerae genera, partes eiusdem constituentes, ratio ad alia corpora, atque inprimis vis alia corpora phlogisto orbandi exponuntur. Haec quidem ex aëre purissimo deriuanda est, qui ex ipso euolutus, loco phlogisti cum corpore dephlogisticando sese coniungit. — Subiungitur *regulus magnesii*, qui eadem diligentia pertractatur. p. 566. p. 570. p. 572.

Formulae tum antiquiorum tum recentiorum praecipue HOEPFNERI, *tartarum emeticum* parandi, diligenter enarrantur. Arridet L. Cl. antiquior illa ratio mediante croco antimonii, quippe quo medi- p. 578. p. 594.

camentum mitius, quod minori cum periculo adhiberi poteſt, obtinemus.

p. 657. Inſignia capiti *de phlogiſto* acceſſerunt ſupplementa, quippe quod vltimis annis praeterlapſis ingenia chemicorum adeo exercuit. In natura eiuſdem eruenda in diuerſas chemici abierunt partes, quorum
p. 667. opiniones hic exponuntur. Auct. Cl. WESTRYMBII maxime fauet ſententiae, qui materiam caloris ſ. ignem atque phlogiſton principia plane diuerſa aſſumit. Ex KIRWANI mente, forma puriſſima, atque
p. 670. maxime euoluta aëri inflammabili inhaeret. Idem quoque materiam electricam a phlogiſto pendere putat, quippe quod cum maiori materiae ignis copia copulatum centies forte, quam in aëre inflammabili, ſubtilius ſit. Alii vero materiam electricam poſitivam ignem, negatiuam vero phlogiſton habent. Accuratius phlogiſticum, quam phlogiſton appellaretur.

p. 769. *Calcinatio* praecipue id efficit, vt corpora facilius comminui poſſint; vel naturalis, ſi corpora efflorescunt, dilabuntur, fatiſcunt, rubiginem contrahunt; vel artificioſa, quae perfecta, aut imperfecta, ſicca, aut humida eſt.

p. 773. Alcali fixum cum calce magneſii fuſum producit maſſam, quae *chamaeleon minerale* appellatur. Virtutes, relatio ad alia corpora, et vſus eiusdem chemicus.

p. 777. Plura, quae ad *acidum citri* ſpectant, textui inſerta ſunt. Modi ipſum concentrandi atque purgandi; per ſucci expreſſi deſtillationem deſtruitur acidum. SCHEELII igitur ratio praeſtat per ſelenitem citratum, qui acido vitriolico rurſus decomponitur, vt in lixiuio hocce formentur cryſtalli. De acido citri dulcificato, atque eiuſdem oleo graui; de combinatione cum alcalibus, terris, et metallis. Acidum ſui generis habendum eſt, quod pro copia phlogiſti medium

dium tenet inter tartari et malorum acidum. In variis baccarum fructuumque generibus minori acidi malorum quantitati iunctum latet.

Noui vero in hoc tomo primo pertractantur articuli: *Acidum malorum* (pag. 12.) *aether ex acido ligni paratus* (p. 50.), *alcali phlogisticatum* (p. 264.), *regulus magnesiae vitriariorum* (p. 572.), *chamaeleon minerale* (p. 773.). — Alii vero nouis supplementis insigniter fuerunt aucti, quo pertinent: *Aether* (p. 39.), *A. acetosus* (p. 44.), *Vis caustica* (p. 137.), *Ambra* (p. 294.), *Flores benzoës* (p. 437.), *Caeruleum Berolinense* (p. 458.), *Magnesia vitriariorum* (p. 566.), *Phlogiston* (p. 657.), *Calcinatio* (p. 769.), *Acidum citri* (p. 777.).

Exhalationum natura, differentia ab aërum generibus; vapores et fumus vt formae nomine generico effluuiorum continentur. T. II. p. 1.

Varii corpora *dephlogisticandi* modi. Ipsa vel aëri exponuntur, vel in aëre libero candefiunt, vel cum aliis corporibus, quae magna in phlogiston trahuntur affinitate, siue siccis, siue fluidis tractantur. p. 5.

Destillationem aëris absentia iuuat potius, quam vt impediat. Impedimenta potius de minus congrua vasorum destillationi inseruientium forma repetenda sunt. p. 9.

Recentiorum chemicorum cum *adamante* experimenta in supplementis exponuntur. p. 45.

Atramenta sympathetica ad certas quasdam classes secundum WIEGLEBIVM reducuntur, optimeque exemplis illustrantur. p. 66.

Plures in *cadaueribus condiendis* veteres sequebantur vias, e quarum differentia varii tentaminum chemicorum hoc consilio susceptorum euentus explicandi sunt. Recentiorum studia lixiuiis salinis corpora imbuendi, cauitatesque herbis aromaticis implendi, parum effecerunt. WILH. HVNTERI formula reliquis adhuc praestat. p. 80.

Caput

p. 87. Caput *de ferro* quam plurimis auctum fuit obſervationibus, quarum permultae e claſſico RINMANNI
p. 93. libro petitae ſunt. — Ferrum exacte politum, ſi poſt incaleſcentiam aëri fuerit expoſitum pro vario
p. 140. caloris gradu varios induit colores. — Secundum BERGMANI mentem diuerſa illa ferri genera partim ab inaequali partium neceſſariarum ratione, partim a peregrinis iſtis corporibus quae ipſi admixta ſunt, praecipue terra ſilicea, plumbagine et magneſia nigra pendent. — *Minerarum ferri* ſecundum GER-
p. 151. HARDVM diuiſiones.

Deſcriptiones *laborum metallurgicorum* nouis ſup-
p. 255. plementis inſigniter auctae ſunt. In tractatione minerarum auri atque argenti natiui methodus ab IGNAZIO Nobili DE BORN nuper commendata plu-
p. 300. ribus enarratur. Similiter e SCOPOLIO aliisque auctoribus modi illi, quibus in fundendis mineris tum argenti, tum cupri artifices verſari ſolent, repetiti leguntur.

p. 356. Geneſis *aceti* ab optimis chemicis ita explicatur: acidum tartareum, quod vino inhaeret, vt et acidum ſpiritus vini, qui in fermentatione acetoſa decomponitur, repudiatis particulis phlogiſticis, atque exceptis ex aëre puro particulis igneis in acetum tranſit.
p. 360. — Acidum acetoſum, quod ſapae aceti adhuc inhaeret, commode per repetitam huius cum aqua affuſa deſtillationem extricari poteſt.

p. 402. *Albumen ouorum* terra calcarea phoſphorata et acido lactis SCHEELII haud dubie conſtituitur.

p. 408. *Materia tingens* in corporibus vegetabilium obvia, RETZIO indolis reſinoſae eſſe videtur, cui odor ſaporque plantae proprius adhaeret. Plura vero huic aduerſantur ſententiae. Forte in hocce pigmento reſpiciendum ad acidum ſaccharinum, quod varia ratione cum phlogiſto ferroque combinatur, atque cum aliis corporibus vel gummoſis vel reſino-

ſis

fis varios colores efficit. — Praecipua regni vegetabilis pigmenta enarrantur.

Alumen plumoſum verum Neapoli in balneis *St. Germano* efflorescit, ſoluitur aqua, atque ſine vllo alcali additamento perfectum offert alumen. Quod vulgo obuium eſt, aſbeſtum potius, vel gypſum ſtriatum, vel baſaltem fibroſum refert. p. 449.

Acidum pinguedinis animalis magna cum veri ſpecie acidi vegetabilis elementaris modificatio habenda eſt, cui pro quantitate phlogiſti medius inter acidum ſaccharinum et acetoſum competit locus. p. 483.

Spiritus Libauii fumans, qua ortum ex praeceptis chemicis diligenter explicatur. p. 487.

Additamenta ad locum *de igne*. Materia ignis ſ. caloris aptius, quam calor appellatur. Hic enim effectus huius materiae habendus eſt, qui motu eiusdem profertur, et modo e corpore, in quo haeſerat, in alium tranſit, modo in eodem, quo latuerat, corpore euolutus, iam vim ſuam exſerit. *Lux* vero phlogiſton habendum eſt, quod maxima materiae caloris ſ. ignis copia ad ſummum ſubtilitatis fluiditatisque gradum euectum fuit. p. 535. p. 539.

Inter recentiores SAGIVS *acidum igneum*, quod nouum hic caput explet, denuo in ſcenam produxit, ipſumque verum materiae ignis principium conſtituere, quod in omnibus reſideat corporibus, atque varia ratione modificetur, aſſeruit. p. 545.

Supplentur quaedam de geneſi *flammae*, variisque eiusdem coloribus. Phlogiſton, quod corpori inhaeret, calore extricatum, emittitur, aër adiacens eo, quod ipſum excipit, decomponitur, iamque materia ignis, quae in illo latuerat, libera redditur. p. 564.

Virtus acido nitri dulcificato propria, qua tinctu-ram *guaiaci* caeruleam tingit, ab acido nitroſo phlogiſticato, quod illi inhaeret, repetenda eſt, cum hoc ipſum acidum eosdem quoque effectus ſua ipſius vi p. 583.

exſe-

exſerere ſoleat. Explicatu tamen paullo difficilius eſt, cur aliarum tincturarum ſpirituoſarum color non ſimili quoque ratione mutetur.

p. 597. In omnibus *fermentationum* formis acidum euoluitur aëreum; quod, num partem corporum fermentationi ſubiectorum neceſſariam efficiat, nondum ſatis liquet, quamuis quaedam id comprobare videantur. Quae vero fermentationibus prodeunt corpora, vera producta habenda ſunt.

p. 602. Nouum de *gallis* caput. Hiſtoria earundem naturalis, analyſis chemica, ratio ad alia corpora, ſal eſſentiale, eiusdem virtutes, per deſtillationem cum acido nitroſo abit in acidum ſaccharinum; tinctura gallarum, eiusque vſus.

p. 616. Additamenta ad caput de *bile* maximam partem eiusdem ſpectant naturam, de qua ab aliquo inde tempore lis inter chemicos aeque ac medicos fuit agitata. Auct. Cl. alcalinam naturam ipſi non denegat, quippe quam et aliorum multorum et ſua ipſius tentamina comprobarunt. Qui vero naturam ſaponaceam repudiant ipſam praeter lympham coagulabilem, e fluido peculiari, quod aqua, phlogiſto, et exigua terrae parte conſtituitur, componi autumant. Deſtillatione bilis alcali obtinemus volatile, quod haud dubie acido ligatur, cuius natura propter ſimilitudinem eum lotio, phoſphorea habenda eſſe vide-

p. 620. tur. Praecipuam vero partem conſtitutiuam effecit principium illud amarum, quod ortum ſuum illis particulis, quae in canali inteſtinorum e cibis aſſumtis, fecibusque reſorbentur atque ad hepar deducuntur, debet. Forte acido ſaccharino, quod aëre fixo ex parte priuatum, atque varia ratione cum particulis oleoſis aut phlogiſticis copulatum eſt, conſtituitur.

p. 627. Recta *gas* notio ita finienda eſt vt ſit fluidum oculorum aciem fugiens, elaſticum, graue, quod in vaſis vitreis pellucidis incluſum ſeruari, nullo vero frigo-

ris

ris externi gradu in formam pulueris ſicci aut guttarum coagulatione redigi poteſt. — *Gas dephlogiſticatum* facillime e magneſia vitriariarum, vt HERMBSTAEDTIVS docuit, obtinetur. Vſus eiusdem praecipue ad phlogiſti quantitatem definiendam. Variae ſunt de eiusdem natura opiniones. Auct. noſtro Wattiana, cui etiam WESTRVMBIVS ſubſcribit, maxime placet, qui ipſum ex igne elementari et aqua dephlogiſticata, componi aſſerunt. — *Gas mephiticum* ſ. acidum aëreum ex KIRWANI atque WESTRVMBII ſententia phlogiſto et aëre puriſſimo conſtituuntur; cui etiam L. Cl. fauet. Plures vero ipſa nacta fuit aduerſarios. — *Gas inflammabile* KIRWANVS magna cum veri ſpecie phlogiſton puriſſimum aëriforme ſtatuit. p. 686. p. 697. p. 705. p. 781. p. 789. p. 847.

Hic quoque tomus quibusdam nouis auctus eſt capitibus: ſunt ex hoc genere: *Dephlogiſticatio* (p. 5.). *Cadauera condire* (p. 80.). *Acidum igneum* (p. 545.). *Galli* (p. 602.). — Alia vero capita additamentis longe abſolutiora euaſerunt, quo pertinent: *Exhalationes* (p. 1.). *Adamas* (p. 45.). *Tractatio minerarum auri atque argenti natiui per lotionem et hydrargyrum* (p. 255.). *Fuſio minerarum argenti* (p. 279.) *et cupri* (p. 300). *Ignis* (p. 534.). *Flamma* (p. 564.). *Fermentatio* (p. 597.). *Bilis* (p. 615.). *Gas dephlogiſticatum* (p. 685. 698.), *mephiticum* (p. 772.). *inflammabile* (p. 823.).

Gas phlogiſticum non diligenter ſatis hucuſque ab acido diſtinxerant aëreo, vt nouum iam ideo conſtituat caput. Ex vulgatiſſima opinione aëre puriſſimo et phlogiſto formatur, ea tamen ratione, vt ipſi maior phlogiſti copia, quam acido aëreo inhaereat. Quo melius eiusdem naturam cognoſcamus, multa adhuc inſtituenda ſunt tentamina. — *Gas nitroſum* vt KIRWANVS cenſet, phlogiſto et acido nitroſo, quod principio acido, h. e. acido aëreo orbatum eſt, ſiue baſi nitri, quae vna aëris phlogiſtici et duabus T. III. p. 1. p. 87.

aëris

p. 92. aëris puriſſimi partibus conſtat, efficitur. Adiecta
p. 94. ſunt quaedam de Eudiometro. — Reliqua aëris ge-
p. 112. nera vt *Gas muriaticum; acidum ſulphureum volatile;*
p. 132. *acetoſum*, *alcalinum volatile*, *fluoris mineralis*, nouis
p. 136. paſſim auctae ſunt obſeruationibus, quas partim
p. 150. ſupplementis, partim animaduerſionibus inſeruit. —
p. 171. Acceſſit denique *Gas acido phoſphoricum* a GEMGEMBRIO primum deſcriptum, qui hepatico analogum ſtatuit. KIRWANVS phoſphorum habet aëriformem.

p. 237. Caput *de auro* variis animaduerſionibus textui ſubiectis hic illic locupletatum.

p. 289. Inter alia *de granatis veſuvianis*, vt etiam de variis *granitum* formis.

p. 298. De quibusdam *viride aëris* parandi modis, praecipue de illo, quem Montispeſſulani ſequuntur, in additamentis agitur.

p. 308. In *principiis corporum* chemicis recenſendis diſſentiunt auctores. WESTRVMBIVS ignem, principium humiditatis, phlogiſton atque terram elementa primi ordinis; aquam et aërem ſecundi; LAVOISIERIVS vero quinquaginta quinque elementa, quae hucuſque non amplius diſſolui potuerunt, ſtatuit.

p. 335. Chemica *pilorum* analyſis; muco conſtituuntur oleoſo, vel potius glutine animali, oleoſo, cui gelatinoſi aliquid admiſtum eſt. De variis pilos purgandi tingendique modis. Pili ſub aqua ſolis radiis expoſiti, quemadmodum goſſypium atque ſericum aërem puriſſimum emittunt.

p. 347. Ex HALLII obſeruationibus *vrina* per quietem duplex demittit ſedimentum, alterum gelatinoſum,
p. 351. ſalinum alterum. — Quatuor vrinae per putredinem decompoſitionis idem Auctor ſumit ſtadia, quae inprimis odore facile dignoſci poſſunt. Primi odor vrinoſus, alterius acidulatus, tertii alcalino-volatilis,
p. 355. quarti putridus, quin cadaueroſus. — Acidum, quod vrina continetur, ſaccharino analogum eſt; in ipſa quidem

quidem vrina cum alcali volatili, in eiusdem vero sedimento cum terra calcarea coniuncta est. In huius ipsius salis ammoniaci decompositione causa, cur vrina acescat atque alcalescat, quaerenda est. Huius ipsius acidi cum phlogisto connubium, vt ex vrina diabete aegrotantium saccharum educatur, efficere videtur.

Modi *mel* per filtrationem et despumationem depurandi. Examen eiusdem chemicum. p. 382.

Diuersa illa *lunae corneae* grauitas a diligentiore vel negligentiore edulcoratione et siccatione praecipue repetenda erit. p. 390.

De menstruorum in *pigmentum indicum* vi atque efficacia, multa e BERGMANI aliorumque obseruationibus hic suppleta leguntur. p. 412.

Variorum corporum acidorum *caseum* e lacte praecipitandi virtus multis illustratur obseruationibus. — SCOPOLII, quibus caseum destillationi subiecit, hic enarrantur experimenta. p. 430.

Calces metallicae Auct. Cl. acida sunt, quae phlogisto non exacte quidem saturata, plus vero minusue per idem coagulata sunt. — Metalla nobiliora, via humida, qua sola in calces redigi possunt, parum, ignobiliora vero vtraque via multum phlogisti amittunt. WESTRVMBIVS e calcibus metallorum aquam, aërem purum et ex magnesia vitriariorum acidum praeterea aëreum extricauit. p. 455.

Terra calcarea variis a natura offertur formis, modo aërata, modo aliis acidis copulata, modo caustica, modo variis terris inquinata. — De calcis vi vae ad exstinctam ratione. — Bonitas caementi a variis caussis pendet, quarum praecipuae exponuntur. — SCOPOLIVS tentaminibus diuersa terrarum calcarearum genera accuratius definiuit. p. 459. p. 463. p. 485. p. 493.

Eo inprimis *camphora* a resinis differt, quod in vasis clausis absque vlla decompositione sublimetur. p. 508.

p. 511. — KOSEGARTENII experimenta cum camphora
12. inſtituta; per acidum nitroſum cryſtallos acidum camphorae referentes obtinuit. Magna cum veri ſpecie has ipſas cum illis, quas WESTRVMBIVS ex oleo oliuarum per acidum nitri extricauit, conuenire
p. 527. aſſumendum eſt. Praecepta ad *kermes minerale* com-
p. 531. modius parandum. — Kermes exacte edulcoratum nihil continet alcalini, hepar enim metallicum ex ſulphure et calce antimonii compoſitum conſtituit. Illi quidem, quod verum exponitur, haud raro admix-
p. 536. tum eſt. — BERGMANVS kermes multis examinauit menſtruis.

p. 552. *Pyrites*, quando fatiſcunt, aërem puriſſimum inſugere, in quo a LAVOISIERIO SCOPOLIVS diſſentit, non plane in dubium vocari poteſt. Hic enim aër cum phlogiſto ſulphuris combinatus ex KIRWANI praeceptis naturam acidi aërei induit, atque cum baſi ſulphuris acidum format vitriolicum.

p. 554. *Silices* e quorundam opinionibus e terra calcarea ſingulari modo indurata formantur. Admixtam ſemper habent terram calcaream et argillaceam. —
p. 559. Ipſum acidum aëreum e *liquore ſilicum* terram praecipitat ſiliceam, quippe quo alcali, quo terra ſoluta fuerat, mitius redditur.

p. 561. *Acidum ceraſorum* acidum mixtum continet, et quidem ſecundum HERMBSTAEDTIVM ſaccharinum cum tartareo, cui terra calcarea et alcali vegetabile adhaeret; e WESTRVMBII vero mente principio ſaccharino, acido citri et malorum, terra calcarea, ſilicea et alcali vegetabili conſtituitur.

p. 581. Effectus *auri fulminantis* optime a SCHEELIO ita explicantur: alcali volatile, quod in phlogiſton aëremque phlogiſticum decomponi poteſt, illo, quo aurum noſtrum incaleſcit momento, ita decomponitur, vt phlogiſti pars cum calce auri facile reſtituenda celeriter ſeſe copulet, altera pars materiae caloris

caloris nupta debili luce auolet, aër vero phlogiſticus per materiam caloris ſub aëris formam euolutus, per celerem in aërem adiacentem eruptionem, ſiue puriſſimus, ſiue fixus fuerit, fulminationem efficiat. Forte vero aër quoque puriſſimus calci auri inhaerens, atque ex acido ſalino dephlogiſticato menſtrui forte deducendus, ſuum quoque ad fulminationem confert.

Vna aëris puriſſimi nitroſi pars, cum duabus aëris hepatici ex hepate ſulphuris euoluti partibus, eadem vi, qua *puluis tonans*, fulminare ſolet. p. 590.

Virtus oſſium in vitrum abeundi quosdam eo deduxit chemicos, vt terram ſiliceam in iisdem latere ſibi perſuaderent. — PROVSTIVS in itinere per Hiſpaniam facto integros montes, qui venas calcis phoſphoratae a natura formatae offerunt, conſpexit. p. 603. p. 605.

De *cibo cobalti* eiusque partibus conſtitutiuis; — Variae formae, quibus calx cobalti effoditur, ſecundum KIRWANVM; virtutem cobalti tingentem ita exploramus, vt tribus cinerum clauellatorum cum quinque vitri aut pulueris ſilicei partibus fuſis ad finem vnam minerae cobalti partem adiiciamus. Minerae cobalti ditiſſimae libras ſexaginta ad octoginta, viliſſimae ne viginti quidem quinque libras reguli offerunt. — Deſcriptio minerarum cobalti ſileſiacarum ab ASSMANNO cum Auct. noſtro communicata. — E cobalto, vt RINMANNVS aſſerit, pigmentum parare licet viride, quod cum ceruſſa vel albo hiſpanico mixtum, atque tum aqua tum oleo praeparatum aëris, ſolis, acidorumque iniuriis reſiſtit. Ipſius hic adiecta legitur fomula. p. 608. p. 611. p. 612.

Effectus acidi nitroſi fumantis in *carbones*, quos LICHTENSTEINIVS enarrat. — De maſſis, quas corpora vegetabilia, e quibus partes ſolubiles aqua ſuſcepit, poſt combuſtionem relinquunt. — Principium carbonaceum LAVOISIERIVS carbonem appellat p. 646.

pellat a terris, alcali et aëre inflammabili plane depuratum, quod principio aëris puriſſimi acido iunctum, acidum aëreum, vel vt ipſe appellat, acidum carbonum conſtituit. Carbo vero ex eiusdem chemici mente, principio hocce carbonaceo, aëre inflammabili, aliqua terrae parte et alcali vegetabili
p. 655. formatur. — Virtutes carbonum bonae indolis. — HIELMII experimenta cum carbonibus vario con-
p. 658. ſilio inſtituta. — Diligentiſſime vſus carbonum hic exponitur. A chemicis praecipue ad corpora varia depuranda, atque phlogiſto orbanda adhibentur.
p. 667. *Acor ſuberis*, quem BRUGNATELLI e quercu ſubere extricauit, maſſam refert glutinoſam acidam. Forte acidum ſaccharinum impurum efficit.
p. 703. Sub ipſum *cryſtalliſationis*, vt et congelationis momentum materia caloris euoluitur. Non tanta enim materiae caloris copia, propter maſſam ſalis arctius coagmentatam contineri poteſt. Glacies contra nix atque ſalia ſi ſoluuntur, cum materiam caloris iam attrahant, frigus efficiunt. — Haud raro duae ſolutiones ſalinae ſaturatae atque fluidae ſub commiſtione ſubitaneam efficiunt cryſtalliſationem, ea quidem ratione, vt alterum ſal aquam cryſtalliſationis alterius ita auide arripiat, vt hocce amplius fluidam formam ſeruare nequeat.
p. 711. *Vaſa coquinae inſeruientia* praecipue e ferro et cupro parata encauſto obducere expetit. BINDHEIMIVS formulam in hunc finem commendauit.
p. 722. Cauſſam, cur *cuprum* rubiginem quoque contrahat, LAVOISIERIVS in eo ponit, quod aquam decomponat, eiusdemque principium aëris puriſſimi
p. 752. ſibi iungat. — Quo meliorem ſplendorem nec ab aëre nec pluuia immutandum cupro concilient Chinenſes, hocce metallum, cuius ſuperficiem cinere et ſpiritu vini purgarunt, atque ſole ſiccarunt, pulta ex ſole ammoniaco, alumine, viridi aëris, et partibus

anima-

animalium formata, affuſa, quantum opus eſt, aqua, obducunt.

E cupro *acetum radicale* puriſſimum, ſi modo p. 775.
caute in deſtillando fueris verſatus, extricare licet. Secundum LAVOISIERIVM radicale acetum a deſtillato in eo differt, quod principium aceti exacte acido principio in radicali ſaturatum ſit.

Huic quidem volumini ſequentia inſerta ſunt capita, quae in priore editione deſiderantur: *Gas phlogiſticum* (p. 1.), *phoſphoreum* (p. 171.). *Pili* (p. 335.). *Silices* (p. 554.). *Acidum ceraſorum* (p. 561.). *Acor ſuberis* (p. 667.). — Inſignibus vero ſupplementis textui inſertis locupletata fuerunt capita: de *Gas nitroſo* (p. 75. 85. 90.), *muriatico* (p. 108.), *alcalino-volatili* (p. 149. 150.), *viridi aeris* (p. 298.), *Indigo* (p. 415. 421. 426.), *calcibus metallicis* (p. 452.), *cryſtalliſatione corporum* (p. 703.).

Tinctura heliotropii ſuis quoque laborat vitiis, T. IV.
praecipue, quod vaſis non accurate repletis colorem p. 22.
ſubeat rubrum, et in acidi nitroſi phlogiſticati cum alcali ſaturati, examine fallat, cum vel alcali abundante rubrum tamen ſubeat colorem. Hinc WATTIVS ſuccum braſſicae rubrae ipſi ſubſtituendum ſuaſit.

De *compoſitione metallorum* plures in animaduer- p. 37.
ſionibus commendatae ſunt formulae.

Tubi ferruminatorii, qui folle reguntur, illis, qui p. 70.
ore inflantur, longe praeſtant. Parcitur pulmonibus, non opus eſt receptaculo pro fluido colligendo, et ipſe aër longe purior, adeoque efficacior erit. Vnum modo coniunctum cum ipſo incommodum, quod difficilius ſecum portari poſſit. GALLISCHIVS quoque vim tubi ferruminatorii per aëris puriſſimi flatum augere primus tentauit.

Aër atmoſphaericus ſ. communis aëre puriſſimo p. 85.
et dephlogiſticato conſtituitur, forma vero aërea

magnae caloris copiae, qua abundat, tribuenda eſt. Omnibus corporibus, qui phlogiſton alunt, decomponitur, quippe quae attracto aëre puriſſimo phlogiſton euoluunt. — Quae in priore editione hic de variis gas formis inſerta fuerant, ad ſua iam relata
p. 87. ſunt capita. Supplementa, quae denuo acceſſerunt, aërem ſpectant communem, eius grauitatem, varias vias, quibus vel deprauatur, vel melior redditur, vſus ad ſonum, calorem, reſpirationem.

p. 94. Diuerſa *lymphae* coagulandi virtus, haud notabile diſcrimen efficit. — Ad *pus* producendum multum lymphatica ſanguinis pars confert; affectiones puris. Indoles eiusdem a multis, quae accidunt, pendent.

p. 98. *Liquoris gaſtrici* natura pro alimentorum differentia admodum variat: in animalibus carniuoris acidus, in herbiuoris non ruminantibus ſimiliter acidi prodit veſtigia, in ruminantibus, quae gramine paſcuntur, alcalinus, in iis denique, quae vtroque fruuntur victu, ſalinus medius, in auibus acidulatus.

p. 111. Praecepta tum SCHEELII, tum D' ISJONVALLI ad *magneſiam Edinburgenſem* parandam. Ille ipſam e ſale anglico et ſale culinari; hic vero eam, quae vſi-
p. 113. bus chemicis inſeruiat, conficere docuit. — Propter terram tum calcaream, tum ſiliceam, quae alcali vegetabili ſemper ineſt, magneſiam exacte puram nun-
p. 122. quam parare licebit. — In vitrum nec calcinatione ſumma abit. — Magneſia tum aërata tum cauſtica
p. 129. decomponit ſal ammoniacum. — Fuerunt, qui magneſiam alcali minerali ſimilem pronuntiarent.

p. 130. De *Malti* praeparatione. De hordei bonitate, puritate; de ratione, quam in hordeo aqua imbuendo, lauando, agitando, aëre ſiccando, torrendo, molendo ſeruant. Vſui pauperiorum admodum conuenit cereuiſia e pane, quem e malto comminuto, farina farracea quantum ad maſſam formandam opus eſt, et furfure parant.

Farinae

Farinae nomine puluis quiuis vegetabilis ſiccus in fermentationem pronus, adeoque ſaccharaceus, inſigniri poteſt. — Via *amylum* paraudi fuſius deſcribitur. Vſus amyli medicus, in arte tinctoria, piſtoria, ad vſum pulueris cyprii. — NARCISSO MONTAGAZZA pharmacopoeus Ticinenſis, SCOPOLIO ſuaſore, pondus materiae ſaccharaceae in variis farinae ſpeciebus per experimenta definire ſtuduit. p. 136. p. 157. p. 165.

In *minio* conficiendo magnum commodum tum e calore conueniente, tum ex aëris acceſſu per aſſiduam agitationem non impedito oritur, vt intra decem, quin quatuor horas e calce plumbi minium parari poſſit. — Rubor minii per aëris puriſſimi euolutionem in lucide flauum mutatur; praeterea acidum quoque aëreum et aquam offert. p. 175. p. 176.

Aurichalci regulum e mineris extricari poſſe, quod PLINIVS iam aſſeruerat, reliqui vero in dubium vocarunt, LEHLELSIVS ſuo exemplo denuo confirmauit. p. 189.

De *metallorum* natura quaedam adhuc adiectae ſunt ſententiae. Multi veterum ſententiam, principium ſalinum vt partem neceſſariam metalla ingredi, fouerunt. SCOPOLIVS BERGMANO atque SCHEELIO aſſentitur, qui ea pro acidis phlogiſto ſaturatis habent. LAVOISIERIVS cum multis, qui ipſum ſequuntur, pro elementis habet, quorum principium non amplius diſſolui poſſit. — De reductione metallorum multi diuerſas fouerunt ſententias, quae hic exponuntur. — Metallorum differentia diuerſa natura illius principii nititur, quod cum phlogiſto ſibi ſemper aequali naturam metalli induit. Phlogiſti in variis metallis ſecundum BERGMANVM ratio. — Praeter phlogiſton reducens, metalla quoque phlogiſto coagulante, priuari poſſunt. INGENHOVSIVS regulam illam a BVFFONIO propoſitam, metallorum calorem deriuandi virtutem ratione quadam teneri cum illa, qua igne funduntur, exemplis refutauit. p. 214. p. 220. p. 224. p. 246.

p. 247. Quaedam *crocum metallorum* parandi rationes adiiciuntur. Maſſa, quae poſt kermes mineralis via conſueta confectionem reſtat, ſi tamdiu aqua, donec nihil amplius depoſitum fuerit, adfunditur, crocum offert metallorum.

p. 256. *Lactis* decompoſitio non quiete efficitur, ſed aëre atmoſphaerico, cuius partem reſpirabilem in-
p. 263. fugere videtur. — *Serum lactis* conſtituitur ſale ſui generis, quod ex alcali vegetabili et acido lactis compoſitum eſt, porro terra calcarea phoſphorata, ſac-
p. 267. charo lactis et ſale digeſtiuo. — Ad maiorem *ſaccha-ri lactis* copiam lucrandam alii ſaccharum, alii alumen lacti hoc conſilio addere ſolent. Decompoſitio eiuſdem. Per deſtillationem cum acido nitroſo obtinetur acidum ſacchari, atque puluis albus, quem SCHEELIVS atque BERGMANVS pro acido ſui generis, ſaccharo lactis habuerunt, ideoque in eiuſdem virtutes diligentius inquiſiuerunt. HERMBSTAEDTIVS vero acidum ſacchari, quod ſaccharo lactis continetur, partem neceſſariam, pulueremque illam terram calcaream oleo et acido ſacchari iunctam cenſet, atque cum tartaro et ſale acetoſellae comparat. Videtur tamen quantitate phlogiſti varie modificatum eſſe, adeoque ſui generis acidum conſtituere. —
p. 284. Affinitates ſecundum BERGMANVM. *Succi vegetabilium lactei* diuerſae ſunt naturae. Alii ſecundum BRYANTVM mites, inſipidi, vel ſubdulces; alii acres, neque tamen venenati; alii plus minusue amari, reſoluentes, medicati; alii modico acore ſalubres, ſedantes, euacuantes, antiſpaſmodici, alii denique acerrimi atque perquam noxii.

p. 290. Nouum caput de *acido lactis* ſ. galactico eiusdem parandi ratione, virtutibus, affinitatibus.

p. 293. *Mixtio* compoſitio partium diſſimilarium, ſimilarium vero coagmentatio appellatur.

Arti-

Articulus de *regnis naturae* variis recentiorum p. 304.
locupletatus eſt obſeruationibus, praecipue diſcrimi- p. 311.
nibus inter animalia atque vegetabilia corpora, quae
chemicis ſubſidiis nituntur.

Mineris niccoliferis noua acceſſerunt ſupplemen- p. 334.
ta. Modus niccolum a cobalto via humida, a ferro
via ſicca ſeparandi.

In metallorum per alia metalla praecipitatione p. 350.
BERGMANVS affinitatis, qua phlogiſton in calces
metallicas trahitur, rationem habendam eſſe; LA-
VOISIERIVS vero ad principium oxygeneticum me-
tallorum hic omnia redire aſſeruerunt.

Praeparatio *mercurii praecipitati rubri* maiori p. 364.
quantitate. — Analyſis huius praecipitati a SCOPO- p. 367.
LIO inſtituta.

FONTANIEVS *purpuram mineralem* longe faci- p. 375.
lius parandi viam commendauit. — Aër, qui ſub p. 384.
ſtanni in acido regalino ſolutionem euoluitur, pro-
pter particulas ſtanneas, quas ſecum trahit, purpu-
ram mineralem praecipitandi vi gaudet; quam
ipſam quoque aquae, per quam tranſiit, impertitur.

Furni, quos DOSSIEIVS atque BLACKIVS com- p. 385.
mendarunt, deſcribuntur. p. 396.

Acidum aëreum, quod ex *oleis* per deſtillationem p. 405.
extricatur, forte ab aëre atmoſphaerico, qui vaſis de-
ſtillatoriis inhaeſit, repetendum eſt; DE LA ME-
THERIE vero pro parte habet neceſſaria. — Aci- p. 413.
dum, quod ex oleis extricamus, naturam acidi tarta-
rei vel ſaccharini tenere videtur, adeoque in aceto-
ſum iuſta tractatione mutari poterit. — Principium p. 422.
ſaccharinum SCHEELIVS ex *oleis vnguinoſis* extraxit,
eiuſdem deſcribuntur virtutes; vim quoque aliquam
in rancorem horum oleorum habere videtur. —
Praecipua ex oleis vnguinoſis hic accurate deſcripta p. 434.
ſunt, vt lini, nucum iuglandum, papaueris albi, can-
nabis, palmae, ricini, atque alia. — Ratio, qua ran-

P. 434. cedini occurratur. — De grauitate ſpecifica multo-
P. 443. rum huius generis oleorum. — De natura *Moſchi* atque *Caſtorei* nouae inſertae ſunt animaduerſiones.
P. 451. — Aſſertum VOGELII, oleum cornu cerui cum acidis efferueſcere, atque tincturam heliotropii rubram reddere, ſuo vſu edoctus, Auct. Cl. infirmat. Aliis vero momentis principii acidi praeſentiam compro-
P. 460. bat. — *Oleis aethereis* acidum ineſſe, plura probant phaenomena, ipſum vero naturam acidi ſaccharini
P. 462. vel malorum tenet. — Cauſſa, cur olea aetherea in modum reſinae coagulentur, non in ſolo ſpiritus rectoris diſceſſu, ſed in aëris abſorptione quaerenda eſt. GRENIVS ex mutata phlogiſti, quippe cuius pars
P. 466. abiit, ad principium acidum ratione deriuat. — Foliola, quae in oleo amygdalarum dulcium aſſederant, particulas oleoſas coagulatas Auct. Exper. cognouit.
P. 477. — Ea, quae ſub acidi nitroſi cum oleis aethereis coniunctione ſubinde eueniunt, accurate exponuntur. Ipſa incenſio a calore, qui aërem inflammabilem modo euolutum, ſimulque oleum incendit, vt nihil, niſi carbo reſinoſus remaneat, deducenda eſt.
P. 485. Quaedam de hiſtoria *chartae*. — *Charta* illa *la-*
P. 491. *pidea* triplici colore differt, fuſco, flauo et albo, iniuriam tum ignis tum aquae eludit, ideoque variis inſeruire poteſt vſibus, Auct. Cl. ſuis niſus tentaminibus cum fileſiaca ſpuria inſtitutis, chartam hancce chartam communem multiplicem conglutinatam caementoque copulatam habet. — PIEPENBRINGIVS, qui chartam ſcriptoriam communem et belgicam chemice tractauit, ope acidi nitroſi acidum exinde extricauit ſaccharinum.
P. 494. *Acidum perlatum*, quod BERGMANVS acidum ſui generis habuerat, KLAPROTHVS plane cum phoſphoreo conuenire docuit.
P. 504. *Emplaſtrorum* in cerata et ſaturnina diuiſio Auct. Exper. minus placet; eoque conſilio emplaſtri anglici

anglici adhaesiui formulam hic proposuit, quippe quod ad neutrum genus referri poterit; — Emplastrorum saturninorum per SCHEELIVM decompositio.

Quaedam momenta de *phosphori* nostri historia. p. 508.
— Additamentum plumbi cornei, quod MARGGRAFIVS commendauerat, multum ad maiorem phosphori quantitatem lucrandam facere, BLACKIVS atque CRELLIVS auctores sunt. — Si phosphorum sensim deliquescentem aqua frigida adsperseris, sua sponte ignem capit. — Recentiorum obseruationes de acidorum mineralium in phosphorum effectibus. — Modus LAVOISIERII phosphorum parandi. Gravitas *acidi phosphorei* specifica. Ratio eiusdem ad alia corpora multis nouis annotationibus aucta est. Secundum LAVOISIERIVM acidum phosphori constituitur phosphoro, quocum principium acidum copulatum est. — De vi phosphori in olea, spiritum vini, vt et de aethere phosphorino. — Idem quoque acidum sudore contineri videtur, quippe qui retropulsus affectiones rheumaticas atque catarrhales profert. — Multae enarrantur viae, quas varii auctores ad acidum nostrum parandum commendarunt. — De candelis phosphoratis, quae sua sponte ignem capiunt. — Materia phlogisti a materia lucis differt. Quaedam enim phosphororum genera demonstrant, corpus aliquod sine vllo phlogisti detrimento, sine combustione atque decompositione lucem spargere posse. KLAPROTHVS se phosphorum e terra aluminis pura, quam cum oleo ad spissitudinem emplastri inspissauit, tumque in carbonem conuertit, parasse testatur.

p. 518. p. 520. p. 523. p. 531. p. 546. p. 553. p. 554. p. 561. p. 572. p. 578.

Caput de *platina* nouis Comitis DE SICKINGEN studiis, quae hic suo quaeuis loco inserta sunt, insigniter locupletatum. De grauitate eiusdem specifica; de eiusdem ductilitate; de crystallis, quae in solu-

p. 586. p. 594. p. 601.

p. 607. ſolutione' platinae regalina formantur; maſſa ex ſo-
lutione platinae per zincum praeceps reddita, accu-
p. 609. rate deſcribitur. — Sublimatum, quod Comes DE SICKINGEN e platina ſua obtinuit, a ſpatho fluorato, quod platinae crudae adhaeſerat, deducendum eſt.
p. 610. PELLETIERIVS platinam eo, quod acido phoſphori et puluere carbonum tractaret, a ferro purgare, du-
ctilioremque reddere ſtuduit, neque plane excidit
p. 613. votis. — Comes DE SICKINGEN maſſam illam me-
tallicam e platina ductili, ferro atque auro formatam propter inſignes virtutes, praecipue ſpeculis teleſco-
p. 622. picis inſeruire poſſe docuit. — Tribus acidis mine-
ralibus vſitatioribus platina cruda ferro, niſi intime
p. 628. cum ipſa copulatum fuerit, purgatur. — Tentamina
p. 638. ad platinam fundendam ſuſcepta. — Durities plati-
nae nec exſtinctione in aqua frigida aut adipe, nec cementatione augetur. — Eadem cupro, auro ar-
p. 641. gentoque nupta acido nitroſo ſolui poteſt. — Solu-
tio platinae plerasque ſolutiones metallicas, paucis exceptis, minime turbat. — De *mineris platiniferis* quaedam obſeruationes. Quamuis nulla huius gene-
ris minera nobis hucuſque cognita ſit, neque tamen prorſus, quin obuiae eſſe poſſint, dubitandum eſt.
p. 645. De *bonitate porcellanae verae* dignoſcenda ſecun-
dum SCOPOLIVM. — Vaſa murrhina veterum cum
p. 688. noſtra porcellana non conueniunt. — Varia vaſo-
rum *fictilium Fauentinorum* genera eo praecipue la-
borant vitio, quod cruſta facilius decidat, quae non vitrum perfectum atque pellucidum, ſed album at-
que impellucidum conſtituit. Quod quidem vitium vel ex ipſa maſſa, e qua vaſa formata fuerant, vel ex caloris adhibiti gradu repetendum eſt.
p. 699. *Docimaſia auri* nouis aucta ſupplementis. — Ad
p. 707. *argenti* docimaſias catilli ex aequali cineris lignorum atque oſſium quantitate parati, reliquis praeferendi ſunt. — Ratio partium in *furno* probatorio compo-
nendo ſeruanda.

In

In parando *pyrophoro* Cl. L. flammulam non prius exſtinguere ſuadet, donec ſenſim decreſcat, ſuamque ſententiam ipſa huius flammae natura munit. — Quam in priore huius libri editione de pyrophori incendio propoſuerat theoriam, qua ex aëre inflammabili, qui pyrophoro continetur, ipſum explicuerat, hic contra dubia a GOETTLINGIO atque GRENIO prolata vindicauit. GOETTLINGIVS enim tria illa momenta, quibus L. Cl. ſententia nititur: aërem inflammabilem vel miſcela pyrophori, antequam ipſa vim ignis experiatur, contineri, vel ſub ipſo labore demum gigni; flammulam illam, quae ſub pyrophori confectione oritur, priusquam ſponte exſtinguatur, vi eſſe ſupprimendam; et pyrophoro aluminari alcali fixum ineſſe, ſuis refutaſſe tentaminibus ſibi perſuadens, illam theoriam ſaltem in pyrophori aluminaris incendio explicando ferri non poſſe, ſtatuit. Docuit vero Auct. Cl. ſub hoc labore mephitem inflammabilem e pyrophoro euolui, hanc mephitem ſulphuriferam, vnam atque ſolam flammulae illius, quae ſub pyrophori praeparatione emicat, materiam eſſe; mephitem huius generis a pyrophoro ſub finem praeparationis reſorptam, eodem vere contineri, atque primam illam incaleſcentiam ex vaporum aqueorum a pyrophori aluminaris particula hepatica ſeu lixiuioſo-ſulphurea attractorum condenſatione naſci, quae cum materiae calorificae euolutione rurſus coniuncta eſt. p. 728. p. 743.

In hoc vero volumine tria noua leguntur capita: *Liquor gaſtricus* (p. 96.); *Acidum lactis* (p. 290.); *Acidum perlatum* (p. 494.). Aliis vero egregia acceſſerunt additamenta, vt *Tincturae heliotropii* (p. 27.); *Tubo ferruminatorio* (p. 71.); *Aëri communi* (p. 87.); *Lymphae* (p. 93.); *Auro muſiuo* (p. 298.); *Docimaſiae auri* (p. 699.).

II.

Toxicologia veterum plantas venenatas exhibens, Theophrasti, Galeni, Dioscoridis, Plinii, aliorumque auctoritate ad deleteria venena relatas, loca ex veterum monimentis eruta perpetuo commentario ornauit, varia experimenta et obseruata adiecit I. E. FERDIN. SCHULZE, M. D. Halae, literis orphanotrophei, 1788. 4. pagg. 78.

In egregii huius libri introductione docetur, ea tantum, quae parce sumta multum damni corpori animali inferant, non autem, quae drachmae pondere exhibita non noceant, vel non nisi in morboso corpore noxios effectus edant, venena appellanda esse; ad eorum ideam constituendam obscuri aliquid in agendi modo et indole non necessario requiri; p. 3. p. 2. veterum maiorem venenorum numerum, quam nostrates, cognoscentium errores de eorum indole et p. 5. generibus, exemplis hic illustratos, magnos fuisse; p. 6. venena omnia quidem neruos maxime afficere, quaedam tamen iis lente inimica, alia acria, alia narcotica, p. 7. alia neutrius generis, ea nempe, quorum agendi ratio adhuc incognita, alia mixtae esse indolis. Classium istarum quatuor priores exemplis illustrantur, p. 9. interrogandique signum plumbagini Europaeae ad primam classem relatae appositum est. Pauca acria p. 10. a veteribus pro venenis esse habita, et in venenorum medela emetica nauseosa, sique acria sint, acetum nocere p. 11. ostenditur. DIOSCORIDIS, quem Cl. Auctor praeprimis sequitur, locus de venenorum generibus normam libelli exhibet, loca auctorum in titulo libri indicatorum hinc inde versa et illustrata, et ad venenatam indolem comprobandam loca ex iisdem auctoribus, praesertim etiam ex NICANDRO, interdum

et

et MACRO, SVIDA, APVLEIO, ATHENAEO, DIOGENE LAERTIO, PLVTARCHO, HESYCHIO, FRONTINO, POLYAENO, COLVMELLA, adducta ſunt. Cap. p. 13.
I. de *aconito*. Loca veterum a MATTHIOLO et DODONAEO obſcure illuſtrata; MATTHIOLI experimentis p. 14.
de doronico noxio experientia Auctoris, cuniculo p. 15.
cum ſiccae et aqua maceratae, tum recentis radicis
drachmas duas impune inferentis, repugnat; *aconitum legitimum* THEOPHRASTI, inter plantas *naturali* p. 16.
ordine gramineas quaerendum, ob flores in ſpicam
non congeſtos ad doronica non referendum, nobis p. 17.
adhuc *incognitum; alterum*, vel *thelyphonon* THEOPHRASTI, ſeu *primum* DIOSCORIDIS effectu et habitu *ranunculo phthorae* valde ſimile; ſigna, *aconito lycoctono* a DIOSCORIDE adſcripta, *aconitis noſtris*
competunt, *lycoctoni* nomen igitur, donec vera aco- p. 18.
nita veterum melius explorata, pro generico accipiendum, et aconitum lycoctonum L. *lycoctonum vulgare;* cammarum L. *napellus*, napellus L. *coeruleum* appellandum. Cap. II. de *doryenio*. A ſtrychno p. 20.
veterum probe diſtinguendum, habitu et ſucco lacteo narcotico diſſimile conuoluulo cneoro L. cuius
foliorum recentium drachmam vnam Noſter ſine
incommodo deglutiuit; nec pro vno quinque hic
recenſitorum dorycniorum, nec pro loto dorycnio,
quae plantae foliis oleae ſimilibus deſtitutae, haben- p. 22.
dum; vlteriusque in ordine *diadelphorum*, et, niſi
omnia fallant, in genere *aſtragali* inueſtigandum. Cap. p. 23.
III. de *elaterio*, de quo Noſtri b. Auus ſcripſit, ex
momordica elaterio L. parato. Cap. IV. de *elleboris*. p. 24.
Quo nomine veteres plantas foliis, non ita floribus,
diuerſiſſimas acceperunt; *albus* et *niger* HIPPOCRATIS forma diuerſi, ambiguis ſignis a veteribus de- p. 26.
ſcripti, elleboris noſtris multum diſſimiles; effectu
quidem, non autem habitu et ſeminibus adonidi ver-
nali L. aequales; in *delphinii* genere, in quo folia fe-
rulacea

rulacea et platanoidea, floresque racemosi frequentes, et ad quod sesamoides vtrumque veterum etiam
referendum, indagandi; veratrum L. *albo elleboro* DIOSCORIDIS valde quidem simile, niger vero nobis
p. 27. adhuc ignotus. Cap. V. de *thapsia*. Modus eius suc-
p. 28. cum inspissatum parandi illi asam foetidam colligendi a KAEMPFERO demonstrato similis, et ipsa planta pro
p. 29. *thapsia foetida* L. Hispaniae indigena habenda. Cap.
p. 30. VI. de *colchico ephemero*. Est *colchicum autumnale*, quod a THEOPHRASTO, quum in pratis crescat, in Graecia deficientibus, describi non potuit, eiusque narcissus est amaryllidi similior. Cap. VII. de *corio* vel *coriandro*,
p. 32. nostris coriandris simili, in quorum *satiuo*, magis tamen *testiculato*, virulentia, calore tamen, exsiccatione et coctione, (ad quod PROSPER ALPINVS non attendit) auolans, et pro maiori plantae aetate, locoque maior. Noster enim vltra drachmam iunioris plantae saepe absque noxa deglutiuit. Cap.
p. 33. VIII. de *cicuta* siue *conio*. Est *conium maculatum* L.
p. 34. quod ab aethusa cynapio L. eo differt, quod huius odor minus virosus acidum singulare fortissimum prodat, nec non, (quod I. BAVHINVS praeteruidit,) ab eadem planta caule suo variegato, inuolucrorum-
p. 35. que structura distingui potest. Idem esse cicutam terrestrem WEPFERI verisimile, et vtique nocentius
p. 36. cicuta aquatica vel virosa L. cuius nulla mentio apud veteres, et quae ob calicem venenatum ab iis non ad-
p. 37. hibita. Cap. VIII. de *mandragora*. *Acaulis* DIOSCO-
38. RIDIS similis *atropae mandragorae* L., *ferulaceo caule praeditus* THEOPHRASTI vero forte *atropae belladonnae*
p. 39. L.; PLINII locus de mandragora caule instructo forsan deprauatus; eximiae mandragorae adscriptae vires a radicis cum forma humana similitu-
p. 40. dine verosimiliter deriuandae. Cap. X. de *melanthio* siue *Gith*. Forte pertinet ad *nigellam*, et prae ceteris *satiuam* L. cuius noxam in cuniculo Cl. Auctor ex-

pertus,

pertus, ALPINVS anthelminthicam nigellae vim laudans *Damaſcenam* forte intellexit. Cap. XI. de *papauere. Rhoeas* THEOPHRASTI, PLINII, et DIOSCORIDIS ſimile *rhoeadi* L. reſpectu numeri loculamentorum et ſtigmatum ad polygynias referendo; *hortenſe* DIOSCORIDIS, quod *candidum* PLINII, et *album offic.*, pariter ac *ſomniferum* DIOSCORIDIS, quod *nigrum* PLINII et *offic. ſomnifero* L., cuius ſuccus, non autem oleum ex ſemine expreſſum narcotica vi polleat; *ceratitis* vel *corniculatum* DIOSCORIDIS ac THEOPHRASTI *chelidonio corniculato*, nexu maxime naturali argemonas et papauera cum chelidoniis coniungenti, viribusque papaueri ſomnifero pari; *ferox agreſte* et *hypecoum* DIOSCORIDIS, vt et eiusdem et THEOPHRASTI *heracleum* a recentioribus ignoratur. p. 41.

Cap. XII. de *opio* et *meconio*. Ratio verum opium colligendi ab hodierna diuerſa, idque, vti hodie frequentius, meconio, diuerſisque reſinis, v.c. glaucio, chelidonii glaucii L. ſuccum referente, adulteratum fuit. p. 44.

Opium ſyſtema neruoſum irritando ſanguinis motum auget, inde illum magis reſolvit, tandem ſanguine cerebrum comprimente nervorum actionem imminuit, aut vna cum irritabilitate prorſus tollit. p. 47.

Cap. XIII. de *fungis venenatis*. p. 48.

PLINIO, de fungis, quorum tunicis guttulae albae nitri ad inſtar adſperſae, loquenti, *agaricus muſcarius* L. non ignotus fuit. p. 50.

Boletus laricis DIOSCORIDI *agaricus niger* audit.

Cap. XIV. de *opocarpaſo*. Eſt non carpeſium, ſed *opocalpaſon* GALENI. p. 52.

Fuit reſina gummoſa venenata plantae nobis ignotae; forte heterogenea illa maſſa, inter myrrham optimam pinguem ab Auctore interdum reperta et venenata experta, quae par odore, colore autem magis fuluo, et ſapore vere igneo, ingrateque amaro.

Cap. XV. de *ruta* vel *pegano agreſti*. p. 53.

Non pro quadam ſcrophulariae ſpecie, nec certo pro rutae graueſcentis L.

varietate montana, ſed ob foliorum, fructuum, effe-
p. 54. ctuumque ſimilitudinem pro *pegano harmala* L. ha-
p. 55. bendum. Cap. XVI. de *Sardoa herba*, vel *gelatophyl-*
lide PLINII, a DIOSCORIDE ad batrachia ſeu ranun-
culos, quorum quatuor genera conſtituit PLINIVS,
et ad quos ſcelerata herba APVLEII pertinet, relata.
Quinam ranunculorum pro ea habendus, incertum;
ſceleratus ei effectu ſpaſmos cynicos producente, non
autem omni ex parte lanugine et foliorum inciſuris
p. 56. minus frequentibus reſpondet, male vero *Giffthal-*
menfuſs vocatur; oenanthe ab HALLERO falſo pro
Sardoa herba habetur; oenanthe DIOSCORIDIS ad
ſpiraeas forte pertinens a noſtris oenanthis differt;
pro noſtra oenanthe crocata daucus raphanoides
crocatus THEOPHRASTI habendus. Cap. XVII. de
p. 51. *taxo*. Eſt *taxus baccata* L., eiusque baccae ſolae in-
58. noxiae. Cap. XVIII. de *ſtrychno*. Solanum appella-
p. 60. tum fuiſſe, CELSVS et PLINIVS auctores ſunt; ſo-
lanaceis noſtris narcoticarum nomen potius tribuen-
dum, et ita iis argemonae et papauera annumeran-
p. 58. da; *ſtrychnon hortenſe* DIOSCORIDIS et GALENI
p. 60. neutiquam ſolano nigro L. ſimile; *halicacabum* aut
p. 61. *phyſalis* eorundem *phyſalidi alkekengi* L. ſimilli-
mum; *hypnoticum* cum *phyſalide ſomnifera* L. forte
p. 62. comparandum; *manicum* ob racemoſos fructus ad
ſolani genus quidem referendum, dorycnio, daturae
ſtramonio, et atropae belladonnae diſſimile, nobis
p. 63. adhuc incognitum. Cap. XVIII. de *toxico*. Eſt ſuc-
cus plantae venenatae nobis ignotae. Cap. XIX. de
p. 64. *hyoſcyamo*. *Albus albo* L.; *flauus nigro* L. ſimilis, *ni-*
p. 65. *ger* vero forte ad *daturas* accedit, vel *hyoſcyamo re-*
p. 66. *ticulato* L. comparandus. Cap. XX. de *phtharico* ſeu
pharico, a DIOSCORIDE inter ſimplicia, a SCRIBO-
NIO LARGO inter compoſita venena relato, nos
prorſus latente. Cap. XXI. de *chamaeleone albo et*
p. 67. *nigro*. Ille, vel *ixias* DIOSCORIDIS, *ixine* THEO-
68. PHRASTI,

PHRASTI, aut *vlophonon* respondet *carlinae acauli* L., veram resinam, vlterius inuestigandam, fundenti, in cuius radice principium aromaticum acre piperitum, in mortario illam terentibus valde molestum, cuniculis letale Noster detexit. Cap. XXII. de *psyllio*. p. 69. Descriptiones diuersae, multum adulterini forte habent, eodemque iure de antirrhinis et de personatis plantis, quam de plantagine psyllio L., cui non respondent, valent. Psyllion recentiorum, vt suspectum, ex officinis proscribendum. Appendix. Cap. XXIII. de *venenis obiter a veteribus commemoratis*. p. 71. Quae de *venenatis amygdalis amaris* dicta, intelligenda de principio amaro pruni laurocerasi, amygdalae Persicae, et nerii oleandri. Noster ipse in vetustioribus, neque tamen rancidis amygdalis dulcibus amarum quid animaduertit. *Apocynum* non cum periploca Graeca L., sed cum *asclepiade nigra* L., p. 72. cynanchis et apocynis recentiorum longe magis, quam ipsi asclepiadum generi, affine, propter folliculos semine albo lanuginoso refertos, succum lactescentem flauum, et acre subamaro iunctum principium, cuniculis letale expertum, comparandum. De *arisaro* vel *aride* pudendis femininis inimica. De venenatis graminibus, *calamagrosti*, et *cinna*, nobis ignotis. De *croco*, et a nostratibus pro veneno habito, ALEXANDRO licet vltra drachmam eius impune deglutiente. p. 73. De *resina oleae aethiopicae*, simulque de arboribus, ex quibus veteres resinas collegerunt. De *rhododaphne* aut *nerio*. De *pomis Persicis*, foliorum florum et nucleorum respectu amygdalis amaris, pruno lauro ceraso, nerio oleandro, aliisque, similibus. De *Persicis iuglandibus et fago Castanea*. p. 74. Cap. XXIV. de *variis veterum narcoticis*. De *vitice*, male agnicasti nomine insignito, illi recentiorum simili; de *succo inspissato aloës*, quem cum sponte profluentem, tum caule inciso paratum collegerunt p. 75.

runt veteres, cuius narcotica vis nobis ignota; (hic ſimul de variis veterum chyliſmatibus nos latentibus) de *amomo* ad anaſtaticam hierochunticam L. et amomum offic. falſo relato; de *ἀμπελῳ λευκῃ, bryonia* veterum et recentiorum; de *pynocomo* male ad ſolanum tuberoſum L., *ſmilace laeui* recte ad *con-*
p. 76. *voluulos* relato; de *baccharide*, de qua nil certi, quam quod e verticillatis aut didynamicis fuerit; de *lactucis*, praeſertim *ſylueſtri*, cui reſpondet *viroſa* L., praeter quam et *ſcariolam* L. et in caulibus *lactucae communis* L., cuius ſemen pappos emittere coeperat, manu tritis narcoticum principium detexit Cl.
p. 77. Auctor; de *edera; porro; ladano, reſinae ciſtiladaniferae*, forte et reſinae Strobi a PLINIO commemoratae aequali; de *myrrha; ſucco lacteo mori; iuncо Euripico*. In vicia faba, plurimis leguminibus, v. c. piſo ſatiuo; in ſambuco ebulo et nigra, iuſticia adhatoda; cerinthe maiori et minori; mirabili Peruviana, partim et in longiflora; in ocymo; hieracio aurantiaco; peneque omnibus lacteſcentibus ad ſyngeneſias pertinentibus plantis narcoticum principium detexit Cel. Auctor, illud forſan alio loco vberius illuſtraturus.

III.

Memoria intorno all' olio di ricino volgare del Sign. D. GIORG. BONELLI, Lettor pubbl. e ſoc. della S. R. di Medic. di Parigi e della R. Accad. delle ſcienze di Napoli ecc. agg. due Opuſc. ſulla ſteſſa materia, l' uno del Sign. CANVANE, e l'altro del Sign. Hungerbyhler. Verona 1785. c. tabb. aen. pagg. 124. et XII. praef.

i. e.

Commentatio de oleo ricini vulgaris, autore D. GEO.

D. GEO. BONELLI, adi. duo Opuſc. de eadem materia CANVANII, et Hungerbyhleri.

Collectio horum opuſculorum Romae 1782. edita denuo prodiit cura heredum MORONI, qui eam GAET. BASSO, oleum ex Anglia ſibi aliisque comparanti, dedicarunt. P. L. Veronenſis Medicus in praefatione breuiter indicauit, quid Veronenſes circa olei vſum, praeparationem, ſeminumque ipſorum culturam tentauerint, nil autem, niſi in nonnullis locis translationem Italicam libelli CANVANII ſecundum Gallicam, manifeſtosque BONELLI errores, emendaſſe vel addidiſſe teſtatur. In ipſo BONELLI libro traditur deſcriptio botanica ricini vulgaris eiusque partium externarum, nec non trium ricinoidis TOURNEFORTII ſpecierum, cum illo facile confundendarum; tum experimenta a LAVR. BALLANTI cum ſucco, etiam igne deſtillato, planta integra, ſeminis pellicula alba, pulpam piae matris ad inſtar inueſtiente, ſemine cum cortice ſuo externo denudato, tum non excorticato; a PETR. CONTI cum ſemine primo cortice denudato; ab vtroque cum externo corneo ſeminis cortice, et oleo expreſſo capta, experientia BONELLI et CRESCOLI confirmata: poſtea prioris de iis iudicium, ex quo verosimile, eſſe in foliis et caule principia tantum neutrius generis, parum actiua, praeter haec in ſeminis tribus membranis, magis tamen interioribus, quandam partem acris volatilis, vel olei tenuiſſimi cauſtici, a ſubtiliſſimis et penetrantiſſimis corpuſculis indolis forte alcalino-volatilis formati, ſubtiliſſimaeque inflammabili ſubſtantiae vniti, in oleo expreſſo diffuſam et inuolutam, indeque mitiorem factam. Falſitate decantatae illius de venenata ſeminum ricini indole opinionis fuſius demonſtrata monetur, ne oleum aliarum ricini vel ricinoidis ſpecierum cum

p. VI.
p. VII.
VIII.
IX.
p. 5.
p. 7.
p. 8.
p. 12.
p. 14.
p. 13.
p. 10.
p. 4.
p. 21.
p. 22.
p. 26.

illo vulgaris confundatur, referunturque nouem BONELLI et CRESCOLI per tres menſes factae ob-
p. 28. ſeruationes, olei vtilitatem in vomitu ventrisque do-
p. 29. loribus, febre continua cum dextri hypochondrii
p. 30. dolore, colica nephritica, cardialgia verminoſa, ob-
31. ſtructione alui ſemel et febri inflammatoriae acce-
p. 32. dente, inflatione, dolore, maculisque nigricantibus ventris anniculi infantis cum motibus conuulſiuis a ſaburra primarum viarum, et apoplexia cum diutiori alui obſtructione a paralyſi neruorum inteſtinalium comprobantes. Differitur tandem de vſu ex-
p. 34. terno foliorum et ſeminum contuſorum, praeſertim
p. 38. olei in chirurgia, et oeconomia; de ratione ricinum
p. 42. colendi, in ſolo Romano et vicinis, Viterbiano ex-
p. 43. cepto, optime ſuccedente; affirmaturque, quamlibet plantam bene cultam plures ſeminum libras, et harum quamlibet octo circiter vncias olei, ſine igne et aqua calida exprimendi, largiri.

p. 45. CANVANII libellum ex gallica DE LA CHAPELLE
p. 47. verſione Italice vertit, huiusque Viri praefationem
p. 50. et notas, ſuasque addidit BONELLI *). DE LA CHA-
p. 51. PELLE CANVANII doſes nimis paruas iudicat, ſex olei, in emulſionis forma optime propinandi vncias in duas partes diuiſas per interuallum ſumi iubet,
p. 52. ſcriptores de hoc oleo recenſet, teſtaturque, ſe in
53. omnibus morbis, in quibus HVNGERBYHLERVS, oleum vt tutum purgans, expertum eſſe. Tradit etiam

*) Diſſ. ſul'olio di Palma Chriſti, o di ricino, che ſi chiama volgarmente olio di caſtoro, ec. del D. PIETRO CANVANE, Med. di Bath, membr. del Coll. R. de' Med. e Reg. Soc. di Londra; Oper. prima tradotta dall' Ingleſe dal Sign. HAMART DE LA CHAPELLE con delle not. e Pref. del ſuddetto D. L. CHAP. e di nuovo trad. dal Franc. in Ital. con altre poche not. dal Sign. D. GIORG. BONELLI.

etiam modum, oleum ſibi comparandi. In ipſo libro p. 57.
legenda eſt plantae eiusque partium deſcriptio et p. 60.
hiſtoria; methodus oleum coctum et expreſſum pa- p. 62.
randi; forma illud exhibendi et doſis; modus depu- p. 65.
rando iſtius rancorem impediendi; tribuitur oleo
virtus inteſtina lubricandi, leniter ad oſcillandum p. 64.
diſponendi, circum oſtia vaſorum lacteorum diutius
commorandi, tandemque facile ea ingrediendi; enar-
ranturque, quae de hac virtute CANVANE quatuor-
decim per annos partim in variis Americae inſulis,
partim in Anglia expertus eſt. Primum in colica p. 66.
Pictonum, cuius praecipuam cauſam in aëris intem- p. 67.
perie quaerens THIERRY, (refragante vero DE LA p. 70.
CHAPELLE) reprehenditur, et in qua oleum in cly-
ſmate, vnguento, interneque adhibitum profuit,
quartumque cochleare iam ſaepe aluum mouit. Lau- p. 72.
datur olei virtus leniter laxans, refrigerans, acrem
bilem corrigens, bilioſas et calculoſas concretiones p. 77.
reſoluens, non in febre lenta neruoſa, ſed ardenti-
bus, inflammatoriis, bilioſis, inteſtinalibus, febre icte- p. 76.
ritia (*gialla*) Americanis ſolemni, podagrico febrici- p. 74.
tante. Veronenſis editor, autographo Anglico ca- p. 78.
rens dubitat, an Auctor vere ſenſerit, a natura ad
ſecretionem bilis in arterioſo ſyſtemate venoſum
formatum eſſe, nec potius dixerit, in venoſo arterio-
ſum. Commendatur porro oleum in vitiis a defectu p. 79.
et ſpiſſitudine, vt et ab abundantia et fluiditate bilis,
in podagra bilioſis inprimis propria; in periodicis p. 80.
et criticis haemorrhagiis in primis viis vulgo fontem
ſuum habentibus; in hepatitide; in aphthis. Quas p. 82.
cenſet paucis abhinc annis cognitas, in calidis regio-
nibus endemias, in frigidis, niſi ab infecto translatas,
rariſſimas. Damnat in iis antimonialia ab HILLA-
RY commendata, laudat oleum, viſcoſitatem eua-
cuando eruptionem auertens, iam eruptis ipecacuan- p. 84.
ha praemiſſa medens. In maligniſſimis et pericu-

loſis dat bolum ex theriaca Andromachi, rhabarbaro, ipecacuanha, ſyrupo opii; potionem ex aqua menthae ſimplici et ſpirituoſa, confectione RALEIGHII, ſyrupo diacodii, magneſia, et oleo ricini vitello ouo-
p. 85. rum ſoluto, maneque et veſpera menſuram lactis calidi, in quo vncia vna axungiae veruecinae ſoluta, etiam in dyſenteria vtiliſſimi. In qua, rheumatiſmo
p. 86. et aphthis multum ſimili, oleum ricini rhabarbaro et ipecacuanhae praeferendum. In aphthis illis etiam commendat veſicatoria, vel vnguentum epiſpaſticum RENODETTI, ex vna vncia contuſarum cantharidum cum octo aquae fontanae ad dimidiae partis conſumtionem, iterumque cum quatuor vn-
p. 87. guenti baſilici vnciis ad humidae partis conſumtionem coctа paratum; in chronicis et pertinacibus ſerum lactis acidulatum, vel mel roſarum borace et ſpiritu vitrioli commixtum; in iisdem et dyſenteria ſaturatum decoctum ſimarubae, decoctum Arabicum, emulſionem cerae, potum, qui Punſch audit, vel conſueto modo, vel cum lacte calido, vel ſine acido, vel ferro candente in illum immerſo paratum; et bal-
p. 88. nea Bathonica, etiam in paralyſi, MEADIO licet negante, proficua. In fine curandae dyſenteriae laudatur cortex loti ſpurii, (*lotus baſtardo*) translatori Gallico ignotus, viſcumque citri. In rigiditate et
p. 89. tenſione neruorum, conuulſionibus et tetano clyſmata et fomentationes regionis epigaſtricae, genarum, colli, ſpinaeque dorſi cum oleo ricini calido, interdum reſina nigra (*catrame*) Barbadenſi commixto, duo vel tria olei cochlearia deglutita, moſchus et opium, cuius extracti interdum duodecim grana intra viginti horas ſumi queant, cortex Peruuianus et antiepileptica, et in conuulſione vulneri ſuperueniente, praeter ea nerui ſuper vulnere reſectio, digeſtiuumque opiatum vulneri applicandum praedi-
p. 90. catur. Inſerta hic praefecti militum, MARTINI, obſerua-

ſeruationibus de agricultura et oeconomia Indiae Occidentalis celebris, ex Antigoa miſſa epiſtola, in qua aquam, ex vna optimae nigrae reſinae (*catrame*) Norwegicae libra et ſex aquae tepidae menſuris Pariſienſibus in terreo non vernicato vaſae agitando paratae, poſt viginti quatuor horarum quietem vaſe duos pollices ſuper fundo perforato a ſedimento et oleo rite depuratam, in vitris aſſeruandam, antiſcorbuticam, in conuulſione iuuiſſe, affirmat. Idem in abortu impediendo laudat aquam ex calce oſtrearum et conchyliorum paratam, cuius, lixiuii ſaponacei, et olei ricini vires in calculo ſoluendo et nephritide, diureticis periculoſis declaratis, extollit Cel. Auctor, in ſuo ipſius corpore expertus, aſſerensque, aegritudines illas in inſulis, in quibus oleum iſtud maxime in vſu, rariſſimas eſſe; et docens, ad ingratum ſaporem tollendum pauculas guttulas olei vel aquae roſarum, (BONELLI propter Romanos roſarum odorem pertimeſcentes canellam ſubſtituit) admiſcendas eſſe, et in India occidentali creſcere plantam, *the Bottle-codroot*, omne acre raphani ſylueſtris cum tota althaeae virtute in ſe coniunctum tenentem, nephritidi inimicam, cuius nomen botanicum ipſi ignotum, quam vero pro raphani vel raphanoidis ſpecie habeat. Laudatur tandem oleum in fluore albo, gonorrhoea, vitae ſedentariae incommodis, morbis pectoris, tabe, multis chronicis morbis, externe in hydrope. In quo tamen, leucophlegmatia, cachexia, frigidis et phlegmaticis efficere fertur ſpaſmos et conuulſiones, ex mente DE LA CHAPELLE non oriundas, vt et ex ſententia BONELLI, ventriculi viſcerumque debilitatem et anxietatem magis pertimeſcentis. Additur denique enarratio egregiae Americanorum eruditionis in cognoſcenda virtute plantarum, in ipſis MONTEZVMAE hortis cultarum, CORTESIIque ab iis perfecte ſanati. HVNGERBYH-

p. 91.
p. 92.
p. 93.
p. 94.
p. 95.
p. 96.
p. 97.

p. 99. LERI libellus, ad quem icon pertinet iam a nobis recenſitus*), multisque aliis in locis de oleo hoc**) dictum eſt.

IV.

HEINRICH MATTHIAS MARCARD, *königl. Groſsbrit. Hofmedicus zu Hannover. — Beſchreibung von Pyrmont. Erſter Band, mit Kupfern. Leipzig*, 1784. 8. 322. *pagg. Zweyter Band*, 355. *pagg.*

Eiusdem etiam libri penes Weidmanni haeredes et Reichium Gallica verſio prodiit, titulo: *Deſcription de Pyrmont, par Mr.* MARCARD, Vol. I. et II. 8.

i. e.

Pyrmonti deſcriptio.

Celeberrimas per vniuerſum orbem Pyrmontanas aquas recentioribus temporibus SEIPIVS deſcripſerat. Non autem omnia notatu digna eius deſcriptio comprehendit, nec ſanioris chemiae legibus aquarum examen accommodatum erat, nec de virtutibus earum vſibusque certum atque ſtabile iudicium. Multa quoque alia, quae adeuntes has aquas ab iisque meliorem valetudinem exſpectantes ſcire iuuat, aut omiſſa a SEIPIO erant, aut ob neceſſarias rerum viciſſitudines noſtris temporibus mutata; hinc patet nouam atque elaboratiorem aquarum Pyrmontanarum deſcriptionem laboribus, qui parum vtilitatis habent, adnumerandam non eſſe.

Hunc

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXIV. p. 496. ſq.

**) Ibid. Vol. XII. p. 546. Vol. XXI. p. 430. Vol. XXII. p. 76. et 84. Vol. XXIII. p. 657. Vol. XXV. p. 4. 5. Vol. XXVI. p. 109. ſq. Vol. XXVIII. p. 291.

Hunc laborem MARCARDVS, Vir non medica tantum doctrina insignis, sed in omni alio doctrinae genere, quod ad talem laborem requiritur, versatissimus, suscepit. Neque enarrauit tantum, quae ab aliis dicta erant, sed quae ipse viderat iterato obseruaueratque, non quae ad aquas tantum, earumque quantitates, virtutes vsumque (quae tamen omnia studiosissime pertractata sunt) spectant, sed etiam quae ad regionem, viuendi modum aliaque instituta.

Praeterea, quum Pyrmontanae aquae hanc virtutem habeant, vt solida adstringant roborentque, quae vis a ferro in iis soluto et a fixo aëre inprimis pendet, vniuersam de roborantium adstringentiumque medicamentorum virtute, agendi modo, vsu, noxis, plurima scitu vtilissima, ex infinita fere obseruatione et multiplici experimento enarrauit, ita vt auctorem alium, qui haec argumenta praestantius vtiliusue pertractauerit, ignoremus.

Primo libro de regione Pyrmontana, de institutis, commodis aliisque, quae ad vtilitatem voluptatemque eorum pertinent, qui aquas ex ipsis fontibus bibere cupiunt, agitur.

In vallis amoenae fine, qui versus septentrionem spectat, Pyrmontum situm est. Vallis ampla est et inter montes variae formae, arboribus obsitos, protensa: naturam, vbi fieri potuit, ars pulchriorem reddidit. Quae ad vitae commoditatem aliaque pertinent, quae hospitibus scire interest, copiosissime exponuntur, nec non quae ad antiquitates, historiam dominosque terrarum Pyrmontanarum, nec non ad oppidum ipsum domosque ad hospites suscipiendos aptas spectant.

Altero libro de physica soli et regionis natura, p. 170.
de fontibus medicatis Pyrmontanis, de his, quae in iis continentur et de eorum virtutibus agitur.

Solum

Solum varium eſt montesque omnes in vicinia fontium ex terrarum lapidumque variis ſtratis compoſiti ſunt. In lapidibus terrisque ferri plurima veſtigia. Circa fontes ſoterios ipſos terram interiorem inquirere non licuit: videntur tamen hi fontes ex vicinis montibus prouenire: quumque omnes medicati fontes ab ignea materia antea in motus acta producti eſſe videantur, montes ignem eructantes, qui antiquiſſimis temporibus his fontibus originem dederunt, per maris inundationem lapidum terrarumque ſtratis variis obtecti ſunt.

p. 187. Tales autem ab igne in ſuis viſceribus ſaeuiente mutationes terram interiorem in his regionibus eſſe paſſam, inde etiam credibile eſt, quod multa loca ibi dentur, quae manifeſte probant, terram interiorem plurima caua habere.

p. 190. Notiſſimum illud antrum, quod nociuos iſtos cuique viuo animanti vapores exhalat, 800 pedibus a fonte ſoterio, verſus orientem diſtat. Non a natura, ſed arte factum eſt, lapidibus ibi ad muros conſtruendos effoſſis. In quo labore occupati in vitae praeſentaneum ſaepe periculum incurrebant, ſi inclinato corpore effodiendis lapidibus operam dabant. Muro deinde locus, qui hos vapores copioſe exhalabat, circumdatus et fornice tectus eſt, vt hi vapores ad aegrotantium vſum adhiberi poſſent. Solum in antro neque humeſcit valde, neque caleſcit. Si bona tempeſtas eſt, vapor ad duos tresue pedes aſcendit: ſi vero ſerena tempeſtas, calida, tranquilla ſiccaque eſt, altius aſcendit totumque antrum replet, ita vt nemo in eo degere neque ſcalas aliquot in id deſcendere queat. Contraria ſi tempeſtas eſt, vix veſtigium vaporis in eo percipitur, quod ſubinde ex improuiſo minuitur augeturque. Ore attractus eundem ſaporem habet cum aqua ex fonte pota,

ex

ex elaſticaque materia, quam fixum aërem vocant, conſtituitur.

Odorem aceſcentem, vix ingratum habet: in ore faucibusque caloris ſenſum, in oculis lacrymationem concitat, ſtatimque ſpiritum intercipit, anxietatem, vertiginem, ſudoremque concitat. Qui non ſtatim fugiunt, exanimes concidunt. Ignis in eo extinguitur ſtatim, neque ſclopeti exploſio in hoc vapore locum habet. Phoſphorus in eo non inflammatur quidem, inflammatus vero non extinguitur. Maiorem, quam atmoſphaera, caloris gradum non habet, titillationem vero quandam et caloris ſenſum in partibus, quae illi admouentur, excitat. Aëre atmoſphaerico ponderoſior eſt, putredinique vehementer reſiſtit. Calidiſſima aeſtate exiſtente carnes animalium per quatuor dies ab omni putredine immunes manent in eam depoſitae. Acidae hunc vaporem naturae eſſe, omnique modo cum aëre fixo chemicis dicto conuenire, experimenta plurima probarunt.

Idem vapor ſpirituoſum principium conſtituit, quod in aquis Pyrmontanis copioſiſſime continetur.

Quidam hos vapores ad medicinales vſus adhi- p. 230.
buerunt, in arthritide, cutaneis morbis rebellibus, articulorum contractura, caet. Expoſuere ſe iis, donec eos ferre non amplius poterant, ſudore per corpus vniuerſum copioſe concitato. Vtilitate eos carere ſane non credibile eſt, ſed certa experimenta nondum docuere, quid agant et quando adhibendi ſint.

Vallis iſta, in qua fontes medicati ſiti ſunt, fonti- p. 236.
bus, qui vero non omnes ferrum continent, ſcatet. Ex medicatis, qui non frequenter ad vſus medicos adhibentur, hi ſunt:

1) Fons ocularis (*die Augenquelle*) virtutes inferiores iis habet, quae fonti, cuius aquae bibuntur, com-

competunt, XXIII librae aquae ferri grana $1\frac{3}{4}$ continent. Aërei acidi magnam partem vix continet. Oculi eius aqua crebro lauantur. Ad medicos vſus adhiberi poſſent hae aquae, vbicunque aquae martiales minus efficaces neceſſaria forent.

2) Fons ad balnea antiquus (*der alte Badbrunnen*) parum ferri et ſpirituoſi aliquid continet. Ad balnei frigidi vſum Pyrmontanis inſeruit.

p. 246. Celebratiſſimus fons eſt, cuius aquae ad potandum inſeruiunt, princepsque cauſa, quae efficit, vt tanta multitudo hominum Pyrmontum confluat. Altus eſt $3\frac{1}{2}$ pedes, diametrum quatuor efficiunt. Vt peregrinae aquae in illum non fluant, ſtudioſe cautum eſt. Quieſcentibus aquis nec motis ab eas crebro haurientibus, vapor ex fonte aſcendit nares oculosque feriens. Vitro infuſa aqua bullas copioſas emittit, cum plurima vi ſurſum motas, a fixo aëre oriundas, qui etiam poſt epotam aquam temulentiam inducit. Aqua limpidiſſima eſt, aequaliter per hyemem et aeſtatem frigida ad 57 gradus thermometri Fahrenheitiani. Transmiſſioni in remotiſſimas terras apta eſt, vrceis lagenisque probe obturatis. Grauitas illius eſt cum aqua deſtillata comparata, vt 2039 ad 2036.

p. 262. Chemicam harum aquarum analyſin praeter b. BERGMANNVM, qui vero aquis non recentibus vſus eſt, WESTRVMB, V. Clmus, inſtituit. Continentur aquarum 100 pollic. cubic. aëris fixi 140 pollic., adeoque huius ſpirituoſi principii copia, quae in mineralibus aquis exiſtere poteſt, maxima: idque ferrum, magneſiam, reliquasque terreas partes, quae in his aquis exiſtunt, ſolutas continet.

Caeterum aquae libra vna ferri granum circiter, magneſiae grana $8\frac{1}{11}$, ſalis amari fere grana 5, ſalis communis granum, ſalis Glauberiani grana 3, ſubſtantiae extractiuae granum dimidium continent, calca-

calcareae terrae cum acido vitriolico ſaturatae aquae librae v continent grana 38½, calcareae vero terrae cum aereo acido ſolutae grana 20. ſulphuris veſtigia in his aquis nulla ſunt.

XLIV pedibus a primario fonte fons bulliens balneorum vſibus inſeruiens (*der Bade- oder Brodelbrunnen*) diſtat. Cum vi et rumore, inſtar aquae in magno vaſe bullientis, ex terra prorumpit. Principii ſpirituoſi tantam copiam, quam primarius fons non continet, fixarum vero particularum maiorem. Hinc etiam aquae illius turbidae ſunt, neque ad potandum, ſed ad balneorum vſum adhibentur. Cutem hae aquae rubro colore tingunt atque aſperam reddunt. p. 275.

Acidulae Pyrmontanae (*der Säuerling*) ferrum non continent, magnam vero acidi aërei partem. Aquae pollic. 16 dedere acidi aërei pollices 13. Linguam grate afficiunt et cito per primas vias transeunt. Hinc cum aquis Pyrmontanis ex primario fonte, aquae communis loco, vtiliter potantur. p. 279.

Aquae ex fonte nouo (*Neubrunnen*) in 16 pollic. cubic. acidi aërei pollic. 20 continent. Praeterea in vna harum aquarum libra continentur ſalis communis grana 8, terrae calcareae, acido aëreo ſaturatae, grana 8, magneſiae ſalitae grana 5, ſalis amari grana 3, magneſiae grana 3, ferri aëreo acido ſoluti grana ¾ ferri vitriolati dephlogiſticati granum.

De virtutibus aquarum Pyrmontanarum in corpore humano, ex partibus ſuis conſtitutiuis aeſtimatis, his omnibus praemiſſis, agitur. Spirituoſum, quod in his aquis continetur, principium, efficit, vt palato gratae ſint, cum vi quadam agant, penetrent, irritent citoque per corpus tranſeant. Hoc vero principium non omne in humano corpore ex aquis exſoluitur: quinque enim librae aquarum, quae duarum horarum ſpatio bibuntur, 180 pollices huius p. 288.

ius principii continent, quod, si omne exsolueretur, vix locum in primis viis haberet. Neruos hoc principium, potulentorum spirituosorum instar, afficit, bonae valetudinis sensum, alacritatem, dein leuem temulentiam, sine sanguinis tamen calore aucto, inducit. Hinc ataxiae neruorum inprimis conuenit efficitque, vt aquae reliquis principiis foetae, ob eaque difficilem per corpus transitum habentes id facilius citiusque transeant. Humoribus idem spirituosum principium miscetur, partium cohaesionem auget, putredini resistit, de humoribus multum resoluit et per vrinam et perspirationem expellit.

Ferrum, quod corporis nostri partem constitutiuam efficit, corpus roborat, sanguinem condensat, organorum vim motoriam auget, functionum vigorem intendit, excretiones promouet. Eosque effectus, ob ferrum in terrae forma ibi contentum, aquae Pyrmontanae habent, magisque praeclaros, quod ferrum iam intime solutum, adeoque ad transitum in sanguinem vehementer aptum, contineant.

Salia humores tenaces resoluunt, obstructos infarctosue canales aperiunt, circulantibus humoribus viam liberiorem efficiunt, aluum, vrinam, perspira-
p. 303. tionem promouent. Ex iisque omnibus liquet, aquas Pyrmontanas has virtutes habere, vt corporis robur instaurent, vim vitalem augeant, fibris elasticitatem organis alacritatem reddant, sanguinem condensent, rubicundiorem efficiant, tenacem mucum resoluant, acres impuritates expurgent, meliorum humorum praeparationem adiuuent, canales obstructos reserent, aluum apertam seruent, omnesque excretiones promoueant.

Quum autem ad cognoscendos medicamentorum effectus eorum obseruatio maxime conferat, his enarrandis Clmus Auctor operam plurimam eamque summopere laudabilem dedit.

Eaque

Eaque in *altero uolumine*, quod tertium operis librum comprehendit, continentur. Hoc libro *de morbis agitur, in quibus Pyrmontanae aquae vere vtiles deprehenſae ſunt.*

Efficacem has aquas ad plurimos morbos medicinam eſſe, et chemica analyſis earum, et experimenta circa earum vſum inſtituta probant. Verum ſcire intereſt, *quando* iuuent: ſcire modum intereſt, quo adhibendae ſunt. Non morborum nomina hic pertractare expedit: pauca enim forent, ad quae non proficuas fuiſſe Pyrmontanas aquas experientia docuerit, eaque morborum nomina penes SEIPIVM legere cuique licet. Expedit ſcire mutationum, quae praeter naturam ſunt, naturam, quidque, vt ſanitas reſtituatur, mutandum ſit. Cum his virtutes aquarum conferri debent, vt perfecte ſciatur, quis et qualis effectus ab efficaci hac medicina in his mutationibus ſperandus ſit. Sic generatim ad hypochondriacam affectionem Pyrmontanae aquae prodeſſe dicuntur, neque dubium eſt, quin proſint. Verum et hypochondriaca affectio datur, in qua nocent, morbumque vehementer augent.

Praeclaro hinc penitus inſtituto Clmus Auctor p. 13.
cauſarum praecipuarum, quae plurimos morbos diuturnos inducunt, examen prius inſtituit, quam harum aquarum ad morbos ipſos vſus traderet. Eaeque cauſae ſunt: conſtitutio laxa, viſcerum abdominalium obſtructio, ſanguineae in abdomine congeſtiones, humorum acrimoniae, irritabilitasque morboſa.

Laxa fibra, morbus noſtri temporibus, praeſertim inter melioris conditionis homines, frequentiſſimus, in defectu rigoris naturalis elaſticitatisque et in eo conſiſtit, vt ſolidae partes non ſufficienter agant. Lentorem in omnium partium ſolidarum functionibus, humorum minorem, quam par eſt, elaborationem, pituitoſum ſtatum, ab iisque cauſis pen-

dentes ſtagnationes acrimoniasque inducit. Nervorum morbis a nimia mobilitate pendentibus ſaepiſſime anſam dat, non ſemper tamen: neruorum enim debilitas cum mobilitate et ſenſibilitate a fibrae relaxatione ſummopere differt, fierique poteſt, vt hic neruorum ſtatus cum ſolidis partibus et relaxatis ſummopere, et adſtrictis, exiſtat. Indeque liquet, quantos errores Angli et Germani medici (ROBERTO WHYTTIO praeſertim duce, quem ſequuntur, vnico) committant, omnes neruorum morbos per adſtringentia atque roborantia curantes (quantos vero etiam alii, Clmum POMME et TISSOTVM ex parte ſequentes, omnesque neruorum morbos per relaxantia atque demulcentia curantes: laudat tamen Noſter Gallos non abſque iniuria, quod meliorem atque probatiorem morborum neruoſorum curam docuerint.)

Relaxationi (purae et nulli alii vitio, quod per progredientem relaxationem facillime atque certiſſime inducitur) adſtringentia roborantiaque ſine dubio conueniunt: et qui hac laborant, potis Pyrmontanis aquis eito curantur: ſi vero viſcera obſtructa; ſi acrimoniae natae ſunt; ſi ſanguis in abdomine congeritur, praeter roborantia et adſtringentia, quae his ablatis demum conducunt, alia plura neceſſaria ſunt: et ſi hic rerum ſtatus eſt, Pyrmontanae aquae vix ſemper in initio curationis in vſum vocandae ſunt.

p. 25. *Stagnationes, infarctus et obſtructiones in abdominalibus viſceribus* in dubium vocatae a quibusdam, attamen etiam per cadauerum extiſpicia demonſtratae in viſcerum abdominalium ſummopere compoſito ſyſtemate eiusque ſubtilioribus vaſis haerentes, alteram cauſam morborum chronicorum, eamque per frequentem, conſtituunt. Quae autem viſcera ſi obſtructa ſunt, nutritionis negotium praeter naturam mutatur, irritatione, ſympathia, preſſione mechanica

vici-

vicinarum partium, multiplices alii effectus, morbique chronici multiplices, differentis, vt videtur, naturae, ſed ex eodem fonte prouenientes, inducuntur.

Cognoſcere obſtructiones ſubinde facile, ſubinde difficile eſt, curare difficillimum. Abſque plurima quidem opera medici in obſtructis deobſtruentia ſuadent: verum quaenam deobſtruentia danda ſint, quid laeſum ſit, quidque dandum ſit, vt ſanitas reſtituatur, haec ſane omnia non extra dubitationem poſita ſunt. Inprimis in eo erratur, vt deobſtruentia morbo accommodata nimis parua, martialia vero roborantiaque nimis larga manu dentur. Quibus viſcera inſanabiliter obſtructa ſunt, his martialia et Pyrmontanae aquae ſemper obſunt: quibus vehementer quidem, at hoc modo, vt ſanationis ſpes ſuperſit, viſcera obſtructa ſunt, his canales reſerare, poſteaque, iuſto tempore, roborantia dare conuenit, vt ſublata relaxatione nouarum obſtructionum origines caveantur. Eoque in caſu Pyrmontanae aquae inprimis conducunt, quae et roborant, et pituitam ſolvunt, et vaſa reſerant, efficiuntque vt infinita copia ſordium effoetarum corruptiſſimarumque decedat. Tales aegri, iuſto tempore adhibitis Pyrmontanis aquis, omnes ſanantur breuique bene ſuccedentis curationis indicia exhibent.

Obſtructiones, quae minus inualuere, (quae taliter comparatae ſunt, vt aucta vi mechanica et vitali continentium ſuperari queant, quae itaque per ſolam relaxationem natae ſunt: obſtructiones enim, ſi etiam minus inualuere, non cedunt roborantibus atque adſtringentibus, niſi per debilitatem et relaxationem inductae fuerint) Pyrmontanarum aquarum vſui ſoli cedunt.

Subinde impurae ſordes in craſſiori inteſtinali tubo collectae obſtructiones ſimulant. Quae ſi adſtringentibus curantur, noxarum plurimum pariunt:

aquae tamen Pyrmontanae huic morbo inprimis conueniunt, quoniam aluum leniter ducunt roboreque inteſtinali tubo reſtituto efficiunt, vt locus nouae ſordium congeſtioni non detur.

p. 47. *Sanguinis in viſceribus abdominalibus congeſtiones* non in craſſioribus tantum, ſed in ſubtiliſſimis etiam canalibus locum habent. Anatome vel rudior et minus ad eas probe cognoſcendas hactenus intenta earum frequentiam, extenſionem, naturam vlterius demonſtrabit. Quin frequentiſſimam, ſaltim perfrequentem morborum chronicorum cauſam conſtituant, vix dubium eſt. Multorum etiam obſcurorum morborum naturam efficiunt, neque ſolis ſtagnationum haemorrhoidalium limitibus comprehendi poſſunt. Primus eas penetrauit ſummus in medica praxi vir, KAEMPFIVS, vir deſideratiſſimus. Veteres, minus certam earum ideam habentes, eas ſub atrae bilis nomine comprehenderunt.

Multae autem cauſae ſunt, quae efficiunt, vt ſanguis in abdomine ſtagnet. Lente progreditur, adminiculis, quae eius curſum promouent, plurimis deſtitutus, neque diaetae vitia, ſedentaria vita, acrium, aromaticorum, purgantium calefacientium abuſus extra culpam ſunt. Minus obnoxia his ſtagnationibus portarum vena, plus viſcerum aliorum, ventriculi, inteſtinorum craſſorum, vteri, caet. vaſa ſunt. Signa earum minus certa ſunt; multifarios enim effectus inducere, variaque forma incedere ſolent. Haemorrhoides, naturales aut praeternaturales haemorrhagiae cum vtilitate profluentes, cum detrimento interceptae, ad iuſtam cognitionem cauſae, quae ſubeſt, plurimum inſeruiunt.

Diu vero accumulatus ſanguis erumpere vbi tentat, haemorrhoides concitat. Hae, quod ſuperfluum eſt, educendo, temporarium leuamen adferunt. Inde haemorrhoidum laudes. (Non vero ab omni

omni ſanguinis congeſtione haemorrhois: ſaepe ſi in alio, quam in portarum venae, vaſorum ſyſtemate infarctus ſanguinei reſident, cruenti vomitus, cruentae diarrhoeae, viſcerum abdominalium morbi pertinaciſſimi.) Inde regulae de haemorrhoidibus concitandis, quae vero ſemper morbum non conſtanter leuant temporariumque tantum auxilium praebent.

Si vero ſtagnans ſanguis neque excernitur, neque reſoluitur, piceam, imo lapideam duritiem acquirit, ſymptomataque ab irritatione pendentia plurima excitat, imo mortem inducit ſciſſis vaſis, aut in affecta, aut, quod ob interceptum circulum ſaepe fit, in remota parte. Indeque obſcurorum chronicorum morborum permultorum originem repetendae ſunt.

Errant autem medici in congeſtionum curatione, eas pro hypochondriaco morbo habentes, eumque vix aliter, quam roborantium et adſtringentium medicamentorum ope curari poſſe putantes. Neceſſe ſane eſt, vt, vbi attenuare atque minuere ſanguinem, vaſa reſerare, deriuare congeſtionem circulumque naturalem reſtituere expedit, hisque contraria efficiuntur, omnia in peius ruant, vt morbus augeatur quotidie morsque inter horrenda ſymptomata acceleretur. Alii haemorrhoides pellunt, vbi nulla ad eas diſpoſitio eſt, inteſtina ſummopere irritant, calefaciunt et hoc modo congeſtiones et inducunt et commouent.

Expedit autem in ſanguineis congeſtionibus abdominalibus KAEMPFII methodum adhibere, ſimulque ſanguinem attenuare, temperare. Si maxima infarctuum pars ſublata eſt, et quod reſtat ab iis, ob vaſorum debilitatem reſtat, tunc aquae Pyrmontanae potandae ſunt, quae reſiduas materias infarctuum expellunt, hocque modo adhibitae pertinaciſſimas diſpoſitiones ad haemorrhoidalem fluxum tollunt.

p. 93. Generalibus morborum cauſis humorum acrimonia adnumeratur. Etſi chemicam acrimoniarum naturam non curamus, certo tamen ſcimus, dari aliquid in humoribus acrimoniae nomine inſignien-dum, eosque decedere a recta via, qui nimio expurgationis ſtudio ducti, omnis acrimoniae ideam e medica theoria reiiciunt. Acrimoniae morboſae, quae ad cutem decubuerant, retrogradae et generales noxas inducentes earum exiſtentiam probant, neque dubium eſt, quin humoribus partes admiſceantur, quae irritamentum continent noxas multifarias inducens.

Stimulo autem ſuo acrimoniae non irritant ſolum, verum etiam partes ſubinde exedunt. Morbi neruorum abſque materie origines ſuas in his inprimis habent (tunc vero *cum* materie forent). Curatio earum aut per ſpecifica, aut per medicamenta generalia ſpecialiaue abſoluitur.

Fontes medicati ad acrimonias ſatis copioſe adhibentur. Ob aquoſam partem eluendo corpus expurgant, ob alias conſtitutiuas partes reſoluunt expelluntque ea, quae praeter naturam ſunt. Pyrmontanae aquae vim habent ſoluendi, euacuandi atque ſolidas partes roborandi. Hinc vbi acrimoniarum cauſa princeps in relaxatione, debilitate, ſita eſt, aquae Pyrmontanae ad eas inprimis conueniunt. Hinc tam internis morbis cum acrimoniis coniunctis, quam externis, foediſſimis morbis Pyrmontanae aquae inprimis inſeruiunt.

p. 106. Aliam chronicorum morborum cauſam *morboſa irritabilitas* ſenſibilitasque conſtituit. Irritabilitatem vero morboſam eſſe dicimus, ſi motus aut ſenſus organorum reactio poſt impreſſiones praeter naturam maior eſt. In huius ſtatus curatione, qui morbus proprie dici nequit, probe tenendum eſt, medicamenta aliaque, quae ad medicos fines adhibentur, longe

longe aliter, quam in his agere, quibus firmi nerui ſunt, impreſſionesque vel leuiſſimas in his ſaepe turbarum multitudinem infinitam excitare. Vnde haec ſenſus teneritudo in neruoſo ſyſtemate proueniat, ignoramus. Neruorum debilitatem eam quidam vocant, idque nomen non taxandum foret, ſi malae per adſtringentia medicamenta curationi anſam non daret. Nerui praeterea mobiles non ſemper relaxati ſunt: proprium debilitatis genus haec neruoſi generis mobilitas conſtituit, adſtringentibus tunc tantummodo curandum, vbi laxa ſimul fibra exiſtit.

Hanc neruoſi generis debilitatem curandam Clmus POMME optime docuit nec vnicum exemplum dedit malae theoriae cum bono ſucceſſu in praxi applicatae. Is neruorum mobilium curationem per lenia, blanda, minime acria neque valde efficacia medicamenta tradidit, hoc ſucceſſu, vt doctiſſimi viri nonſolum eius methodum vehementer probauerint, ſed ipſe etiam vſus eius praeſtantiam quotidie doceat.

Sane qui per morbum irritabiles neruos probe curare ſcit, is magnam curationis neruoſorum morborum partem probe cognitam habet. Pyrmontanae aquae quando ad hanc irritabilitatem valeant, nunc perſpicitur, ſcilicet vix prius, quam extrema irritatione ſublata.

Cauſae hactenus enarratae vario modo complicantur, expeditque tam ad cognitionem, quam ad curationem morborum ab iis induci ſolitorum has complicationes probe noſſe.

Cauſis morborum chronicorum generalioribus expoſitis vique aquarum Pyrmontanarum ad eas aeſtimata, morbi, ad quos hae aquae crebro adhiberi ſolent, ſingulatim pertractantur. Primum locum p. 140.
neruorum morbi generatim, *inprimis morbus hypochondriacus*, occupant. Deſcriptio morbi, quem ipſe

Clmus Auctor paſſus eſt, hunc librum cum conficiebat, egregia plane eſt. Curari complures neruorum morbi poſſunt, ſi non nimis profundas radices egerunt, neque morales praeſertim eorum cauſae perdurant. Et ſi curare morbum non licet, tamen ſemper eum lenire licet. Neruorum morbi, qui ex abdomine proueniunt, frequentiſſimi ſunt, minus frequentes vero, qui a ſola irritabilitate praeternaturali pendent. Solidarum partium relaxatio ad neruorum morbos diſponit quidem, eos vero non inducit.

In curandis neruorum morbis opera inprimis danda eſt, vt vera neruos irritans cauſa, ſiue moralis, ſiuè phyſica fuerit, profligetur eoque demum facto medicamenta appropriata adhibeantur. Pyrmontanae aquae, iuſte adhibitae, hypochondriacis generatim probe conueniunt, ipſo adeo POMMIO vires eorum ad hunc morbum non negante. Si obſtructionum vis in abdomine non magna eſt morbique natura in relaxatione et debilitate quadam conſiſtit, curatio per has aquas generatim optime ſuccedit. Multos etiam eaedem ſanant, quos voluptas, venus inprimis nimia fregit. Sanguis aut alii humores in infimo abdomine congeſti, ſi mali hypochondriaci cauſa ſunt, exſoluere primum impacta et ad finem curationis Pyrmontanas aquas adhibere expedit. Qui ſiccos (qui vero penes nos valde rari ſunt) nervos habent, POMMII methodo curandi ſunt. Animi regimen iuſtum multum quum conducat in neruorum morbis multosque, cauſa remota, ſanet, facile liquet, quantum Pyrmontum, in quod plurimi homines confluunt, neque deſunt, quae ad relaxandum animum faciunt, ad curationem hoc reſpectu conferat.

Paralyſin poſt apoplexiam, in qua nullus nouae congeſtionis verſus caput motus eſt, hae aquae ſubin-

de

de tollunt. Colicam, quae ſequitur, ſaepius curant, generatim, quae non a magnis cerebri aut ſpinalis medullae vitiis pendet, quae et humorum acrimonia, neruorum inertia, metaſtaſi poſt morbos, poſt externas cauſas, caet. naſcitur. Debilitati poſt paralyſeos curationem reſiduae Pyrmontanae aquae praeclare medentur.

Arthritici morbi per Pyrmontanas aquas praecla- p. 173.
re curantur, multitudoque arthriticorum quotannis ad has aquas confluentium iam earum efficaciam probat. Functiones primarum viarum omnesque alias inſtaurant ideoque, quum arthriticae materiae generatio imperfectas functiones ſupponit, efficiunt, vt arthritis et caueatur et curetur. Paroxyſmos inprimis arthritidis regulares efficiunt, et ſi naturae vires ad deponendam expellendamue materiam arthriticam deſunt, his inſtauratis et arthritidis anomalis praecauent et metaſtaſes ad nobiliora viſcera. Generatim in omni arthritide proſunt, obſeruatis tamen, quae ſupra circa cauſas morborum chronicorum generatim notata ſunt.

Morbi ſyſtematis vaſorum lymphaticorum, glandu- p. 182.
larum, cutaneique aquarum Pyrmontanarum ſaepe curantur. Cutanei morbi ſi a veneno ſpecifico pendent, per ſua medicamenta curantur, non per has aquas. Quae vero per acrimoniam humorum, per concoctionis vitia oriuntur, cutaneae affectiones, ſaepiſſime Pyrmontanis aquis curantur, cautelis ſupra enumeratis non neglectis. Scrofulas non ſanant. Cachexiam curant a debilitantibus cauſis natam, a viſcerum abdominalium obſtructionibus, quae ſaepiſſime ſubſunt, non aeque. Chloroticas efficaciter ſanant. Nimiae pinguedinis in corpore collectioni, nec non pituitoſae diſpoſitioni, fluori albo, ad catarrhos diſpoſitioni, haemorrhoidibus mucoſis, caet. praeclare medentur, muci fabrica deſtructa.

p. 194. *Capitis affectiones* diuturnae ex abdomine vtplurimum per conſenſum naſcuntur, aquaeque quum efficacem medelam variorum abdominis morborum contineant, his quoque morbis, praeſertim in eorum initio, medentur. Idiopathicis quoque capitis affectibus per ſpirituoſum ſuum principium mederi videntur. Oculis robur addunt. Nocent vero in omnibus capitis affectibus, a ſanguine nimia copia ad id ducto natis, aut cum congeſtione ſanguinea ad id coniunctis.

p. 198. Plures e pectoris morbis neruorum morbi ſunt, qui, ſi Pyrmontanae aquae iis inſeruiunt, his tolluntur. Tuſſim ab infarctis viſceribus abdominalibus, a ſtomachi vitiis, ſanant, rite adhibitae: quae vero a proprio pulmonibus vitio proficiſcuntur, nodis pulmonum, caet. tuſſes, iis non ſanantur. Haemoptyſin ex abdominali ſanguinis circulatione intercepta turbataue natam ſanant: aliam non aeque. Generatim quae a cauſis ſupra enumeratis proficiſcuntur, deuteropathicae pectoris affectiones ſanantur harum aquarum debite, et non praeter indicationem adhibitarum vſu. Quae a locali vitio pulmonum pendent, non aeque. Phthiſicis generatim inimicae ſunt.

p. 207. Copioſiſſimos morborum fontes *abdomen* continet, cuius ſyſtema ſummopere compoſitum et plurimis cauſis, quae turbare illud facile poſſunt, expoſitum eſt. Digeſtionem, ſi ob atoniam organorum vitiata eſt, inſtaurant. Colicas curant, non tamen omnes, nec abſque curatione praeparatoria. Icterum ſanant a ſpaſmis et obſtructionibus viſcerum natum. Caeterum praeclare ad plurimos morbos abdominis valent non abſque iuſta indicatione, neque ſubinde abſque curatione praeparatoria potatae.

p. 220. *Vrinae vias* vix magis, quam reliqua viſcera abdominis, aquae Pyrmontanae afficere, indeque in re-

nes

nes peculiari modo vix agere videntur. Veſicam magis afficiunt, vrinam pellunt, mucum, ſabulum expurgant. De earum ad calculum vi certa experimenta nondum proſtant. Vitia veſicae, ab atonia, ſpaſmis, haemorrhoidalibus affectibus atque ſtagnationibus, quae ſolui patiuntur, tollunt. Suppurationibus internis mictuique cruento non conueniunt. Si per manuſtuprationem aut concubitum frequen- p. 225.
tius, quam par eſt, celebratum neruus languet iacetque, generatim ſi ad coeundum generandumque impotentia per debilitantes cauſas nata eſt; ſi ſeminalis liquor nimis copioſe profluit; ſi vires ab hac cauſa deficiunt, generandi potentiam reſtituunt.

Menſtruum fluxum nimis parcum, retardatum, p. 247.
aquoſum, non ſine ſpaſmis profundi ſolitum inſtaurant; mala ſymptomata neruorum affectorum, quae illum ſubinde praecedunt, curant: ſi nimium menſes fluunt, non bibendae ſunt.

Tandem diſpoſitionem ad morbos tollunt, corporis robore inſtaurato, malis humoribus repurgatis.

Liber quartus praecepta de curatione rite inſtituen- p. 261.
da continet.

Primum *de praeparatione ad aquas bibendas* agitur. Ea ſummopere neceſſaria eſt, quoniam multi morbi, ob cauſas ſupra datas, Pyrmontanas aquas non prius ferunt, quam ipſo morbo ita praeparato, vt ſalutares naturaeque rei conuenientes mutationes ab aquae potatione exſpectari queant. Huius praeparationis regulae modique ex ſupra L. II. dictis patent. Generalis mos eſt, vt recens aduenientes corpus ſuum venae inciſa eſt purgante medicina ſumta ad aquarum vſum praeparent, quod, ſi nulla ad vtrasque euacuationes indicatio eſt, non abſque noxa peragitur. Peius agunt, qui corpus, per chalybeatam aquam inſtauratum, peracta curatione, purgante ſumto, relaxant.

Aeſtate

Aeſtate ad fontem ipſum aquae bibuntur, tempore, vbi peregrini aquarum bibendarum cauſa adſunt, a Maio vſque ad Septembrem. Curationis duratio, iterandae etiam ſubinde ſalubriter, per quatuor ſeptimanas eſſe debet. Matutinum tempus curationi optime inſeruit: mos etiam aquis tempore pomeridiano iterum vtendi inualuit, quod vero non omnium bonae valetudini conuenit.

In initio curationis aquarum non nimia copia, augenda poſtea, potanda eſt. Quantitas generatim (non tamen, quod facile intelligitur, ſine exceptione) haec eſt, vt tot cyathi bibantur, quot ad aluum paulo citatiorem efficiendam ſufficiunt.

Vtiliſſimi huius libri in Anglia epitome edita eſt, hoc titulo:

A ſhort Deſcription of Pyrmont, with obſervations on the uſe of its Waters, abridged from the German Deſcription of Pyrmont of Dr. MARCARD, *Phyſician to his Majeſty's Houſehold at Hannover. — Reviſed by the Author. London,* 1788, 8. 67 *pagg.*

Inprimis quae ad loci opportunitatumque deſcriptionem pertinent, diligenter excerpta ſunt, nec non quae in opere ipſo de differentibus fontibus medicatis prope Pyrmontum ſcaturientibus et de aquarum effectibus vſuque interno dicta ſunt.

Sexto capite de vſu balnei martialis Pyrmontani agitur, ſeu potius excerpta dantur ex tertio volumine operis, quod nondum in lucem emiſſum eſt. Efficacia ſunt haec balnea, neque relaxant, etſi calore graduum 88–95 therm. Fahrenh. adhibentur. Efficaciam a ferro habent, quod vniuerſam corporis ſuperficiem tingit, cuti rubore inducto eaque aſpera reddita. Ad balnea opportunitas publica eſt: qui vero hac vti non volunt, in cubiculis ſuis iisdem vti poſſunt. Vt ſpirituoſum principium ſeruetur, frigidae, qualis e fonte prouenit, calida, ad iuſtam vſque temperaturam, adfunditur.

Haec

Haec balnea inteſtinorum viſcerumque reliquo- p. 63.
rum abdominalium debilitati, neruoſis, arthriticis, paralyticis, rheumaticis aliisque morbis cum exanthematibus cutaneis coniunctis, inprimis autem menſium ſuppreſſioni, ſterilitati mulierum, caet. praeclare ſubueniunt: diſpoſitionem ad catarrhos minuunt.

V.

A treatiſe on tropical Diſeaſes; and on the Climate of the Weſt-Indies. By BENIAMIN MOSELEY, M. D. Member of the Royal College of Phyſicians of London. London. 1787. 8. 544. pagg.

Eiusdem libri germanica verſio prodiit, titulo: *Abhandlung von den Krankheiten zwiſchen den Wendezirkeln und vom dem Klima in Weſtindien. Nürnberg.* 1790. 8.

i. e.

De morbis intra tropicos et de climate Indiae occidentalis.

Opus in tres partes diuiditur. Prima de aëre, aquis et locis inſularum Indiae occidentalis agit, nec non de ſanitatis laeſionibus, quibus Europaei praeſertim obnoxii ſunt, nec non de expeditionibus bellicis ita inſtituendis vt militum ſimul ſanitas conſeruetur: altera de dyſenteria prolixe agitur, morbo in calidiſſimis regionibus frequentiſſimo et perniciosiſſimo: tertia de aliis morbis, quos in occidentali India copioſe obſeruare licet. Ipſe autem liber non ideo tantum memorabilis eſt, quod generalem ſatis bonam de his, quae medico circa Indiam occidentalem ſcire intereſt, tractationem contineat, verum ideo

ideo potiſſimum, quod morborum acutorum origines in calidis regionibus non a bile exſuperante atque corrupta, vti hactenus a longe plurimis factum eſt, ſed a ſumma inflammationis vi eius auctor repetat, qui per ſatis longum tempus medicinam in Iamaica inſula exercuit, alias inſulas frequenter viſitavit, continentemque Americae et ſeptentrionalis et meridionalis terram.

De Indiae occidentalis climate primum tractatur. Calor intra tropicos fere ſemper aequalis eſt: eius ſaltem differentia vix noctu dieue 16 graduum (therm. Fahrenh.) eſt. Medius calor in maritimis regionibus 80 graduum eſt. Aeſtatis (a 20mo Martii die, ad 21 Septembris diem) calor ab hyemis frigore vix ſex gradibus differt.

In morbis, quibus recenter in has terras aduenientes corripi ſolent, ſudamina eminent. Non periculoſa ſunt, niſi retropellantur: frigida hinc balnea iis inimica ſunt.

p. 29. Animalium venenatorum rabidorumue morſus non valde frequentes ſunt. Canina praeſertim rabies canes, adeoque etiam homines, rariſſime occupat. In compluribus inſulis canina rabies per L, et quod excurrit, annos non viſa eſt. Anno 1783 rabies inter canes epidemice graſſata eſt, ſponte et abſque communicatione per morſum apud eos nata, ita vt etiam canes in nauibus degentes rabidi euaderent. Multi homines ex morſu interierunt. Nec vllam ad rabiem praecauendam vtilem eſſe putat curationem Cl. Auctor, niſi eam, qua pars demorſa aut cultro, aut exedente medicina deſtruitur. — Solis ictu non multi exanimantur.

Vitae vero genus in calidis regionibus id eſſe debet, vt omnes temperanter viuant: vt ſubitas aëris viciſſitudines refrigeriaque vitent: vt inprimis tranſpirationem non ſupprimant: vt omnem humorem

morem, praeſertim nocturnum, vitent; vt loca depreſſa, vliginoſa, non incolant; vt aquam potent et ſpirituoſos potus parciſſime ſumant: quo plus enim vini ſpirituumque homines potant, eo magis moriuntur. Sacchari ſpiritus aqua plurima temperatus optimum potulentum praebet.

Multi medici omnes acutos morbos calidarum p. 58.
regionum pro putridis habent, et ſane cadauera morbis extincta in inſulis Indiae occidentalis ſubito putreſcunt. Peſtilentiales vero et contagioſae febres in iis non graſſantur, neque aliae febres ad putredinem diſpoſitionem habent. Multum in his regionibus endemia febris *febris neruoſa remittens* eſt, quae ſedem ſuam in neruoſo ſyſtemate habet, neque cum putredinis ſymptomatibus iuncta eſt. Raro petechiae aut aliae efflorescentiae, quae putredinem produnt, in harum febrium decurſu obſeruantur, neque partes, quibus veſicatorium impoſitum fuerat, facile in his febribus gangraeneſcunt.

Menſium fluxus facile mulieribus, nec ſine noxa plurima, intercipitur: abſque noxa vero ceſſat. Interni ſenſus Europaeis in his regionibus viuentibus tam acres, quam in patria non ſunt. Mania, fatuitas rariſſime occurrunt: phthiſis pulmonalis, ſcorbutus, calculus, rariſſimis morbis accenſentur. Calculo adeo in Europa vehementer affectos in his regionibus vix vllum eius ſymptoma pati perſpectum eſt.

Leuiores autem morbi, qui a coeli mutatione proueniunt, quibusque fere omnes expoſiti ſunt (the Seaſoning), curantur partim diaeta enarrata regimineque frigido, partim venaeſectione et aluum laxantibus ſalibus iterato ſumtis.

Si vero errores in regimine copioſi committuntur, dyſenteria, milites praeſertim nautasque afficiens, febres inflammatoriae, ſummusque earum gradus,

dus, flauae febres, homines cum plurimo periculo occupant.

p. 73. Quomodo bellicae expeditiones in occidentali India inſtituendae ſint, ſingulari capite exponitur. Hiſtoriae complures enarrantur copiarum ob tempeſtatis et regionis iniurias magna ex parte dyſenteria aliisue morbis occiſarum. Anno 1780 in continentem Americae terram, vt Hiſpanas prouincias interciperent, 1800 milites mittebantur. Numerus eorum qui redibant ad 380 minutus erat, et ex his adhuc plures moriebantur.

p. 109. Cauſa tam crebrarum mortium ea potiſſimum erat, eſtque, vt tempeſtatis viciſſitudinum regularium nullam aeſtimationem faciant, qui copias in hasce regiones mittunt. Si milites in caſtris omnibus tempeſtatis iniuriis expoſiti perfrigerantur praeſertim humefacto antea corpore, vita eorum ob alui fluxum in ſummo periculo eſt. Loca adeo depreſſiora, paludibus ſtagnisque vicina militum valetudini vehementer obſunt. Expedit hinc expeditiones bellicas in his regionibus ita dirigere, vt in humidam tempeſtatem non cadant taliaque militibus veſtimenta, lanea praeſertim, dare, quae perſpirationem liberam ſeruent.

p. 137. Dyſentericus morbus prae aliis homines in his regionibus vexat, periculoſiſſimisque adnumerandus eſt, quo ſolo interueniente expeditiones, quae plurimum ſucceſſum pollicebantur, interceptae ſunt. Veteres de eo erroneas, falſasque notiones habebant: SYDENHAMO gloria verae de dyſenterico morbo notionis datae debetur. Febrem eſſe dyſenteriam ſui generis in inteſtina introuerſam docebat, parumque eſt aut nihil, quod recentiores opinioni a SYDENHAMO traditae addiderint. Febrilem ſane indolem dyſenterici morbi Noſter ſemper obſeruauit, crebriores deiectiones exacerbationum, minus crebras

bras remiſſionum tempore. Neque dubitare licet, quin dyſenteria inteſtinorum febris ſit, a perſpiratione ſuppreſſa inducta. Nulli anni tempori, nulli diaetae adſtricta eſt, ſed ab occulto atmoſphaerae influxu et a ſubitis aëris tranſitibus pendet, qui perſpirationem ſubito ſuppreſſerunt.

Vti autem communis quaedam cauſa ad inducendos omnes epidemicos morbos neceſſaria eſt, ita ſuppreſſa perſpiratio communem cauſam conſtituit dyſenteriam inducentem. Negari quidem non poteſt, alios quoque ſtimulos huic morbo producendo pares fuiſſe: verum dyſenteria per hos producta neque epidemica erat, neque difficultatem plurimam curantibus eam offerebat.

Perſpiratio obſtructa aut magnam inflammationem, aut magnam debilitatem efficit, plethoramque inducit longe maiorem ea, quae ab aliis cauſis produci ſolet. Cauſae, quae hanc ſuppreſſam perſpirationem ad inteſtina dirigunt, ignorantur.

Curatur autem morbus dyſentericus a communi ſua cauſa, perſpiratione retropreſſa, inductus, per medicamenta perſpirationem reſtituentia. Noxae hinc adſtringentium, purgantium, opiatorum medicamentorum intelliguntur: intelligitur etiam actio aliorum medicamentorum, quae ad dyſenteriam ſanandam crebro adhibentur, neque aliter agunt, quam perſpirationem reſtituendo. Sic ipecacuanhae radix perſpirationem inſtaurat: ſic antimonialia medicamenta poros cutaneos reſerando agunt. Maximam opem IACOBI puluis adfert, qui ſudorem potenter citat, inprimis vbi ſimul noſocomium ita inſtructum aptatumque eſt, vt aegrotantium perſpirationi non obſit.

Curatio dyſenterici morbi generatim haec eſt. Primum vena incidenda, deinde ipecacuanha ad vomitum concitandum et ad perſpirationem adiuuan-

dam propinanda est. Quo facto narcotica medicina datur, deinde, ad intestina expurganda, aluum ducens medicina. Purgatis primis viis sudor medicina ex laudani liquidi SYDENHAMI et vini antimonialis aequalibus partibus, aut IACOBI puluere prouocandus est aegroque regimen tale praecipiendum, vt sudor vniuersalis atque copiosus prouocetur. Si rebellis alui fluxus est, ipecacuanha iterato dari debet. Tandem cortex Peruuianus cum aliis roborantibus, et decoctus quidem, dandus est.

Qui ex morbo conualescunt, perspirationem per tempus aliquod studiose adiuuare debent indusio laneo debitoque regimine.

p. 189. Dysenteria, quae anno 1780 in Iamaica insula grassabatur, adultos occupabat, pueros vero, lethiferus plurimis morbus, angina vlcerosa maligna. Hanc oris collutio ex alumine et vitriolo albo solutis satis probe percurabat, vlcerum putredine mox ablata. Dysenteria milites corripiebat, qui ab Augusto mense vsque ad Nouembrem in castris degebant. Nosocomia neque spatiosa, neque satis frigida erant. Et tamen dysenteria, quae populariter inter milites grassabatur, ne vllum quidem necabat. Conualescentes vero in aliud nosocomium, his vsibus destinatum ducti, in pristinum morbum, aliosque morbos chronicos relabebantur.

Curatio dysenteriae modo iam descripto successit. Perspiratio cum minore difficultate instaurabatur, quoniam autumnali tempore fibrae minus rigidae sunt. Nunquam ipecacuanha vitrumue antimonii ad vomitum concitandum dabatur, nisi aeger in lecto et ad sudorem compositus esset. Tunc subinde omnis medicamentorum efficacia ad cutem versa est. Vitrum adeo antimonii aliaque medicamenta fortiora antimonialia multo minus in intestina, magisque ad cutem agunt, si aeger ea sumit cute

ad

ad perſpirationem praeparata. Vitrum antimonii ſimplex et probe laeuigatum vitro antimonii cerato Noſter praefert.

Si vero curatione dicto modo inſtituta, ſudor non ſequitur, eiusque loco aeger cum plurima corporis agitatione incaleſcit, aut vena incidenda, aut vomitoria medicina exhibenda eſt, ſi metus eſt, ne nimis debilitatus aeger venaeſectionem ferat. Aucta quoque ſubinde ſudoriferae medicinae doſis ſudorem promouet, quem promouere minor doſis non potuerat. Subinde etiam, antimoniali medicina ſumta, ad ſudorem promouendum laudanum conducit.

Acida vegetabilia, fructus horaeos pomaque Noſter in omni dyſenteria ſummopere nocuiſſe expertus eſt. Proprium contagium ſuum dyſenteria non habet. Neque naturae ope facile curatur, niſi artis potens auxilium intercedat.

Haec omnia duabus prioribus partibus exponuntur. Tertia de dyſenterico morbo tractationis parte quid medici ab HIPPOCRATIS inde temporibus de indole atque curatione dyſenteriae ſenſerint, exponitur. Voluit Clmus Auctor, vt legentes ex hac tractatione, quid per ea tempora, quibus medicina culta fuit, medici de dyſenteria ſenſerint, reſciſcerent. Sed neque omnes auctores probatiores excerpſit, neque iuſtam vbique talemque epitomen dedit, ex qua opinio eorum de morbi indole eiusque curandi modis perfecte intelligi poſſent. Hinc etiam Germanicae verſionis, cum plurimo ſtudio elaboratae, editor notatu tantum digna ex his excerptis dedit. p. 227.

Poſt copioſiſſimam hanc de dyſenteria tractationem alia ſequitur breuiorque, *de cauſo Indiae occidentali endemio, ſiue de febre flaua Americana.* Primus ex copioſiſſimis de hoc morbo ſcriptoribus Noſter eſt, qui diriſſimi huius morbi ſimilitudinem cum cauſo veterum docuerit, qui, expugnata opinione p. 361.

de bilioſa et putrida eius natura, inflammatoriae eum naturae eſſe docuerit, eique theoriae accommodatam curationem illius tradiderit.

Cum cauſo veterum flauam febrem conuenire primum, allegatis locis veterum copioſiſſimis, docetur, ex quibus ſane liquet, plurimam eſſe inter vtrasque febres ſimilitudinem flauumque colorem cutis nigrosque vomitus febri Americanae proprios a climate calidiore proficiſci.

Circa veram flauae febris naturam principes, qui de ea ſcripſere, auctores, dubitant. Febrem ardentem bilioſam TOWNE, malignam WARREN, putridam bilioſam HILLARY vocant. Flauam febrem plurimi alii vocant, ſed minus recte, quoniam flauus color cutis neque conſtans huius febris ſymptoma eſt, neque primo iam morbi inſultu ſeſe manifeſtat.

p. 400. Symptomata autem omnia, quibus haec febris ſeſe prodit, probant, morbum illum eſſe ſumme inflammatorium, qui tales inprimis corripit, qui putridis morbis alias non obnoxii ſunt.

Febris autem haec inprimis hos prehendit, qui ex frigidioribus regionibus in calidiores perueniunt. Hi fere ſemper valetudinis ſuae incommodis afficiuntur variis et quidem ſemper naturam ad inflammationem vergentem habentibus. Inprimis autem floridos, aetate florentes, vegetos, cauſus hic prehendit, generatim omnes, qui ad inflammationem diſpoſitionem habent, neque libere perſpirant.

Primum ſymptoma virium ſubita proſtratio eſt, quam rigor ardentiſſimaque febris excipit, cum praecordiorum inflammationis ſignis coniuncta. Elapſis ad ſummum 60 horis poſt hoc inflammatorium ſtadium, alterum ingruit, cuius princeps ſignum cutis primum dilutior, deinde profundior flauedo eſt, cum virium proſtratione plurima et porracea materie per vomitum reiecta. Hoc ſtadium, quod vltra

48 ho-

48 horas raro perdurat, tertium excipit, in quo vires penitus deficiunt aegrique nigra, ſedimento caffeae ſimilia, vomitu emittunt. Aegri ſoluto ſubinde ſanguine per omnes canales excretorios profuſo moriuntur. —

Primum ſtadium, vt iam diximus, inflammatorium eſt, metaptoſeos alterum, gangraenoſum vero tertium a Noſtro vocatur.

Princeps morbi cauſa in ventriculo eſſe videtur, qui in primo ſtadio inflammatur, in vltimo gangraeneſcit. In cadaueribus ventriculum, et non raro ſuperius duodenum inteſtinum ſphacelatum Noſter reperit. Hepar, etſi quaedam ſymptomata eius affectionem docent, non directe afficitur: tamen in cadaueribus hoc morbo (vti et omnibus aliis) extinctorum raro hepar plane illaeſum deprehenditur.

Curationis cardo in ſequentium medicamentorum vſu vertitur: 1) venaeſectionis, 2) purgantium, 3) balneorum, 4) diaphoreticorum, 5) veſicantium et 6) corticis peruuiani.

Si ſymptomata hanc febrem inſtare ſignificantia adſunt, venaeſectione, temperato regimine et medicinae antimonialis diaphoreticae (pulueris Iacobi) vſu morbus praecauetur.

Si vero in primo ſtadio aeger conſiſtit, tunc frigidum regimen praecipere, venam largiter et ad animi deliquium vſque incidere expedit. Sanguis emiſſus rubicundum colorem talemque habet, qui arterioſum ſanguinem referat. Nec inſignis debilitas, quae ad animi deliquium ſaepe accedit, nec alia ſymptomata omnia venaeſectionem copioſam repetitamque diſſuadent.

Qua inſtituta purgantem medicinam dare expedit, non vomitum concitantem, inprimis non ex tartaro emetico paratam, quoniam haec medicamenta ventriculi vires ſaepiſſime deſtruunt, ſpaſmos non

ceſſantes, vomitus continuos, inflammationem inducunt, mortem accelerant. Quo facto aegri corpus in tepidum balneum demittendum eſt, quo ſaepe omnia ſymptomata, diaphoreſi concitata, profligantur. Simul potus emollientes, tepidi, non acidi (hi enim ſemper nocent) praecipiendi ſunt. Ad alui purgationem tartarus vitriolatus cum aqua ſolutus optime inſeruit, aut aliud ſal mediae naturae.

p. 437. Si poſt purgationem alui febris non ſupprimitur, IACOBI puluere, potione RIVERII aliisue huius farinae crebro datis medicamentis ſudorem concitare, factaque intermiſſione febris, corticem peruuianum in ſubſtantia dare expedit.

In altero ſtadio conſtituti euadunt, ſi perfrigerium aut ſudor, aut bilioſa deiectio ſequitur. Vtraque concitare hinc expedit. Tartaro vitriolato ad aluum laxandam palmam prae aliis omnibus medicamentis iterum Noſter tribuit, certe vomitum ceſſaturum adſerit, vbi aeger aluum quinquies aut ſexies depoſuerit. Simul aeger in tepidum balneum demittendus veſicatoriumque praecordiis ipſis applicandum eſt Vomitu ſuppreſſo cortex peruuianus ſtatim dandus eſt.

Tertium ſtadium certam mortem fere ſemper adfert. Conualuiſſe ex eo tamen obſeruat Noſter, quibus aluus per purgantem medicinam cum cortice peruuiano iunctam laxari paſſa eſt.

p. 457. *Tetanus* ſiue *maxillae inferioris ſpaſmus* alium morbum in occidentali India perfrequentem conſtituit. In initio capitis, quo hic morbus pertractatur, fuſe probatur, emproſthotonum non dari, opiſthotonumque tetani ſummum gradum eſſe, ſpaſmumque ſemiuniuerſalem, a quibusdam ſtabilitum non exiſtere.

Naturam huius morbi quod attinet, maxillae inferioris ſpaſmus irritabilitatis ſolius morbus eſſe videtur.

detur. Vidit Noſter hunc morbum motum, et crebro quidem, poſt amputationem, neruis per ligaturam non compreſſis, nigritaeque, qui creberrime eo afficiuntur, neruoſum ſyſtema admodum inſenſibile habent. Neque aetas, in qua nerui teneriores ſunt, huic morbo magis obnoxia eſt. Dolor in corporis ſuperficie, ſi et vehementiſſimus eſt, tetanum nunquam inducit: diriſſima flagra verberaque eum nunquam excitant: excitant vero laeſiones, digitorum praeſertim, viliſſimae.

Poſt chirurgicam operationem quamcunque natus tetanus mortem ſemper attulit: praecauere autem eam licet vulnere probe curato, euacuantibus et cortice Peruuiano adhibitis.

Curatio autem tetani plane difficillima eſt, et quum tetanus poſt diem XIV plerumque abſque omni medicina ſanetur, multi medicinis atque regimini adſcripſerunt, quod naturae tribui debuiſſet. Mercurius proficuus in hoc morbo non eſt, pluresque necauit, quam ſanauit. Peruuianus cortex, moſchus, camphora, aſa foetida, ſaturni ſaccharum, opium, morbum, quem natura leuaſſet, leuarunt, vt plurimum vero non curarunt. Opium tanta copia ſubinde abſque vllo ſomno ab aegrotantibus fertur, vt omni bihorio drachmae quantitate innoxie detur. Generatim omnia medicamenta ad tetanum commendata ambiguae efficaciae fuerunt, et auxilium in quibusdam caſibus attulerunt, in quibusdam vero incaſſum adhibita ſunt.

Magis hinc expedit morbum cauere, quam curare. Vulnerum praeſertim cura diligentiſſime gerenda: poſthac cortex Peruuianus dandus eſt.

Methodus medendi morbo iam praeſenti efficaciſſima et a veteribus iam commendata haec eſt, vt febris artificialis concitetur. Aeger aut in frigidum praecipitatur, deinde, vt ſudor proueniat, in lectum

probe calefactum immittitur, ſudorifera medicina ex vino antimoniato et laudano liquido quoque interne data. Cutis ſi poſt immerſionem incaleſcit, ſpes eſt aegrum euaſurum.

Altera methodus eſt, vt aegro nudo aqua frigidiſſima copioſe et cum vi ſuperinfundatur.

Maxillae inferioris tetanus, qui longe plurimam puerorum partem in Indiae occidentalis inſulis occidit, hactenus per nullam medicinam curatus eſt. Nigitarum pueri ei prae aliis obnoxii ſunt. Cauſa in malo grauidarum et puerperarum regimine, puerorum neglectu fumoſisque conclauibus ſita eſt.

p. 513. *Cancer* in occidentali India rarior, quam in America, eſt. Inteſtini recti gangraena, vteri cancer, aliudque cancri genus, *Bay-Sore* Anglis dictum, in inſulis non obſeruatur. Vteri cancer in Peruuiani regni metropoli, Lima, tam frequens eſt, vt mulieres eius contagio infici putent, ſi ſellae inſideant, cui alia, hoc morbo affecta, inſederat.

Cancri genus, *Bay-Sore* dictum, in Americae regionibus maritimis quibusdam frequentiſſimum hoc modo curatur: emplaſtro diachylon cum gummis alutae inducto mercurius ſublimatus corroſiuus in puluerem redactus copioſe inſpergitur cancroque imponitur. Elapſis XLVIII horis aut longiore quoque tempore parti, detracto emplaſtro, emolliens cataplaſma imponitur, quo facto cancer cum radicibus ſuis ſponte exſoluitur. Vlcus ſuo modo conſolidatur.

Hanc methodum non Noſter ſolum probatiſſimam crebro expertus eſt, ſed alios etiam caſus complures docuere cancrum hoc modo tutiſſime educi. Arſenico haec virtus non eſt, quod ſanas etiam partes exedit, mercurio ſublimato per morbum tantum affectas exedente.

p. 525. *Pictonum colica* multum adhuc, tam in cognoſcendo, quam in medendo, difficultatis habet. Poſt ſecre-

ſecretiones praeternaturales factas in ventriculo et inteſtinis in occidentali India exoritur. In Europa non raro epidemice graſſatur, calidis regionibus endemius morbus eſt. Raro recenter aduenientes occupat, frequentius eos, qui in ipſis his regionibus nati ſunt.

Crebrior tamen olim fuit, partim quoniam terrae melius cultae atque expurgatae ſunt, partim quoniam vſus medicus probatiorem medendi rationem docuit. A plumbo quidem, verum non ſemper, et vix vnquam a plumbo, quod phlogiſticam ſuam partem amiſit, oritur.

Curatio haec eſt: aluum, ſi obſtructa eſt, oleoſo, aut alio miti purgante, ducere expedit, quo facto vero medicamentum dare ex albi vitrioli drachmis tribus, aluminis drachma cum aquae menſura ſolutis. Doſis optimi huius medicamenti modica eſſe debet, neque cochlearis menſuram excedere. Eadem medicina vomitus etiam in hoc morbo pertinaciſſimos ſedat.

Eadem medicina et pectoris morbos a pituitae decubitu et ſanguinis congeſtione efficaciſſime ſanavit. Marinus autem aër ad ſanguinis ſputum praecauendum optime inſeruit. Vidit Noſter aegrum per repetitas haemoptyſes ad extrema fere redactum et perfecte ſanatum naui conducta, in qua per plures annos vitam ſuam degebat.

VI.

A Treatiſe on the venereal Diſeaſe, by JOHN HUNTER. London. 1787. 4. 439. pagg. cum VII. tab. aen.

Prodiit etiam huius libri germanica verſio, hoc titulo:

JOHN HUNTERS *Abhandlung über die veneriſche Krankheit. Aus dem Engliſchen. Mit drey Kupfertafeln. Leipzig.* 1787. 8. 688. *pagg.*

Multa in hoc praeclaro opere leguntur antehac non dicta, diriſſimi morbi cognitionem atque curationem ſummopere illuſtrantia, multa vero etiam, inprimis ex his, quae ad theoriam ſpectant, ingenioſe quidem dicta, et vtplurimum appoſite, verum tamen diligentius exploranda atque cum his, quae in natura hominis aguntur, diligenter conferenda prius, quam pro veris haberi, iisque aut vniverſi morbi curatio, aut pars eius accommodari poſſit. Vniuerſum morbum, tam localem, quam vniverſalem, cum plurimis ſuis formis et varietatibus illuſtris auctor pertractauit, et hoc quidem modo, vt primum, generalioribus obſeruationibus de veneni venerei indole, de variis viis, quibus contagium morbi propagatur, de variis morbi formis etc. praemiſſis, localem primum morbum eiusque formas varias, deinde vniuerſalem pertractauerit. Operis ingenioſiſſimi, multifariae doctrinae obſeruationisque vaſtiſſimae, ſuccinctam, quantum poſſumus, epitomen dabimus.

Introductio operis quaſi fundamenta continet: in hac enim principia exponuntur, quibus Auctor opinionum et coniecturarum partem longe plurimam ſuperſtruxit. Primum *de ſympathia* agitur. Generalis eſt ſympathia, ſi conſtitutio vniuerſi corporis cum ſenſatione ſiue actione quadam in ſympathia eſt, partialis vero, ſi pars aut partes corporis cum locali quadam ſenſatione aut actione conſentiunt, eoque, pro partium nexu inter ſe vario, aut remota, aut contigua, aut continua eſt.

His praemiſſis agitur *de morbis, qui vno eodemque tempore ſimul exiſtere nequeunt.* Summa eorum, quae Noſter adſerit, eo redit, quod in vno eodemque corpore nec duae febres a ſe differentes, nec duo locales morbi in vna eademque corporis parte exiſtere queant: vt autem cum his, quae quotidie obſer-

obſeruantur, reſpondeant, quae adſeruntur, ſcorbutica diſpoſitio tantum per diſpoſitionem explicatur, quae ad affectus exanthemata cutanea producentes admodum prona eſt. Variolarum inſitiuarum ſucceſſus non aequi atque contagia haud raro ambigua morbique venerei poſt ſuſceptum contagium ſubinde breuiori, ſubinde longiori tempore erumpentes, ſatis bene explicantur.

De relatiuis partium corporis humani viribus ratione ſitus et ſtructurae earum S. III. agitur. Axioma Noſtro eſt, partes affectas eo citius in actionem concitari eoque celerius agere, quo magis cordi propinquae ſint, et contra. Variis partibus corporis diverſas, ſaltim quoad gradus, vires eſſe, easque a morbis accidentalibus diuerſo modo affici, hinc oſſa v. g. tendines, ligamenta effectus morboſos longe tardius experiri, quam muſculos cutemue, abſque probatione plurima adſeritur.

S. IV. *De partibus concipiendis ſingularibus morbis inprimis opportunis.* Generalia tantum hic exponuntur.

S. V. et VI. *De inflammatione et gangraena.* Inflammatio Noſtro eſt aucta actio minimorum vaſorum in parte quadam, hoc modo directa, vt 1) partes corporis inter ſe vniantur ſibique adhaereſcant, 2) vt pus generetur, 3) vt a ſolidis partibus partes exſoluantur. Inde inflammationis tres ſpecies, quoad effectus, quos inducit, ſtatuuntur, adhaeſiua, ſuppuratiua, vlceratiua. Mutatio, qua pus in ſuppuratiua generatur, ſecretionis negotio accidere dicitur. Inflammatio Noſtro quum ſit actio aucta virium, quas pars in naturali ſtatu habet, vim ipſam in ſalutari inflammatione auctam putat, in inflammatione vero, quae in gangraenam mutatur, vim minutam praeter naturam, eius vero effectus auctos eſſe putat. Vnicum hinc contra gangraenam praeſidium in cor-

tice

tice Peruuiano (quem tamen ipſe paulo ante noxium, ſaltim inutilem declarauerat) opioque quaerendum eſſe, aliqua interna externaque medicamenta fruſtra adhiberi et cum noxa aegrotantis, adſerit.

His praemiſſis *de veneno venereo* in operis *prima parte* tractatur. Venena morbifica ſtatuuntur ſimplicia, quae aut locum corporis, aut vniuerſum corpus inficiunt, vtroque modo agere nequeunt, et compoſita, quae vtroque modo agere poſſunt. Ex compoſitorum genere eſt, de quo certo dici nequit, num orbis noui aut antiqui ſoboles ſit, cuiusque primae origines eo redire videntur, vt in homine aliquando opportunitas nata fuerit impreſſionis lui venereae producendae idoneae. In homine enim, et in partibus quidem eius genitalibus malignum virus primas ſuas origines habuit.

Natura venerei veneni adhuc obſcura eſt. Prodit ſeſe vtplurimum ſub puris forma, aut purulentae ſecretioni adiunctum eſt, materiemque in aliis ſimilem quum producat, paene ſemper pro inflammationis producto, inflammationem iterum producente, habendum eſt. Alia tamen etiam actio accedat neceſſe eſt, ab omnibus aliis actionibus inflammationem concomitantibus diuerſa, qua ſpecifica in veneno qualitas producatur: indeque etiam ad venenum formandum nec inflammatione, nec ſuppuratione ſemper opus eſt. Propagari vero tantum venereos morbos poſſe per purulentam materiam exempla omnia docent: indeque Noſter etiam viris concumbere cum mulieribus permiſit, quorum penis veneno infectus tabum nondum emittebat: imo contagii metum non valde magnum eſſe putat, ſi gonorrhoea venerea laborantes eluto probe et purgato a pure vrethrae canale coitum cum ſana muliere celebrant. Vnam eandemque eſſe materiam veneream vnumque ſemper eundemque morbum inducere

cere debere, cuius diuerſitates a corporis conſtitutione varia pendent, fuſe et praeclare probatur. Deinde quaeſtio noſtris temporibus vehementer agitata proponitur: num gonorrhoeae et cancrorum venereorum virus vnum idemque ſit. Idem eſſe varia argumenta probant: primum quod cancri venerei in incolis inſularum maris pacifici nati fuerint, quorum materia ſine partium verendarum plenaria corruptione ad eos deferri vix potuiſſet, deinde quod vtrorumque morborum materiae vnum alterumue morbum ex his excitare valeant. Effectus autem veneni tam differentes ſic explicandi ſunt, vt ſecernenti ſuperficiei, quae in vniuerſo corpore naturae vix differentis eſſe videtur, applicatum, gonorrhoeam, non ſecernenti vero ſuperficiei inditum cancrum inducat. Hinc ſi venenum per vulnera in corpus fertur, aut loco applicatur, tenera cuticula obtecto, aut vlceri immittitur, cancer naſcitur. Cauſa vero, cur venenum raro vtrosque morbos in verendis partibus ſimul concitet, in irritatione ſita eſt, qua in alia parte irritatio praeuertitur.

Per eandem irritationem venenum venereum agit, non per fermentationem. Eaque irritatio ſpecifica eſt, cum receptiuitate vis vitalis ad irritationem a venerea cauſa natam excipiendam coniuncta, qua partes ad motus conformes determinantur. Venenum hinc venereum proprio modo agit, inflammationem, ſuppurationem peculiarem excitat, et quidem in hominibus tantum, in animalibus non aeque. Forma, ſub qua apparet venereus morbus, duplex eſt, aut in loco quodam corporis, immediatum morbum Noſter vocat, aut in vniuerſo corpore, conſtitutionalis morbus a Noſtro dictus. Ad prius genus gonorrhoea et cancri pertinent.

Altera parte de gonorrhoea agitur. Si irritans materies ſuperficiei cuicunque ſecernenti applicatur, ſecre-

ſecretio ab ea augetur, ſecretaque materia, qualiscunque fuerit, mutatur, eaque mutatio in gonorrhoea in purulento ſtatu conſiſtit. Hanc ſuppurationem abſque vlla vlceratione praegreſſa, venerea materia aliis etiam ſuperficiebus ſecernentibus applicata exhibet, indeque gonorrhoeae metaſtaſes variae intelligendae ſunt. Tempus autem, quod intra illatam in vrethram gonorrhoeae materiam et ipſam gonorrhoeam intercedit, maximopere differt. Vidit Noſter gonorrhoeam mox a coitu impuro natam, eundemque morbum elapſis poſt contagium diebus XLII erumpentem. In hoc tamen caſu venenum tam diu iners in corpore iacere non putat, ſed inflammationem excitare, cui vero effectus ſuus ad gonorrhoeam ſpecificus, puris generatio nempe, deſit. — Venereamgonorrhoeam a ſimplici diſtinguere non licet.

Effectus autem purulenta materia, quae in gonorrhoea decedit, hos non habet, vt irritantes materiae ea detergantur, hocque modo ipſae purulentae materiae origines praefocentur. Inflammatio per ipſam qualitatem ſuam ſpecificam perdurat neque pure ſoluitur, quod ex vrethra deſtillat, ſoluitur vero vi vitali iisdem effectibus continuandis minus idonea ſenſim euadente, irritatione hinc, eiusque effectu ceſſante. Hinc gonorrhoea iam natura ſua, ob ceſſantem ſenſim irritationem ſcilicet, tollitur, neque vnquam vſum medicamentorum requirit. Hinc explicandum eſt, quod tot medicinis aeque quam nullis, quod cuique methodo medendi gonorrhoea cedat. Quibus ſtabilitis, quae vero etiam vix admitterent, vt a gonorrhoea morbus conſtitutionalis naſceretur, quod, vti notum eſt, experientiae repugnat, Noſter etiam ſtatuit, vix fore, vt gonorrhoea a cauſa venerea nata augeatur, noua etiam materia in vrethram ingeſta: neque fore, vt materia gonorrhoeae

in

in bubonem, cancrum, aliaue vlcera venerea illata, haec in peius mutet, nec vt cancri materia gonorrhoeam, et verſa vice, peiorem reddat. Imo adſerit Noſter vix fore, vt noua naſcatur gonorrhoea, illata etiam in vrethram iam fere a gonorrhoea perſanatam noua virulenta materia.

Nunc gonorrhoeae venereae ſedes, loca atque ſymptomata accuratius enarrantur. In viris ſubinde gonorrhoea glandem occupat, quae materiam tenuem demittit et excoriata eſt (laborare ſecundum Noſtri theoriam deberet cancro venereo, eius enim ſuperficies non ad ſecretorias pertinet). Vrethra vero in viris copioſiſſima eius ſedes eſt. In hac inflammationem excitat, ſymptomatibus ſuis characteriſticis omnibus raro ſtipatam, ſuperficiem tantum (eamque circumſcriptam) occupantem, cum tumore atque voluminis partium augmento raro coniunctam, cuius natura adeo in errore loci humorum tantum, exemplo oculi ſanguine ſuffuſi, conſiſtere videatur. Quae excernitur, materia, tantum ob inflammationem aut auctam, aut minutam, varia eſt.

Inaequalis tenſio, qua virile membrum afficitur, duplex eſt (*chordam* vocant), aut inflammatoria, aut ſpaſmodica. Prior ab adhaeſiua inflammatione, ſeu potius lymphae coagulabilis in altero vrethrae ſpongioſo corpore profuſione ex Noſtri mente naſcitur. Teſticulorum tumor, frequens gonorrhoeae ſymptoma, nunquam vere venereus eſt, ſed vt gonorrhoeae alia ſymptomata, veſicae irritatio, caet. a partium ſympathia naſcitur. Hinc pus, quod ſuppurati profundunt, venereum etiam non eſt. Nec omnes glandularum tumores venerei ſunt: quidam naſcuntur quidem a veneni venerei reſorptione, alii vero ab irritatione originibus vaſorum lymphaticorum applicata naſcuntur, iique bubones non venerei dolorem non tantum, quam venerei, excitant, neque ſuppurari

purari videntur. Tumor vaſorum lymphaticorum in penis dorſo magis a reſorptione pendere videtur.

Ab his tranſitus ad curationem gonorrhoeae eſt, quae perficitur diſpoſitione et agendi modo ſpecifico deſtructis in ſolidis verendorum partibus: hac enim mutata, venenata materiae generatae qualitas ceſſet neceſſe eſt. Quum autem inflammationem vis vitalis continuo non ferat, ſponte ſanari inflammationem, cum eaque gonorrhoeam, inde liquet: medicina vero qui gonorrhoeam ſanare velit, potiſſimum id reſpicere debere, vt inflammationem ſanet, experiaturque num in robuſto aut debili corpore natam, num ſolitam, aut corpus irritabile occupantem inflammationem curandam habeat. Caeterum ad has vtrasque inflammationes ſua methodus praeſcribitur generatimque noua ad curationem gonorrhoeae non proponuntur, qualemcunque enim medendi methodum ad illius curationem ſufficere Clmus Auctor putat. In mulieribus gonorrhoea iniectionum praeſertim ope ſanatur, quae tamen concentratiores ab iis, quam a viris, feruntur.

His omnibus praemiſſis in fine partis alterius de ſymptomatibus, quae poſt curatam gonorrhoeam remanent, multa proponuntur. Eaque ſymptomata vix vnquam a veneno ſpecifico pendent, ſed a cauſis aliis. Pronum enim ad alios morbos venerea labes corpus reddere poteſt, ſcrofuloſa diſpoſitio per venereum venenum magis exſolui poteſt: ſymptomata etiam poſt morbum iam ſuperatum ab effectibus, quos venenum in partes exſeruit, oriri poſſunt. Inflammatio a quacunque alia cauſa nata eosdem ſane effectus induceret, quos a venerea inflammatione oriri obſeruamus. Omnia tamen ſymptomata reſidua ab inflammatione non repetenda ſunt, ſiquidem gonorrhoea ſecundaria ſaepe inflammatione concitata curatur. Multa quoque ſymptomata, ingratae ſenſa-

ſenſationis in vrethra et glande penis exemplo, a morboſa ſympathia repetenda ſunt.

Secundariae gonorrhoeae eſſentia in pure, quod ſuperata primaria gonorrhoea adhuc generatur, ſita eſſe a Noſtro dicitur, partibus conſuetudinem generandi puris retinentibus. Subinde tamen ab aliis etiam morboſis cauſis gonorrhoea ſecundaria naſcitur, a ſcrofuloſo veneno ſane non raro obſeruata eoque deleto per marinae aquae balnea ſublata eſt. A debilitate ſane haec gonorrhoea non naſcitur, quae adeo ſemper cum ſtrictura in vrethra iuncta eſt, et ex ſuperficie vrethrae tantum non ex glanduloſa eius parte prouenit. Curatio vero incerta eſt, neque ſemper eadem, quum a conſtitutione aegri varia ortum ducat. Ex ſpecificis medicinis cantharides naturaliaque balſama commendantur, quae, ſi quid boni ab iis exſpectare licet, laudabiles effectus ſtatim inducere debent. Roborantia et adſtringentia interna medicamenta vix magni vſus fuere: plus effecere conſtringentia externa, inprimis aqua vitriolica coerulea pharmacopoeae Londinenſis. Irritantia externa, adhibenda demum, aliae medendi methodi vbi fruſtra adhibitae fuerunt, cerei praeſertim morbum non raro in parum ſenſibilibus leuarunt. Multum boni etiam effectum eſt ſympathia alio directa: ſic veſicatoria, perinaeo appoſita, non raro morbum curarunt.

Tertia parte morbi exponuntur, qui in virorum vrethra poſt veneream inflammationem oriri dicuntur. Probe notandum eſt, Noſtrum illos generatim pro venereis non habere: licet enim oriantur quidem a gonorrhoea, non tamen pro effectibus ſpecificae veneni venerei qualitatis habentur, ſed potius pro naturali inflammationis cuiuscunque in his partibus effectu. Medela horum morborum generatim non ad veneream labem, ſed ad morbum, qui

adeſt, dirigenda eſt. Cauſa autem, quae efficit, vt vrethra virorum tot malis poſt gonorrhoeam afficiatur, in eo ſita eſt, quod canalis hic, duplici vſui inſerviens, vrinae educendae minus, quam ſemini efferendo inſeruiat.

Strictvrae vrethrae primum copioſiſſime exponuntur. Hae a carunculis aut raro, aut nunquam oriuntur, ſaepiſſime vero a canali coarctato aut penitus intercepto. Vtplurimum vrethra aut per veram et permanentem ſtricturam, aut per ſpaſmum coarctatur. In priore caſu fibrae vrethrae ſtringuntur canalisque arctatur, aut aequaliter, aut inaequaliter. Bulbus vrethrae facillime et ſaepiſſime ſtringitur, influuntque etiam in eam ſtricturam, quae a ſpaſmo non eſt, multae acceſſoriae cauſae, frigus praeſertim aëris, quod ſtricturam ſemper exaſperat. Dilatandae ſtricturae cerei maxime inſeruiunt, dilatando tantum atque cauum magis peruium reddendo agentes, hinc etiam diſpoſitionem ad nouam ſtricturam non tollentes, fere ſemper, citius ſeriusue, redituram. Suppurationem aut cerei, aut infernalis lapis concitant. Applicationem cereorum ſaepe non ſtricturae anguſtia, ſed ſpaſmi impediunt, clyſteribus opiatis, perinaei frictione et pertinacia quadam atque exſpectatione in applicatione ſuperandi. Suppuratio ſi neceſſaria eſt ad ſtricturam curandam, cerei, qui ad dilatationem valde tenues eſſe debeat, craſſiores eligendi ſunt: ſi vero cerei applicari plane nequeunt, infernalis lapis, theca incluſus argentea ſpecilloque affixus in theca mobili applicandus eſt. Eaque per corroſiuum medicamen curatio ipſa dilatatione efficacior eſt. Inſtrumentum applicandique modus fuſe deſcribuntur atque tabulis aeneis illuſtrantur. Subinde cerei nouum in vrethra canalem faciunt, qui fiſtula immiſſa cultello aperiendus, deletaque ſtrictura pone eum exiſtente per cereos, conſolidandus eſt.

Perſe-

Perſeuerante ſtrictura, aut non debite perſanata, nouas ſibi vrina canales parat. Exulceratur ſubinde vrethra pone ſtricturam, vrinaque celluloſam telam verendarum partium petit, quo in caſu aut ſtrictura reſeranda eſt, quod vero raro fieri poteſt, aut ſtricta atque vlcerata pars cultello incidenda. Fiſtula in perinaeo nata ſuo modo curanda eſt. — Proſtatae glandulae tumor, ſenibus potiſſimum familiaris, ſuperficiem internam vrethrae non quidem, vti ſtrictura, minuit, verum potius auget, latera autem canalis vtraque comprimit, indeque veſicae irritationem et vrinae difficultatem producit, ſubinde haec proſtatae portio, quae pone veſicae initia ſita eſt, intumeſcit et valuulae inſtar veſicae oſtium praecludit tumoremque format aliquot pollicum latitudine in veſica prominentem. Haec quanto vrinae atque catheteri impedimento ſint facile intelligitur. Difficillime autem hic tumor, ſi vix vnquam, ſanatur, neque certa eius medendi methodus adhuc conſtat. Cicuta ſubinde atque marinae aquae balnea vtilia fuere: in alio vſta ſpongia morbum leuauit, in aliis ſetaceum perinaeo applicatum tumorem minuit. Multa ex his medicaminibus ſcrofuloſam diſpoſitionem ſuſtuliſſe, eoque modo morbum leuaſſe viſa ſunt. — Veſicularum ſeminalium morbos in aegris ſuis lue adfectis Noſter non vidit.

Morbi autem veſicae vrinariae, ab vrinae interceptione oriundi hi ſunt. I. Aucta veſicae irritabilitas, quae extendi vix patitur, eiusque tunicae ſubinde ad dimidii pollicis craſſitiem, intumeſcunt. Quibus praeſentibus mutua actio veſicae et vrethrae turbatur, veſicaque vbi contrahitur, vrethra non tantum relaxatur, vt vrinam libere transmittere poſſit. II. paralyſis veſicae.

In omnibus vero morbis, vbi vrina pertinaciter intercepta, neque alia emittendae vrinae via eſt, ve-

ſicam perforare et per puncturam vrinam emittere conuenit. Variae viae ad hunc finem excogitatae exponuntur. FLVRANTI methodum Noſter non vbique probat, puncturam potius veſicae in infima abdominis parte, ad pubis oſſa, ſuadet in minus obeſis iisque, quibus veſica vehementer diſtenta eſt. Per anum veſicam perforare, ſubinde non licet ob proſtatam glandulam vehementer tumefactam, quae locum punctvrae vix permittit. Neque ſemper diſtentam tumidamque veſicam a proſtata glandula tumefacta digito in anum immiſſo diſtinguere licet.

Aliae nunc eaeque admodum notabiles verendorum affectiones exponuntur. Prima naturalis muci ex glandulis vrethrae deſtillatio eſt: altera liquorum e glandula proſtata et ſeminalibus veſiculis euacuatio, ſeminalem debilitatem vocant, in qua vero quod euacuatur, non ſemen, ſed mucus glandulae proſtatae ac veſicularum ſeminalium eſt. Impotentia ad coeundum fuſe pertractatur. Eius a manuſtupratione crebras, vti hodie putantur etiam in Germania noſtra, origines Noſter dubias admodum reddit: minus enim a manuſtupratione, quam a coitu, corpus affici putat, vehementius vero affici corpus a coitu cum dilecta femina, minus cum femina, cuius cunnum euacuandi veretri cauſa tantum petimus. Facile perſpicitur Noſtrum argumenta, quibus recentiores ad manuſtuprationis ſumme nociuos effectus probandos vſi ſunt, inuertiſſe iisdemque minus nociuos effectus probaſſe. Prima ſpecies impotentiae a mente pendet, ſi videlicet partes naturalem in modum ſe habent, vir vero operi virili ſufficere ſe vix putat, ob morbos aut maſturbationem praegreſſam: altera a conſenſu effectus diuerſorum organorum generationi inſeruientium inter ſe ſublato. Haec organa in eſſentialia et accidentalia diuiduntur. Teſticulos eſſentiales, penem accidentalem putat.

Prima

Prima conſenſus labes conſiſtit in *inuerſa* harum partium actione, accidentali ſcilicet actione abſque eſſentiali praeſente, altera eſſentiali praeſente, accidentali deficiente, ſiue in illo caſu pene abſque ſeminis eiaculatione rigeſcente, in hoc ſemine abſque penis rigore profluente.

Non quidem in hac ingenioſiſſima pertractatione hoc reſpexit Noſter, quod ſemen in congreſſu cum muliere non ex teſticulis, ſed ex receptaculo ſuo (*veſiculas ſeminales* vocant) euacuetur, quod adeo teſticuli cum pene hoc ſaltim reſpectu directum conſenſum, talemque, quem Noſter perhibet, non habeant, attamen quae de natura atque curatione horum malorum exponuntur, admodum vtilia ſunt. In opio ad priapiſmum ſpecificum auxilium ſaepiſſime fuit, ſeminis profuſionem marina frigidaque communis aqua externe applicata, frigore etiam artificio aucto, ſubinde ſuſtulit.

In vltimo huius partis articulo morbus pertractatur, ante hac, niſi omnia nos fallunt, nunquam deſcriptus, atque ſummopere memorabilis, *teſticulorum* videlicet *tabes*. Glanduloſas quasdam corporis noſtri partes ſenſim contabeſcere in naturali ſtatu obſeruatio docet: eademque docet teſticulos praeter naturam in herniis, ob compreſſionem et alias cauſas, contabuiſſe. Sic aquae in ſcrotum profuſae teſticulum non raro penitus, conſumſerunt. Teſticulos vero, aut abſque alio morbo praegreſſo, aut praegreſſa inflammatione, per reſolutionem feliciter terminata, contabuiſſe, ita vt nulla eorum veſtigia remanſerint, et quidem abſque vllo reliquae valetudinis detrimento, tres, quae copioſe enarrantur, hiſtoriae probant.

Quarta parte de cancris venereis agitur. Quomodo origines eorum a Noſtro proponantur, iam ex ſupra dictis patet. Scilicet venereum venenum

ſuperficiei non ſecernenti atque cuticula ſua obtectae (in hoc ſigno, vti mox perſpicietur, ſibi ipſe contradict Noſter) applicatum cancrum venereum inducit. Eaque vlcera fundo lardoſo, materia in ſpiſſamentum quoddam quaſi coacta, diſtinguuntur. Quae tamen nota non venereis vlceribus tantum, verum omnibus, nullam ad conſolidationem diſpoſitionem habentibus, propria eſt.

Triplici autem modo cancri naſci ſolent: 1) veneno vulneri indito; 2) eodem ſuperficiei non ſecernenti applicato; 3) eodem in vlcera illato. Quocunque modo applicatum fuerit, ſpecificam inflammationem atque ſuppurationem ſemper inducit, facilius vero inficiuntur, quibus in recens vulnus venenum infertur, quam in exulceratas partes. Cauſa vero, cur cancri, gonorrhoeae reſpectu tam raro oriantur (ex quinque infectis vnum tantum cancri infeſtant), haec eſt, quod cuticula cutim contra infectionem tueatur, eaque locum non habeat, niſi vbi naturale hoc integumentum admodum ſubtile exiſtat. Hinc circa frenulum cancri frequentiſſimi ſunt. Symptomata partim a locali affectione, partim ab vrethra atque ſcroto in conſenſum concitatis pendent. — Phimoſis atque paraphimoſis a celluloſa praeputii tela pendere dicitur. De natura, noxis atque curatione horum morborum copioſiſſime agitur.

Vlcera autem ſi a materia venerea producuntur, ea vtplurimum, forte etiam ſemper, tam diu perdurant, donec artificio conſolidata fuerint. Qua in obſeruatione ſummum gonorrhoeae atque cancri venerei diſcrimen ſitum eſt: illa enim et ſponte ſanatur et corpus a venerea labe liberum vtplurimum dimittit. Tamen cancri et gonorrhoea raro aut nunquam penitus venereae indolis ſunt, verum a corporis conſtitutione varias modificationes patiuntur, quae diligenter obſeruandae in curatione ſunt.

Curatio

Curatio duplex eſt. Aut enim cancer deſtruitur per cauſticas medicinas, aut veneno venereo ſpecificae medicinae opponuntur. Generatim duo puncta in curatione probe tenenda ſunt: vt cancer ſanetur corporisque vniuerſalis infectio caueatur. Primum perficitur mercurio aut externe, aut interne, aut ambobus modis, adhibito; alterum cancro ipſo, quantum fieri poteſt, tam cito curato, vt reſorptionis tempus circumſcindatur. Simpliciſſima cancrum delendi methodus per corroſiuam medicinam eſt, qua vlcuſculum aufertur, venenum praefocatur et ex venereo vlcere benignum aliud vlcus naſcitur. Nec multum doloris lapis infernalis inducit, quoniam penis glans vix multum ſentit. Exciſo etiam cancro vulnus breui ſanatum eſt. Si vero metus eſt veneni non penitus deſtructi per externe adhibita mercurialia, cancrum curare et per interne data veneni reſorptionem praeuertere expedit. Qui vero cancros excipiunt probe curatos morbi externi, non ſemper pro venereis habendi ſunt: ſubinde veneno plane deleto conſolidata cancrorum loca iterum vlcerantur, vlceribus nec latitudine, nec celeritate tanta proſerpentibus, ſubinde tamen, pro conſtitutionis natura, latioribus. Lixiuium cum alcali vegetabili fixo paratum, nec non liviuium ſaponariorum ſatis efficax ad curanda ea ſeſe praeſtitit.

De bubonibus quinta parte operis agitur. Ad eorum cognitionem noſtra demum aetas peruenit, in qua lymphatica vaſa accuratius examinata deſcriptaque ſunt. Oritur autem bubo a materia venerea ſuperficiei cuidam applicata atque reſorpta. Eaque materia reſorbetur a vaſis illius partis, cui inhaerebat, aut ſuperficiei tantum applicata, vbi ſubinde, verum admodum raro, reſorptio ſtatim, et omnis quidem veneni, locum habet, quo in caſu bubo venereus, abſque omni alio venereo ſymptomate praegreſſo

greſſo apparet, aut poſtquam gonorrhoeam iam produxerat, aut poſtquam vlcus primum cancrum, aut adeo bubonem, excitauerat. Ex vulneribus etiam reſorptio locum habet.

Abſceſſus omnis in reſorbente ſyſtemate, ſiue in vaſis, ſiue in glandulis ſedem habeat, bubo a Noſtro dicitur, primumque bubonum genus eſt, non in glomeraminibus vaſorum lymphaticorum (*glandulas* vocant), ſed in ipſo vaſorum decurſu ſedem habentium. Hinc tumor inflammatorius vaſorum lymphaticorum penis, quem ſupra memorauimus, iam bubones refert, viditque Noſter in penis dorſo non raro ſeriem abſceſſuum, qui bubones exiguos referebant.

Alterum genus longe frequentius eſt, in glandularum inflammatione conſiſtens. Quumque ab aliis etiam cauſis glandulae tumeſcant, magni momenti eſt noſſe, num a cauſa venerea tumor natus ſit. Multum ad διαγνωσιν confert, quod in venereo bubone vnica tantum vtplurimum glandula laboret, ac quod ſecundi ordinis vaſa lymphatica atque glandulae, primi ordinis glandula a veneno venereo afflicta, non afficiantur. Difficulter inprimis hi bubones cognoſcuntur, qui abſque vllo alio poſt communicatum venenum ſymptomate naſcuntur: quum tamen mox inflammentur atque ſuppurent, ab aliis vero cauſis nati bubones ſerius cognitionis notam quandam offerunt. Scrofulae non raro bubones non venereos producunt.

In curandis bubonibus ad venereum venenum exſtinguendum mercurio opus eſt, externe applicando. In cuius vſu potiſſimum et ſitus bubonis et vaſorum lymphaticorum ad eum decurſus attendendus eſt: vt enim ad affectam glandulam mercurius feratur, quod non aliter, quam vaſorum lymphaticorum ope fieri poteſt, ſummopere intereſt.

Quanti-

Quantitas autem mercurii, quae ingeritur, ſatis magna eſſe debet, quoniam non omnis mercurius bubonem tranſit. Caeterum inflammatio ſuo modo curanda eſt. Neque raro vomitus copioſi concitati bubones ſuſtulerunt.

Mercurii externus vſus etiam ſuppuratione durante continuandus eſt, quae ab aliis ſuppurationibus non differt, adeoque etiam aliam curationem non requirit. Vlcus autem ſubinde aliam eamque a priore diuerſam naturam induit, non raro ſcrofuloſam difficulter ſanabilem. In aliis cutis vehementer affecta eſſe videtur, vlcere amplam ſuperficiem occupante.

Sexta pars tractationem *de morbo venereo conſtitutionali* continet. Oritur haec morbi forma, veneno ex localibus affectionibus in internas corporis partes reſorpto. Subinde, verum admodum raro, abſque locali vitio praegreſſo venenum in internas partes reſorbetur, vbi ſuperficiei, quam aliquo ſenſu internam ſeu ſemiinternam appellare liceret, v. g. penis glandi, applicatum fuit. Etiam per vlcera corpus ingreditur, neque neceſſe eſt, vt vlcera ipſa venerea fiant. Aliae contagii vniuerſalis viae negantur.

Vlcera autem venenum conſtitutionale factum producit, a localis contagii vlceribus et affectionibus diuerſa. Lentius progrediuntur, nunquam cum dolore, aut cum multa inflammatione iuncta ſunt. Neque venenum ex iis vnquam bubonem inducit. Neque ſanguine a veneno infecto omnes humores eodem infecti ſunt, verum potius et in talibus hominibus vlcera naſcuntur non venerea, neque tabum contagioſum profundentia. Neque venenum venereum in interna digeſtionis inſtrumenta ingeſtum noxae quidquam peperit. Neque credibile eſt foetui, quem venerea mater in vtero gerit, venenum

communicari, quoniam pus, ex interna inflammatione in infectis a lue natum, venenum non communicat. Si vnquam morbus foetui communicatus eſt, id per reſorptionem veneni factum eſt, quod ipſius matris genitalia infecerat. Contagium vero vniuerſale factum ordine quodam procedit. Primum alias, deinde iterum alias partes occupat. Primi ordinis partes, quae ab eo occupantur, cutis, amygdalae, naſus, os internum, lingua ſunt, alterius vero periofteum, faſciae atque oſſa. Cauſa, quare hac ſerie partes afficiantur, in frigore ſita eſſe videtur, quod partes ad veneream irritationem diſponit efficitque vt ea celerius progrediatur. Cauſa hinc intelligitur, quare os, nares, cutis tum frequenter a morbo afficiantur, quare oſſa inaequaliter et in hac potiſſimum ſuperficie afficiantur, quae perfrigerio magis expoſita eſt.

Multa nunc eaque admodum curioſa experimenta circa actionem veneni venerei mercuriique exponuntur, ex quibus patet, mercurium effectus quidem veneni, non vero diſpoſitionem ſanare poſſe, mercurialiaque adeo medicamenta vix morbum venereum curatura fore, priusquam eius effectus eruperint.

Symptomata venerea a conſtitutione aegrotantis varie mutantur. Cutis color mutatur eademque facultate nouam cuticulam generandi deſtituitur. — Reliqua morbi venerei conſtitutionalis facti ſymptomata ſtudioſe enarrantur.

Cancri venerei morbusque conſtitutionalis venereus mercurio curantur, gonorrhoea non aeque. Simplicior methodus medendi eſt, morbusque facilius cedit, ſi primi ordinis partes occupauit, difficilius, ſi ſecundi. Mercurius autem certa atque plane ad hunc morbum ſpecifica medicina eſt, omnesque taxandi ſunt vehementer, qui ad curandum hunc morbum alia medicamenta quaeſiuerunt. In vſu mercu-

mercurii reſpiciendum eſt ad vim, quam partes diverſae ad reſorptionem habent, externusque mercurii vſus interno ſemper praeferendus eſt, quoniam cutis ad vitam non tam neceſſaria eſt, quam alimentaris tubus. Duplici autem modo agit mercurius, in conſtitutionem, in quam per irritationem quandam agere videtur, irritabilitatem enim manifeſto auget, deinde in actionem praeternaturalem totius corporis, aut partium, quam ſpecifica vi ſua tollit. Copia, quae ad curationem neceſſaria eſt, exacte determinari nequit, reſpiciendum in ea ad tempus, quo certa mercurii quantitas ingeritur, ad ſuperficiem, cui applicatur, plus vel minus reſorbentem, et ad effectum illius eſt. Inter omnes formas, quibus mercurius adhibetur, vnguenti forma optima eſt.

In altera vltimaque periodo morbi mercurius maiore quantitate in corpus ingerendus eſt. — Non pauca quoque mala durante morbo eiusque curatione ſeſe manifeſtant, pro venereis non habenda. Alia a mercurii vſu pendent vlcuſculorum in tonſillis et palato molli exemplo, quae raro aut nunquam venerea ſunt: alia vlcera, ad certum quendam conſolidationis gradum perducta, non conſolidantur penitus, quoniam corporis et partium affectarum conſtitutio nouam diſpoſitionem nacta eſt, a venerea, mercuriali naturalique diuerſam. Nouos etiam non raro morbos mercurius inducit, et locales, et generales.

Sarſaeparillae radix ſymptomata a venereo veneno pendentia non curat, idemque fruſtraneus ſucceſſus a corticibus mezeraei exſpectari debet. Neque opii vis ad venenum directa eſſe videtur.

Septima parte hi morbi pertractantur, qui ſimilitudinem cum morbo venereo habent, verum tamen pro venereis falſo habentur. In morbis vix ſunt, cum quibus plures in omnibus ſuis formis ſimilitudinem habent, quam venerei. Verendarum partium, teſticulorum

culorum caet. morbi ab acri iniectione, a cereis in vrethram illatis naſcuntur. Vlcera in his partibus a cauſa non venerea ſaepe naſcuntur; ſymptomata etiam ab infectione vniuerſi corporis nata cum aliis morbis conueniunt. Cutaneae efflorescentiae a ſcorbuto, dolores a rheumatica materia, faſciarum, perioſtei, oſſium morbi a cachexia, ſcrofulis, rheumatiſmis oriuntur. Rheumatica praeſertim et ſcrofuloſa materia morbos venereis perfecte ſimiles inducere valent, qui ſi non rite ad cauſam ſuam referuntur, ſi mercurius in iis inconſulto adhibetur, non raro peſſima ſymptomata, et mortem adeo ipſam inducunt. Exempla memoratu digniſſima, eaque admodum copioſa, enarrantur.

A dentibus praeſertim humanis ex viuo corpore exemtis et in aliam viui corporis maxillam translocatis morbi nati ſunt venereos admodum referentes. Curatio adeo antiuenerea non raro in his morbis cum ſucceſſu inſtituta ſuſpicionem veneni venerei hoc in aliud corpus translati non infirmauit. Noſter, qui plura horum morborum exempla vidit, conſtanter obſeruauit localem morbum, poſt dentem artificioſe alueolis inditum, fere ſemper poſt menſem elapſum demum apparuiſſe, internaque ſymptomata ſi ſubſequebantur, ea aut nimis breui, poſt localia, tempore, aut ordine nimis regulari apparuiſſe. Hinc Noſtro quidem credibile eſt, poſt dentes in aliam translatos maxillam morbum ſatis dirum, verum non venereum ſubinde obortum eſſe.

Caſus nunc enarrantur fere omnes morborum, qui poſt hanc cauſam nati ſunt, iisque expoſitis de natura eorum non venerea quaedam proponuntur, quae eo redeunt, 1) quod ex his morbis quidam abſque omni medicina ſanati fuerint, 2) quod in his adeo, quorum morbus mercurio adhibito cedere videbatur, mercurius non hoc modo fuerit adhibitus, quali

quali in venereo morbo adhiberi ſolet; 3) quod fieri non poſſit, vt partes, in quibus ipſis effectus veneni nullus conſpiciatur, venenum alli communicent, tandem quod, num partes inficientes infectae vere ſint, nondum conſtet.

Caeterum monendum eſt, Noſtrum quidem multa protuliſſe noua atque ſingularia, quae vero in Germania noua non erant. SCHWEDIAUR V. Clmus, ex ore forſan optimi viri, iam enarrauerat, quae ab eo in hoc opere fuſius exponuntur. Verſio denique germanica diligenter facta non eſt.

VII.

Deſcriptio phrenitidis et paraphrenitidis Monaſterii in Weſtphalia circa medium menſis martii graſſari incipientium vere contagioſarum earumque factae curationis a FERD. SAALMANN, Medicinae Doctore. Monaſterii Weſtphalorum. Sumtibus Philippi Henrici Perrenon, 1788. 4. pagg. 45.

Deſcriptio ipſa data eſt die 30. aprilis, quieſcente vero paullatim contagii motu adiectum additamentum die 30. iunii. Ex vtroque iam potiora momenta colligamus, hinc inde conquiſita, quum ordinem nonnunquam neglexiſſe nobis viſus ſit Cl. Auctor, ob feſtinationem, quam ipſe confitetur, excuſationem meriturus.

Morbus a 2. aprilis ad 30. iunii vltra 450 homines corripuit, ex quibus 32. exſtincti ſunt, et horum quidem nemo 20. annis minor, licet nulli aetati parceret. Vix niſi infimae ſortis homines tetigit, ſpurcitie quaſi et ſqualore merſos, eoque modo propagato contagio, ita vt in paruula caſa ſimul 5, 8 vel plures afficeret. Plerumque ſubdole inſtar febris catarrhalis incedebat dolore capitis, dorſi, lumborum

rum artuumque, aut peculiari eorumdem laſſitudine; tremoribus artuum, in multis intolerabili manuum, pedum et ſurarum dolore, in quibuſdam vniverſi quaſi corporis ſtupore et rigiditate; dolore, tenſione, anxietate et pulſatione praecordiorum; nauſeis doloribusque grauatiuis ventriculi, quin et vomitu, ſaltim cardialgia, aliquando et torminibus; lingua ab initio alba et plerumque ſicciſſima, raro et paullo ante mortem nigreſcente; ſomni inſolita cupiditate, ſed breuis et inquieti, nec reficientis; moroſitate et iracundia inſolita; nonnunquam oblivione; paruis deliriis; audiendi difficultate; ſtrangulatione, hyſtericae ſimili. Poſt quintum, ſaltem circa ſextum et ſeptimum diem, accedebant deliria, oculi velut ſanguinolenti et lacrymoſi, reſpiratio laborioſior, in nonnullis icteritius color; aluus quibusdam fluida bilioſa, vermes copioſi, quibuſdam faeces bilioſae cum albidis alternantes; ſopores inſoliti; auditus antea difficilis, nunc acutior, nunc iterum grauior; vrina initio pallida, nunc icteritia, nunc repoſita magis nigri coloris, circa mortem interdum atramento ſimilis; ſudor maxime in ſuperioribus corporis partibus: pulſus in plurimis naturali ſimilis; ſanguinis in quibuſdam veſtigia in excretionibus per vrinam, aluum, nares; haemorrhoides caecae. Augebatur ſenſim obliuio et ſopor, accedebant ſingultus, linguae paralyſis, loquendi difficultas, et intra 12. et 20. diem mors.

Acutior morbus, vel ante ſeptimum, vel octauo, nono, aut ad ſummum duodecimo die morte terminatus, plurima ex iam adductis ſymptomatibus, quaedam tamen grauiora, ſub initium offerebat; quarto autem die omnia in peius ruebant: mors aut peripneumoniacorum, aut conuulſorum, aut, poſtquam aliquo modo reſipuerant, obrepente paullatim ſtrepitu et ſtertore pectoris; in morbo praeſertim acutiſſimo lethargi quaſi modo.

Febris

Febris in vtraque ſpecie ſemper parua, interdum quarto die exaſperari viſa, deinde quotidie itemque alternis diebus ſibi reſpondentibus acceſſionibus, rarius eodem die binis, exacerbabatur. Circa incrementum intendebatur interdum, nouusque accedebat algor, vel ſudoris critici, vel purpurae (incertae criſeos), vel mortis praecurſor. Nonnunquam iungebatur vera pleuritis, vel peripneumonia ſymptomatica; emiſſus tunc ſanguis leui cruſta inflammatoria obducebatur, alias plerumque rutilus, non inflammatorius.

Morbus magis adultos, quam iuniores aggrediebatur, funeſtior quadragenariis et aetate maioribus, quam aliis; item antea hypochondriacis et ſubmelancholicis. Mala ſigna erant tremor artuum; muſculorum faciei conuulſio; vrina pelliculoſa, vel pellucida, vel rubra, vel icteritia, vel nigricans; faeces bilioſae ac dein albicantes et foetidiſſimae; mutationes exacerbationibus remiſſionibusque febris non reſpondentes; facies florida, ſubito palleſcens; oculi illacrymantes, conuulſi cet. deſtillatio ex naribus; ſudor poſt vrinas nigras profuſus capitis, ceruicis et dorſi; ſtridor dentium; pulſatio fortis praecordiorum, eaque initio valde tenſa, dein ſubſidentia; flocculorum collectio; haemorrhagia parca narium; conuulſio, maxime linguae paralyſis; tranſitus in peripneumoniam, vel accedentia ſub initium pleuritidis ſymptomata; perpetuae vigiliae, coma vigil, ſoporesque lethargici, praeſertim ſi initio ſtatim obliuio deliriis mixta fuerat.

Bona erant profluuium copioſum ſanguinis per anum, vrinam, nares, quin et pulmones et os; inſomnia, quorum aeger reminiſci poterat; deliria ſomno naturali leuata; ſudores critici poſt exacerbationes febriles; ſurditas paullatim imminuta et ceſſans; declinatio morbi inſtar alius febris acutae.

Criſi

Crisi imperfectae raro et ancipiti omine succedebat purpura; petechiae rarissime, si vnquam.

Signa mortis erant coma vigil breue post praegressum furorem vigiliasque perpetuas; sopores ingraueſcentes cum irritis motibus febrilibus; deglutitio sonora; ingestorum cum tussi reiectio.

Morbi atrociorem gradum nominat Cl. Auctor *phrenitidem cum contagio*, mitiorem *paraphrenitidem cum contagio*. Causſam proximam phrenitidis vulgo incusatam cerebri menyngumque inflammationem non solam putat, sed vel coniunctam vel mox pedissequam inflammationem non diaphragmatis tantum, sed viscerum quoque abdominalium; hanc causſam proximam paraphrenitidis, in consensum dein ducto cerebro. Sectionibus tamen cadauerum nullis de vera morborum sede certiorem reddere se potuit. Causſas praedisponentes in iis ponit, quae circulum humorum in abdomine cerebroque turbant: occasionales in rebus sic dictis non naturalibus et contagio; plurimum ad eos conferre crapulam, praesertim a vino adusto, praegressamque in iuuenilibus annis intemperantiam.

Curatio in initio morbi plerumque communis febrium acutarum: potus largior acidis vegetabilibus et mineralibus impraegnatus, aër liberior, venaesectio, si opus fuerit, repetenda, alui ductio ope clysterum, purgantium, ex quibus rheum vel solum, vel, vbi vermium aderat suspicio, mercurio dulci addito, eximie se commendauit: postea ipecacuanha cum vel sine tartaro emetico, iteratis, si opus esset, vicibus exhibenda; nitrum, sal ammoniacus, adiunctis sulphuris lacte et floribus, antimoniique sulphure aurato; diarrhoea in principio neutiquam compescenda; vesicantia mature ceruici et suris applicanda diuque aperta seruanda. In incremento morbi prudenter de iterandis sanguinis missione et vomitorio

mitorio ſtatuendum; poſterioris loco frequentius kermes minerale in refracta doſi ſumme proficuum fuit. Camphora interne et in clyſteribus antiphlogiſticis. Vinum acidum, potiſſimum rhenanum. Cortex peruuianus antiphlogiſticis et antiſepticis nuptus, interdum etiam leniſſimis rhabarbarinis. Vera febris intermittens interdum ſubſequens cortice profliganda, qui etiam ſatis diu conualeſcentibus exhibendus eſt, iunctis ſimul martialibus ad praeuertendum morbum hypochondriacum ipſumque delirium melancholicum.

VIII.

Deſcriptio pleuritidis, peripneumoniae, pleuropneumoniae, et anginae eorumque curatio propoſita a FERD. SAALMANN, Medicinae Doctore. Monaſterii Weſtphalorum. Sumtibus Philippi Henrici Perrenon, 1789. 4. pagg. 106.

Praemiſſa introductione de anima rationali, hominis prae reliquis rebus creatis praerogatiua, deque eius facultatibus harumque turbatione (quam quidem integram hic abeſſe potuiſſe perſuaſum nobis eſt,) pleuritidis ſiccae ſiue verae, pleuroperipneumoniae, peripneumoniae verae ac ſpuriae ſigna, cauſſas, prognoſin et curationem enarrat Cl. Auctor, pleuritidemque ſpuriam ſubiungit, quum autem morbos hos, quatenus pectori proprii ſunt, tantum pertractare conſtituerit, bilioſae prorſus nullam mentionem facit, neque praefixas ſibi materias plane exhauſiſſe nobis viſus eſt, licet ea, quae propoſuit, ſatis accommodate dixiſſe conueniamus. Subiungit poſtea, eodem, quo in libello antecedenti fecerat, modo HIPPOCRATIS de his morbis prognoſtica, quod

etiam in breuiori, quae inſequitur, de angina tractatione praeſtitit. Pauciſſima, attentionem noſtram promereri viſa, trademus. Omnium morborum inflammatoriorum pectoris frequentiſſimus eſt pleuroperipneumonia (ſeu pleuropneumonia, vti vocat Cl. Auctor), ob frequentem pulmonum cum pleura concretionem, ſiue naturalem, ſiue a variolis, morbillis, aliisque febribus exanthematicis relictam. Catarrhus ſuffocatiuus nihil aliud eſt, quam ſumme praeceps peripneumonia, ſaltem cum peculiari quorumdam thoracis muſculorum reſolutione. Cruſta inflammatoria probabiliter nihil aliud eſt, quam gelatinoſum ſanguinis principium quantitate excedens, plurimam partem ex victu animali oriundum, per glebulas facile coagulandnm, in ſyſtemate primum venoſo et multa ex parte in primis viis formandum, dein vero maiori ex his affluxu non ſolum, ſed etiam ipſis in febribus augendum et tandem per omne corpus diffundendum. Morbi hi hyeme non ob ſolum frigus, ſed etiam ob victum ex carnibus defectu herbarum recentium nimis auctum frequentiores ſunt. Inde quoque ſtatim ſub initium laxantia ſalina, lenia rhabarbarina (?) commendantur. De venaeſectione, praeſtantiſſimo remedio, eiusque limitibus et vſu: plus ea praeſtari, quam reſoluentibus quibuscumque (inter quae ſpiritum tartari, mixturam ſimplicem, camphoram, liquorem c. c. ſucc. inuenimus, antimonialia vero et gummi ammoniacum fruſtra quaeſiuimus: Cl. Auctor tamen ipſe ad alios ſcriptores materiaeque medicae penum lectores ablegat). In operationem empyematis parum fiduciae collocat, eam tamen ſuadet, ne aliquid neglectum videri poſſit.

IX.

THEOPHILI EHRHART, vtrius (*vtriusque*) Medicinae Doctoris, liberae S. R. I. ciuitatis Memmingenſis phyſici extraordinarii, et obſtetricatoris iurati, Tractatus de aſphyxia neophytorum. Memmingae, apud Andraeam Seyler. MDCCLXXXIX. 8. mai. pagg. 50.

Bona et vtilis compilatio, in cuius cap. I. praemiſſis nonnullis de aſphyxia in genere, cap. II. ad cauſſas eiuſdem in neophytis progreditur Cl. Auctor in duas potiſſimum claſſes redigendas: cordis deliquium vel apoplexiam et ſuffocationem, cum ſingulari quadam principii vitalis perturbatione, et ingentem praegreſſam exinanitionem ſiue aliud virium diſpendium. Ad priorem cap. III. pertinent cauſſae laborioſi partus in ſitu vel ſtructura fetus, vitiis pelvis, praepoſtero forcipis vſu, nimis praecoci deligatione funiculi vmbilicalis, muco in faucibus haerente, aëre impuro; ad alteram omnia, quae matri vim inferunt, praeterea funiculus in vtero diſruptus, nodoſus cet. Tunc cap. IV. ſigna diagnoſtica aſphyxiae et mortis proponuntur. Cap. V. prophylaxis cauſſis antea enumeratis accommodata, et cap. VI. auxilia vitam illam minimam in perfectam reducentia traduntur, cum generalia, vbi inprimis laudantur inflatio aëris dephlogiſticati, potiſſimum auctore Cl. BLECH *), reiecta inflatione aëris iam reſpirati; embroche, a Cl. AEPLI inſigni cum emolumento adhibita, infante antea in labro aqua tepida repleto, et tunc, hoc ex eadem eleuato, ex altitudine 10–12 pedum ex vaſe apto delapſis in ſcrobiculum cordis guttis aquae frigidae, iunctis ſimul alterna lenta tractatio-

*) Diſſ. de aëris dephlogiſticati vſu in aſphyxia. Goett. 1784.

ctione funiculi vmbilicalis, frictione plantarum pedis, aliisque excitantibus; et electricitas, potiſſimum ſecundum Cl. HVFELAND *): tum ad ſingulares cauſſas directa. Cap. VII. vlteriorem neophytorum ab aſphyxia reſtitutorum curam exponit, ac denique de feotubus praematuris ſeruandis quaedam ſubiungit.

X.

C. L. HOFFMANNI, Med. D. Electoris Moguntini archiatri et conſiliar. intimi etc. Opuſcula latina medici argumenti ſeparatim prius edita, nunc vero in vnum collecta, typis repeti curauit et praefatus eſt HENRICVS CHAVET, Monaſterii Weſtphal. Apud Frider. Chriſtian. Theiſſing. 1789. 8. pagg. 344. ſine ded. praef. et conſp. argum.

Gratum procul dubio Cl. CHAVET lectoribus hac collectione donum exhibuit, neque vlli dubitamus, ſimiles eumdem gratias tomo ſecundo propediem edendo, qui latinam verſionem tractatus de ſcorbuto **) praemiſſa doctrina de corporis humani organis purificantibus ſit complexurus, opuſculis item Ill. Auctoris germanicis medici potiſſimum argumenti colligendis promeriturum eſſe. Opuſcula autem hic ordine chronologico diſpoſita ſunt haec.

I. *Diſſertatio inauguralis phyſiologica de auditu, praeſide* S. P. HILSCHERO, *Ienae* 1746. Ill. Auctor, HAMBERGERI diſcipulus, methodo mathematica eam conſcripſit, hiatum Riuinianum in plurimis brutorum ſubiectis vidit, neque ergo de eius exiſtentia in

*) Diſſ. ſiſtens vſum vis electricae in aſphyxia experimentis illuſtratum. Goett. 1783. 4.

**) vid. comm. noſtr. Vol. XXV. p. 432.

in homine dubitat. Membranae tympani motum non muſculis mallei, ſed vibrationibus meatus auditorii adſcribit; oſſicula auditus vectem conſtituunt, cuius hypomochlium incus eſt. Tuba Euſtachiana neque tempore ſoni, neque alias aërem tranſmittit; quosdam enim ore aperto melius quam clauſo audire, a tremoribus aëris, dentibus et palato impreſſis, proficiſcitur: potius igitur euacuationi liquoris in cauitate tympani ſecreti deſtinata videtur. Aër ex labyrintho in cauitatem tympani et vice verſa tranſgredi nequit: prior ergo vibratione oſſium et ſtapedis ad feneſtram oualem applicatione comprimitur, inque neruis ſenſum excitat, quod fuſius poſtmodum explicatur. Aëris in labyrintho origo ab humiditate eumdem irrorante deriuatur. Ceruminis primarius vſus in humectando meatu auditorio ponitur.

II. *Diſſertatio medica de attrahentium nempe rubefacientium veſicatoriorum fonticulorum et ſetaceorum actione vſu et abuſu, reſp.* CAR. HOFFMANNO, *Burgo-Steinfurti* 1759. Reſpondentis nomine conſcripta nobis viſa. Primo rubefacientium claſſes: 1) ſuctus et cucurbitulae; 2) frictiones et fuſtigationes, v. c. excutiis et vrticis; 3) acria cuti impoſita; 4) picatum et dropax; 5) ignis, quorſum et moxa referenda: frigoris potentia obiter tantum memoratur, quum eodem ſcopo rubefaciendi vti non ſoleamus. Dein de veſicantibus, nonniſi gradu acrimoniae a rubefacientibus diuerſis. Tum de fonticulis et ſetaceis. Quatenus haec omnia attrahentium nomine digna dici poſſint. Communis rubefacientium effectus inflammatio in cute ab irritatione producta. Inflammationis theoriam non poni poſſe in ſanguine ſpiſſo extremitates arteriarum obſtruente. Vaſa cutanea irritata ibi praecipue ſpaſmodice contrahi, vbi extremitates arteriarum colligantur et in vaſa venoſa tranſeant: ibi enim non ſolum minorem ſanguinis p. 61.

actionem, ſed etiam vaſa circa has inſertiones eſſe robuſtiora, ideoque ob maiorem numerum fibrarum, irritatione aequali, maiorem ad contractionem conatum; inde earum debilitatem et extenſionem. Quantum momentum poſitum ſit in maiore vel minore ſenſibilitate partis, cui rubefacientia vel veſicantia applicantur. Particulae acres cantharidum, a materia perſpirabili ſoluta, vaſa minima cutanea corrodendo efficiunt effuſionem humoris ita inquinati inter cuticulam et cutim, qui fibras et vaſa caetera corpusque reticulare deſtruit et epidermidem elevat; collecti vero humoris per foraminula cutanea egreſſum cum contractio vaſorum horum diſruptorum, tum deficiens a tergo impetus prohibet. Veſicae ab igne excitatae eadem origo a deſtructis vaſis et corpore reticulari. Menſura collecti ſub veſica humoris. Differentia humoris tenuioris per veſicantia collecti, et puriformis per fonticulos et ſetacea, quia in his vaſa etiam ſanguifera deſtruuntur. Affluxus humorum ab irritatione auctior. Remedia iſthaec igitur vi attractrice deſtitui, neque inde malignos humores ſpeciales morborumque materias euacuari; hoc etiam inde patere, quod optime agant in ſanis, et ſpontaneam ſiccationem fonticulorum et vlcerum vel a ſenſibilitate cutis imminuta, vel a minore humorum propulſione, vel ab vtraque cauſſa proficiſci. Neque imminuendo maſſam humorum opem ferre, quae aliis euacuantibus melius minusque dolorifice praeſtari queat. Neque tutum ſemper euentum ab acrium reſorptione in ſanguinem. Quicquid ergo efficiant, a ſola irritatione pendere, qua motus fibrarum non ſolum augeri, ſed plane deperditus reſuſcitari poſſit. Inde febris vulnerariae ortus: veſicantium in principio febrium continuarum noxa, viribus autem languentibus vtilitas. De irritatione ſpeciali in paralyſi; electricitas in ea

ſimul

ſimul adhibendae vſus: in atrophia partiali et vniverſali a debilitate, adiuuanda motu conueniente caet. De morbis partialibus, reuulſione per irritantia ſanatis. Fibrae actionem nonniſi pro gradu irritationis increſcere, et tunc demum augeri, quum maior praecedente accedat irritatio. Irritationis propagatio. Quatenus eadem dolor alterius partis tolli poſſit. Efficacia veſicantium lateri dolenti impoſitorum; in tuſſi et aſthmate. Fonticulorum et ſetaceorum in variis morbis vſus. Podagrae effectus reuulſione ab irritatione minuuntur.

III. *Proluſio nouam proponens methodum calculum veſicae ſine periculo in maribus ſecandi, Burgo-Steinfurti* 1760. Suadetur eo in loco, vbi apparatus magnus applicatur, ſuper catheterem ſulcatum ſectio per cutim vſque in vrethram tanta, quantam magnitudo lapidis requirat, collo tamen veſicae et parte quadam vrethrae illaeſis. Sic vrethra breuior redditur, quam eſt in feminis, et pariter ac in his vna cum collo veſicae extenſionem admittit, quae vtrum protinus poſt ſectionem, an tardius ſuppurationis tempore ſuſcipi debeat, experientiae relinquendum. Loco turundarum autem ex radicibus vel ſpongia proponitur lamina tenuis ferrea multoties conuoluta, vt canalem formet, cochlea applicata pro arbitrio magis magisque dilatandum, quae, vna cum partibus extendendis oleo inuncta, applicetur. Extenſione ſufficienter praeſtita ad extrahendum calculum ſuadetur forceps roſtris ſatis longis tenuibus, ad ſcopum curuatis, inſtructus: roſtro quouis ita bifido, vt in fiſſura margo abſciſſae veſicae bubulae vel ſuillae aut ſacci ex corio tenui firmari poſſit, qui ne recedat, roſtra cochleis muniri poſſunt; margo ita fiſſuris interponendus, vt roſtra ſufficienter aperiri queant. Roſtra ergo per dilatatam vrethram in veſicam immittenda, tumque ope manubriorum p. 157.

ſaccus forcipi adfixus, oleo exterius inunctus, aperiendus, quo calculus excipiatur, clauſisque roſtris blande extrahendus. Hanc methodum, enarratis commodis eiuſdem prae conſuetis medendi rationibus, chirurgis tentandam commendat Ill. Auctor, cum ſibi ipſi periculi faciendi opportunitas non contigerit.

IV. *Proluſio, qua oſtenditur medicos reipublicae eo eſſe praeſtantiores, quo, ceteris paribus, plures incolarum quotannis moriuntur*, *Burgo-Steinfurti* 1761. A maiori hoc numero non tam ad ſterilitatem, quam ad fertilitatem et praeſtantiam artis eſſe concludendum: quum enim medici homines immortales reddere nequeant, neceſſario, numero incolarum aucto, etiam mortuorum numerum increſcere oportere; nobis plura remedia aduerſus morbos epidemicos et contagioſos praeſto eſſe, quam veteribus, quod variolae et morbi cutanei doceant.

V. *De artis ſalutaris certitudine* oratio aeque ac duae proxime ſequentes prima vice in lucem publicam prodiens. In exordio vis praeiudiciorum aduerſus veritates ratione demonſtratas in ſcientia naturali exemplis aliquot oſtenditur, idemque argumentum in tractatione ipſa ad medicinam transfertur. Cur ea a tot tantisque hominibus incerta habeatur, partim in manca plurimorum cognitione, partim in earum tantum rerum commemoratione, quae nondum ſatis detectae ſunt, poſitum eſt. Diſſenſus medicorum fontem praecipuum eſſe inuidiam. Neque in theologia aut iurisprudentia omnia eſſe plana et confecta. Effectus medicamentorum certos eſſe, agendi ratione licet non perſpecta. Ingratos ergo eſſe, qui ſanitatis praeſidiis inſtructi eadem flocci pendant et contemnant.

VI. *Diſquiſitio, an malae conformationes foetuum, labia leporina, excreſcentiae variae, naeuique materni a ma-*

a matris imaginatione originem ducant. Negatur, cum propter conformationem embryonis iam a primis temporibus vitae illius factam, tum quod eidem nullum aliud cum matre commercium conceſſum ſit, quum per funiculum vmbilicalem, ideoque, ſi mutatio accidere poſſet, huius effectus generales eſſe oporteret, non in vno tantum alteroque membro terminatos. Cauſſa quaerenda in principio indiſcernibilium: huius autem ratio nos latet. Epilogus admodum lepidus.

VII. *De concoctione ciborum in ventriculo humano.* p. 209. Non in coctione ope ignis, nec in contritione mechanica, ſed in ſolutione alimentorum per liquores conſiſtere. Vſus doctrinae huius partim practicus ad diiudicanda et tollenda vitia appetitus, partim moralis ad intellectum ad indaganda opera diuina attentiorem reddendum.

VIII. *Diſſertatio medica inauguralis inquirens cauſam perfectae depletionis vaſorum maiorum in cadavere detectae, auctore* FRID. FORKENBECK, *Harderovici* 1764. (Hanc, vti ſubſequentes Cll. WIRTENSOHN et FRIES, vtpote conſilio, hortatu, vel opera Ill. HOFMANNI confectas, Cl. Editor, conſentientibus auctoribus, iure ſuo hic inſeruit.) Hiſtoria ex Ill. DE HAEN *) depromta eſt: explicatur ex ſanguine in vaſa capillaria tranſgreſſo, quorum diametri in cadauere creſcunt, et quae humores quoſcunque, grauitate ſpecifica ipſa non ſuperantes, ſuſcipiant; ſanguine praeterea fluido atque diſſoluto a valuulis venarum non retento. p. 229.

IX. FRANC. IACOBI, *Med. Doct. deſcriptio methodi mercurium ſublimatum corroſiuum tutius copioſiusque exhibendi, Monaſterii Weſtphalorum* 1772. *et iterum* 1785. (ſtilo paſſim immutato adiectisque notulis aliquot a Cl. Editore. Praefatur Cl. IACOBI litteris p. 243.

*) vid. Comm. noſtr. Vol. XII. p. 137. 138.

teris Ill. HOFMANNI 1772. ad ſe datis, in quibus enarrat, qua ratione ad inueniendam hanc medicamenti formam, iam merito vbiuis ſub nomine *pilularum maiorum* HOFMANNI celebratiſſimam delatus fuerit, qua ratione et ſub quibus cautelis eadem vtatur, et quos inde effectus perſpexerit. Cl. CHAVET monet, in ſyſtemate neruorum mobiliori commode admiſceri opium, cura praeſertim habita, vt aluus reſpondeat; addita exempli loco formula ex mercurii ſublimati corroſiui et laudani opiati ſingulorum granis decem, accurate in aquae menthae piperitidis quantitate ſufficiente ſoluendis, qua ſolutione micae panis grana centum humectentur, et pilulae centum inde formentur. Idem ad laudandum remedium hoc locum ex Cl. VOGLERO *) adducit.

p. 265. X. *Diſſertatio medica inauguralis, demonſtrans opium vires fibrarum cordis debilitare et motum tamen ſanguinis augere, auctore* CAR. IOS. WIRTENSOHN, *Harderouici* 1775 **). Libelli, qui attentionem medicorum iam ſatis in ſe traxit, ſimulac prodierat, contenta paucis tantum indicaſſe ſufficiet. Praemiſſa explicatione, quid intellexerint veteres, quum opium quarto gradu frigidum dicerent, paucis repetuntur experimenta WHYTTII ***), quibus ſimilia inſtituit Cl. Auctor, eo obſeruato diſcrimine, quod corda exſecta

*) Pharmaca ſelecta, obſeruationibus clinicis comprobata, edit. 2. Wetzlariae 1788.

**) Edit. altera Monaſterii Weſtphal. 1775. 4. Teutonice prodiit opera Cl. FEHR (non FOHR, vt vocatur in comm. noſtr. Vol. XXV. p. 367. 732.) Caſſellis 1778. 8. Ex hac verſione ea mutuatus eſt Cl. Editor, quae Cl. FEHR addiderat reſponſionis loco ad dubia in celebratiſſimo illo diario (*Allgem. deutſche Bibl. B.* 29. *S.* 142. *ff*) mota.

***) Vid. Comm. noſtr. Vol. VII. p. 87. ſequ.

ſecta ranarum, quibus opium ingeſtum fuerat, debiliora quam in ſtatu naturali apparerent, ſin autem aperto tantum corpore, vaſis neruisque integris connexa, inſpicerentur, viuidius agerent. Quae diuerſitas phaenomenorum, adiunctis iis argumentis, quod opium a Cl. Auctore aſſumtum aegrisque propinatum pulſum manifeſte intenderit, quod idem apud gentes orientales ad ſitim aeſtumque compeſcenda adhiberi legatur, imo experientia teſte nonnunquam ſudores colliquatiuos hecticorum coërceat, dubium reliquit Cl. Auctorem, quid de actione opii ſtatuendum ſit: quare traditam ſibi ab Ill. HOFMANNO explicationem hic proponit, in regula mechanices fundatam: „vires mouentes augeri, ſi quidem vi agente aut eadem manente, aut aucta, reſiſtentia ſimul magis imminuitur. "Corde exſecto, reſiſtentia nulla ſupereſt a ſanguine, et in hoc caſu fibrae eiuſdem, in quas tunc ſolas agit opium, manifeſte debilitantur. In vaſis autem opium motum excitare debet vel ſanguinem reſoluendo, vel imminuendo contractilitatem vaſorum, vel vtrouis modo: prius non fieri, docet effectus potentiorum reſoluentium ſalinorum, motum ſanguinis non augentium; ergo auctior iſte motus ab imminuta reſiſtentia, a contractilitate vaſorum ſanguiferorum pendente, repetendus eſt. Vaſorum ſanguiferorum irritabilitatem cum imminutione ipſorum increſcere, ex pallore poſt praegreſſum terrorem, iuncta ſimul palpitatione cordis, ex ſuppreſſis ab eadem cauſſa menſtruis, ex cohibita ab aëre frigido perſpiratione patet. Vires vitales fibrarum cordis conſtantia et durabilitate longe ſuperant omnes alias fibras irritabiles: opium ergo cordi tam cito nocere non poteſt, quam aliis partibus. Patet inde, ſub quibus conditionibus illud cordis et ſanguinis motum non augeat, ſed imminuat: vaſis nempe minimis iam inſignem virium vitalium iacturam paſ-

ſis

ſis amplioribusque redditis; item mortis ab eodem ratio. Virtus eiuſdem diaphoretica: quibus ſub conditionibus eadem adiuncto aromate iuuanda. Eiuſdem vis refrigerans: vſus in febribus. Quatenus alias excretiones ſupprimat: ipſarum reſtitutio ope eiuſdem, ſi ſpaſmus in cauſſa fuerit, exemplo iſchuriae et obſtructionis aluinae. Quando eidem in inflammationibus ſit locus: exemplum in hernia incarcerata. Inſignis curatio febris intermittentis cum ſopore et catalepſi, ab Ill. HOFMANNO largioribus laudani liquidi doſibus ſubiunctisque clyſteribus ex cortice peruuiano peracta, ſimilisque, Cl. Auctore teſte autopta, aliaque catoches, eodem remedio ſanatae.

p. 327. XI. *Diſſertatio pathologica inauguralis de geneſi materiarum febres inflammatorias et lentas excitantium*, *auctore* PHIL. ADOLPH. FRIES, *Harderouici* 1779. Cauſſam materialem febrium inflammatoriarum, gangraenae, ſphaceli, in partibus affectis gigni et inde in ſanguinem reſorberi: inde etiam patere effectum topicorum aduerſus gangraenam et ſphacelum ad vincendum morbum ipſum alias funeſtum. Febris lochialis in tranſitu tantum mentio fit, num autem variolarum eadem ſit ratio, dubitatur. Similis origo febris lentae ex vlceribus. Materiae febrium intermittentium et meſentericarum itidem non in maſſa humorum circulantium generantur: alia vero ratio eſt febrium a retardatis aut ſuppreſſis excretionibus, vti perſpirabilis materiae et vrinae.

XI.

De febri noſocomica, auctore SEBASTIANO CERA, M. D. Mediolani MDCCLXXXIX. Apud Ioſeph. Galeatium, regium typographum. 4. pagg. 120.

Tertia

Tertia libri vtilis editio *), eaque ſuaſu IOHANNIS GALEATII, DVCIS SERBELLONII, qui noſocomio magno mediolanenſi cum laude praeeſt, tractatu de febre rurali epidemica eius regionis aucta. Fructus ille eſt obſeruationum per viginti annos in hoc noſocomio factarum. Febris eſt ſpecies quaedam p. 1. peculiaris acutae, ad putridam maxime accedens, endemia vti febris carcerum, nauium, caſtrorum, plurimos vna vel altera, rarius tertia vice corripiens. Principio ſubdole et ſub ſpecie morbi catarrhalis benigni inuadit, adeo vt raro a primo morbi die ſupputatio inſtitui poſſit, ſed a die decubitus deſumenda ſit. Diagnoſtica ſigna potiſſimum ſunt in principio magna virium iactura cum parua febri, et congeries gaſtricorum ſymptomatum conſuetis remediis reluctantium. Tertio autem vel quarto decubitus die apparentes peticulae characterem morbi produnt, ſimulque primum ſtadium decernunt, ſaepius inflammatorium, praegreſſis tamen ſignis ſaburrae in primis viis: poſt ſeptimum ſaepe diem ſymptomata inflammationis fere euaneſcunt, perſiſtentibus gaſtricis, grauioribusque putridis apparentibus, ſtupiditate, comate vigili, alui fluxu, tumore abdominis, praecipue aucto quum diarrhoea ſponte vel arte ſiſtitur, in grauiore caſu dolore hypochondriorum faecibusque olidiſſimis; peſſima vero ſymptomata ſubſultus tendinum, ſpaſmus, tetanus, adeo vt morientes conuulſi pereant. Febris in principio paroxyſmos intermittentis ſeruat, cortici tamen peruuiano non cedentes; at in decurſu continua fit et grauior, tunc tamen plerumque in ſalutem terminatur. Vrinae initio morbi ſaepe crudae aquoſae, per plures dies perſeuerantes, morbum diuturnum affectusque ſpaſticos praenunciant; ſaturatae, paucae, abſque ſedimento, ſubito limpidae redditae, delirium. In ſanatis

*) Primam Comm. noſtr. Vol. XXVI. p. 190. adduximus.

natis plerumque quarto die circiter citrinae cum ſedimento tenui et albicante. Iſchuria in progreſſu morbi frequens, caute percontanda, num renalis, an veſicalis ſit.

p. 6. Communicationi morbi praeter aërem inquinatum prauumque victum inprimis fauent decubitus in lecto, quo vel antea vſus eſt aeger vel adhuc vtitur, aëris ab aegroto exhalati inſpiratio, veſtimenta. Diuerſitas conſtitutionis durationisque morbi a cauſſarum concomitantium, anni temporis, epidemicae conſtitutionis diuerſitate: voraciores vinoque magis indulgentes, item meticuloſi, venerei, ſtudiis nimium addicti, grauius afficiuntur, phyſica autem hypochondriaſi laborantes vtplurimum immunes manent, forte ob acidum putredini reſiſtens. Aliae cauſſae ſunt aër non renouatus, aegrorum cum ſanis cohabitatio, ſitus noſocomii ad meridiem, iam vero verſus ſeptemtrionem cum fructu mutatus, et maior minorque morborum putridorum vno eodemque tempore in noſocomio occurrentium numerus. Degeneratio in morbum chronicum et mors ſaepe robuſtioribus prae infirmis ſuperueniens abuſui phlebotomiae debetur.

p. 10. Cauſſa interna in primo ſtadio ſaburra gaſtrica et leuis craſis phlogiſtica, in ſecundo putridum acre in vniuerſa humorum maſſa, plurimum neruis infenſum. Interdum autem febris genuina inflammatoria in noſocomio oritur, ſollicite a frequenti putrida diſtinguenda: ipſi tamen morbi hi facilius in putridos vertuntur. Vermes febris noſtrae cauſſam peculiarem non conſtituunt, licet non negligendi, quum adeſſe conſpiciantur. Animus infirmior et geneſi et diuturnitati morbi fauens. Complicatio potiſſimum cum ſcorbuto et phthiſi, diuturnitatis et grauitatis morbi cauſſa; item cum morbo venereo, qui tamen, naturae artisque viribus ſufficientibus,

vna

vna cum febri profligatur. Cauſſae putridam febrim ruri procreantes et fouentes (de quibus inferius iterum exponitur): tumulatio cadauerum minus cauta, aëris ſtagnatio aliaeque cauſſae aërem corrumpentes, victus denique inopia. Tandem ad cauſſas occaſionales referuntur victus animalis in morbis abuſus, vegetabili neglecto.

De prognoſi. Plerumque morbus ad decimum quartum a decubitu diem, aliquanto vltra, protrahitur, rarius vndecimo terminatur. Criſis ſubita perfecta circa ſeptimum diem raro, licet eius prodromi in vrina hypoſtatica quarto die ſe monſtrent: ſaepius paullatim per aluum decimo quarto, quod niſi acciderit, vigeſimo primo. In perituris nulla criſeos in vrina ſigna. Alui fluxus vtrum criticus, an ſymptomaticus ſit, quibus ſignis pateat. Interdum rebus iam conclamatis criſis accedens aegrum reſtituit. De ſignis ex vrina. Iſchuria veſicalis inſcio aegro ſaepe comatis ſomnolenti verique lethargi praecurſor. Pulſus in prima periodo ſaepe inflammatorius, in ſecunda plerumque paruus et quandoque inaequalis, nec tamen adeo pertimeſcendus, niſi ſimul ſit admodum celer et durus, recrudeſcente ſtatu phlogiſtico, cum putrido coniuncto. Peticulae quo tardius apparent, eo minus periculi portendunt; nec ſuperueniente diarrhoea euaneſcunt: appropinquante criſi interdum euaneſcunt, illico ſubſequentibus veſiculis miliaribus criticis. Metaſtaſis lethalis ad cerebrum et neruos. Alia gangraenoſa ad artus, frequens in iis, quibus per decurſum morbi alui fluxus vel ſegnior fuit, vel intempeſtiue ſuppreſſus eſt. Gangraena, praegreſſo dolore intenſiſſimo partis afficiendae, celerrime ſerpit: amputatio ad eam ſiſtendam magnum problema; interdum ad quadraginta dies et vltra extenditur, aegro tandem lenta tabe pereunte. Gangraena a decubitu et ſpurcitie vehementer

metuen-

metuenda. Tumor parotidis ſemper funeſtus, niſi vel paucis diebus reſoluatur vel bona ſuppuratione terminetur. Complicatio morbi noſtri cum lue venerea, periculoſa. Febris interdum tertiana duplex viſa, interdum remittens, ſed ſymptomatibus noſocomiali propriis irritoque febrifugorum vſu dignoſcenda: interdum vero elapſis quatuordecim diebus in genuinam tertianam bono omine tranſiens, vel ſponte vel cortice peruuiano ſanandam.

p. 23. De curatione. In principio emeticum ex corticis ipecacuanhae pulueris drachma dimidia ad integram, interdum iterandum; tertia tamen vice non exhibuit Cl. Auctor, materia nimis cruda exiſtente, quam quae aut vomitoriis aut cathartícis vinci queat. Si emeticis vti non liceat, cremor tartari, rheum, et inprimis tamarindorum pulpa vel eius ſolutio. Interdum praeſtat emetocatharſis ex ipecacuanhae granis octodecim rheique duodecim. Alui fluxus ſpontaneus iuuandus pulpa tamarindorum cum cremore tartari. Anthelmintica nonniſi vermium genuinis phaenomenis praeſentibus: mercurius dulcis cum diagrydio ſulphurato. Clyſteres antiſeptici abſtergentes vel nonnihil ſtimulantes; cautius tamen in grauidis adhibendi: exemplum grauidae ab hoc morbo ſalis cathartici anglici partitis doſibus iterata vice ſumtis liberatae. In herniosis quum neceſſitas vomitorii aut cathartici ſumendi exiſtit, prius herniae manu impoſita proſpiciendum. Venae ſectio caute adminiſtranda ſecundum diatheſin phlogiſticam: pulſus durus ſaepe fallit, ab irritatione fluidi acris proueniens, ſi ſimul paruus et citatior eſt, iunctusque cum agrypnia diuturna, comate vigili, conuulſionibus, vrina limpida, faecibus foetidiſſimis, ſanguisque emiſſus non phlogiſticus. Alia contraindicantia venaeſectionis. Nonnumquam tamen poſt diuturnum etiam morbum adeſſe ſanguinem

nem inflammatorium, item in hominibus mollibus, inertibus et pallidis, praesertim feminis; recrudescere etiam interdum statum inflammatorium, licet admodum raro, tuncque noua venaesectione opus esse, sed nonnisi prudentissime expensis omnibus, quandoquidem saepius error in diaeta commissus in caussa esse deprehendatur, euacuantium potius vsum postulans, aut crisis instet, venaesectione facile turbanda. Locus secandae venae discrimini vix subiectus: affecto tamen cerebro iugularis vel arteriae temporalis sectio praeferenda, reliquis auxiliis chirurgicis antea frustra tentatis. Arteriotomes tamen sequelae, suppuratio et hanc excipiens haemorrhagia, summam cautionem merentur.

De reliquis remediis in stadio primo morbi. Antiphlogistica: acida vegetabilia. Nonnulli sanati sunt viginti et plurium limonum succo aqua diluto quotidie vsi. Nitrum potissimum in vrinae excretione parciori. Acida mineralia in haemorrhagiis symptomaticis, in quibus vix opium, nec nisi acidis iunctum, conuenit. Aqua gelida. p. 41.

Remedia in secundo stadio. Antiseptico rum praestantissimum camphora, quae si ore assumta nauseam creat, in clysteribus cum emulsione amygdalina, gummi arabico et decocto emolliente ad duas drachmas sexta quaque hora exhibenda, subiuncto, si inde aluus claudatur, enemate soluente. Cautiones in alui fluxu per clysteres adstringentes sistendo adhibendae: torminibus sedandis opponendum lene purgans ex cassiae et tamarindorum pulpa singularum vncia dimidia, tartari solubilis et extracti cichorei singulorum drachma, aut vbi bilioſi humores grauiter peccant, loco tartari solubilis rhei tosti scrupulo vno vel drachma dimidia; subsistentibusque tamen torminibus enema emolliens cum parca dosi philonii. In diarrhoea cum torminibus emulsio p. 46.

cum camphora et ſyrupo papaueris albi. Teneſmo moleſto cum excretione materiae cruentomucoſae ac debilitate clyſteres ex lacte chalybeato cum vitellis ouorum. Tumori ventris poſt cohibitam diarrhoeam, quum ingens putredo adeſt, liquor mineralis anodynus HOFMANNI a viginti ad ſexaginta guttas; affecto potiſſimum cerebro liquor cornu cerui ſuccinatus rite ſaturatus a guttis viginti ad ſexaginta; ſi huic ſtatui ſimul iſchuria renalis ſociatur, ſal volatilis ſuccini ſolus. Moſchi vſus in affectibus conuulſiuis, ſi alia antiſpaſmodica nihil praeſtiterunt, a grano ſexta quauis hora incipiendo; optime cum extracto corticis peruuiani in bolo porrigitur: tutius tamen abſtinetur ab eodem, vbi ſimul inflammatoria ſymptomata adſunt, in quibus venaeſectio ſummum remedium. Rurſus laudes camphorae: vrgente neceſſitate vſque ad tres drachmas de die exhibenda, in clyſteribus ad ſex vel vnciam integram. Corticem peruuianum eam excellentia non aequare, cuius quippe virtus antipyretica in acutis ceſſet, et ſola antiſeptica, nullo exiſtente contraindicante, proſit; exhiberi tunc demum, cum febris in tertianam mutetur; nocere vel ſaltim non iuuare, ſi obſtructio viſcerum et infarctus canalis inteſtinalis, vel vlcera internarum et externarum partium adſint.

p. 58. Inde tranſitus fit ad degenerationem peſſimam febris noſtrae in phthiſin pulmonalem, praeſertim in aetate iuuenili et conſtitutione corporis ad tabem procliui. Hic exulent ſpirituoſa, aromatica, ſalina: danda demulcentia et, ſi opus, eccoprotica ex caſſia et tamarindis, lenia pectoralia et anodyna, et decreſcente febri abſtergentia et balſamica. Summum vero remedium fonticuli in cauo axillari. Cauſſae huius degenerationis: aër impurus et plenior diae-

p. 61. ta. Degeneratio ſeu metaſtaſis ad exteriores partes: gangraena praeuertitur applicatis protinus emol-

emollientibus anodynis, purgantibus ſimul ſumtis. Oedema pedum poſt febrim ſuperſtes ſolo victu euchymo roborantibusque internis curatur. Eryſipelas caput afficiens venaeſectione, antiphlogiſticis reuellentibus; leuius ad artus ſolo ſuffitu ex ſuccino lenique alui ductione. Abſceſſus ex metaſtaſi materiae febrilis ſecundum regulas generales inflammationum curandus. Gangraena a decubitu quomodo praecauenda. Cortex peruuianus et camphora interne et externe in gangraena humida eximii vſus; in ſicca non aeque. Veſicantium vſus in comate ſomnolento et virium proſtratione; item vini meraci et elixirii vitrioli (pharmacop. Vienn.), irritis ſaepe omnibus cardiacis et antiſepticis. Frictiones cum aceto; huius vapores in conclaui diſperſi. Sinapiſmorum vſus; hos tamen non diutius, quam par eſt, imponendos eſſe, ne dolore excitato febrim conuulſionesque in ſenſibilioribus producant. De diaeta diuerſis morbi periodis, conſtitutioni corporum cet. accommodanda. De regimine lactantium febre hac affectarum: eas arcani duplicati, veſicantium atque ipſius camphorae vſu (cuius odore vtplurimum non laedi puerperas), parua ſanguinis miſſione tenuiſſimoque victu reſtitui.

De prophylaxi regulae cum generales, tum ſpe- p. 79.
cialiores, bonae omnino, ſed nihil peculiaris continentes.

Appendix de febre priori analoga in regio erga- p. 83.
ſtulo poſt euulgationem prioris opuſculi obſeruata, ideoque febris carcerariae nomine digna. Symptomata et curatio eadem. Sectionem eiusmodi morbis demortuorum nihil lucis afferre. Deſcriptio tubi ad furnum in conclaui collocatum ducti aëris renouandi cauſſa.

Alius porro his morbis analogus fere quotannis p. 91.
in ditione mediolanenſi epidemice graſſatur, agrico-

lis inprimis terras minime irrigatas et apricos colles inhabitantibus infestus. Causſae eius: aër praesepium, quae illis hyeme domiciliorum loco inſerviunt, humidus, impurus; perſpiratio ſaepe ſuppreſſa, quum ex iis egreſſi imbribus ſe exponunt; aedificia minus ſalubria; aquae impurae puteales; aſſiduus contactus; veſtium contagio affectarum vſus: ignauia, peruicacia, immundities colonorum; tumulorum conſtructio vitioſa; vicorum purgatio intermiſſa. Phaenomena morbi ipſius, in plurimis ſimilia febri noſocomicae: vix non ſemper lumbrici eiuſdem comites indiuidui, aeque ac materies putrida verminoſa. Inter plures hac febre epidemica laborantes occurrebat etiam tertiana ſubcontinua. Curatio maximam partem eadem, quae febris noſocomicae: anthelmintica tamen numquam omittenda, quorum tamen nullum reliquis in omni caſu praeferendum. Sic ad vermes concurbitinos variis fruſtra tentatis remediis elixirium proprietatis validiſſimum inuentum. Generalia tamen huius claſſis remedia videri vinum meracum, acida vegetabilia, et quandoque aromatica. Ad medicinam pauperum radix filicis maris accommodatiſſima. Mercurii vſus metuendus ob diarrhoeam et putridam corporum diſpoſitionem. Emeticum ſtatim ab initio morbi prodeſt: tardius non aeque. Ex purgantibus cremor tartari vel ſolus vel pro re nata puluere filicis vel rhei nuptus. Venaeſectio rara. Alterantium duae claſſes: antiphlogiſtica et antiſeptica. Reliqui fontes auxiliorum: victus, aëris repurgatio, ſolertia aſſtantium. Prophylaxis: atmoſphaerae puritas exſtructio meliorum habitationum, aquarum cura. Neceſſitas conſtituendorum noſocomiorum ruralium, in quae aegrotos etiam inuitos deduci oporteat, ne contagium latius propagetur.

XII.

XII.

NICOLAI IOSEPHI JACQUIN Collectanea ad botanicam, chemiam et hiſtoriam naturalem ſpectantia, cum fig. Vol. II^dum, Vindobonae. ex officina Wappleria. 1788. pagg. 374. max. 4.

Ante tres circiter annos Ill. Auctor Volumen *Collectaneorum* primum, in Commentariis *) haud ita pridem commemoratum atque perluſtratum, edidit, iamque ſecundum quoque, quod Volumen *Miſcellaneorum* quartum proprie comprehendit, diuulgauit, quod ipſum maximam partem *Botanica* argumenta tractat. In quibus primum continentur I. *Obſeruationes botanicae*, quas in *Bohemia*, *Auſtria*, *Styria*, *Carynthia*, *Tyrolia Hungariaque* Cel. HAENKE inſtituit. Ex his autem notatu dignae breuiter ſunt enumerandae ſequentes. I. *Cynogloſſum ſcorpioides* p. 2. caule proſtrato, foliis lanceolatis ſcabris; pedunculis axillaribus; ſeminibus vmbilicatis, glabris. Planta eſt annua, veris initio in nemoribus ad ripas *Albis* etc. a Cel. HAENKE primum magna in copia viſa. Fibrillulae radicis ſunt capillares, fuſcae, leuiter amarae. Caulis vnicus, procumbens, angulatus, inaequalis. Flos *Myoſotidi ſcorpioidi* aemulus, ſed paulo minor. Caeterum autem haec planta ob fructum cum *Cynogloſſi* fructu conuenientem huius nomen; ob flores *Heliotropii;* propter caulem petiolosque *Myoſotidis* et ob folia et tempore florendi *Pulmonariae* nomen mereri Noſter monet. II. *Acroſtichum Marantae.* p. 9. III. *Campanula Bononienſis.* Stigma eiusdem bifidum, paſſim trifidum Noſter obſeruauit. IV. *Androſace obtuſifolia.* V. *Galium Bocconi*, caulibus proſtratis, diffuſis, quadrangulis, ſubulatis, ramoſis: foliis ſenis, linearibus, mucronatis, ſubaſperis: pedunculis ſubtrichotomis.

*) Vid. Vol. XXXI. P. I. pag. 1.

mis. Haec autem planta, quam SCHEVCHZERVS HALLERVSque iam dudum adumbrarunt, nuperrime ab ALLIONIO iterum est descripta. Specimina eiusdem plurima in celsissimo montium Sudetorum iugo, quod *Schneekappe* vulgo dicitur, lecta sunt atque in monte
p. 13. niueo (*Schneeberg*) Austriae inferioris valde frequenter reperta. VI. *Gentiana frigida*, corollis 5fidis, campanulatis, terminalibus, sessilibus; foliis obtusis, radicalibus, lineari-oblongis, caulinis lanceolatis; caule subbifloro. In alpibus *Secauiensibus* Styriae superioris haec reperitur. *Rad.* ei perennans, gracilis, teres, geniculis nodulisque pluribus notata, e quibus fibras longissimas, teretes, perpendiculares demittens. *Caulis* simplex vel plures. Qui sunt erecti, bi- aut triunciales, saepe adeo humiles, vt caulem vix vllum habere dixeris in *Gentianae acaulis* morem; caeterum sunt glabri, angulati, leuiter striati, in summitate binos vt plurimum flores, rarius vnum et rarissime tres sustinentes. Folia *caulina* bina, opposita, basi connato-sessilia, lanceolata, obtusa, integerrima, subcarnosa, vtrinque glabra; *radicalia* numero varia, linearia aut lineari-oblonga, obtusa, petiolata, sensim vaginantia, imbricata cauli incumbentia. *Flores* bini, terminales. *Cal.* tubuloso-cylindraceus, erectus, corolla duplo breuior, 5partitus: laciniis lanceolatis, acutiusculis, integerrimis. *Cor.* persistens, tenuis, papyracea, *Gentianae punctatae* aemula, albida. *Stam.* 5. Filamenta subulata, basi dilatata, aquose caerulea, corolla breuiora. Antherae breues, apice conniuentes, flauae. *Pist.* Germen ouato-oblongum, in stylum cylindraceum, breuissimum, tandem bifarium, abiens. *Stigm.* crassiusculum, orbiculato-capitatum, demum bicorne. *Caps.* ex ouali-oblonga, acuminata, 1-locularis, 2-valuis. *Sem.* angulata, aspera, fusca,
p. 16. VII. *Leontodon croceum*, foliis lineari-lanceolatis, acutis, retrorsum dentatis, superne subhirsutis: scapo laeui,

laeui, calyce erecto, ouato, hirſuto, flore croceo. In alpibus *Iudenburgenſibus* haec ſponte creſcit. *Rad.* perennis, obliqua aut horizontalis, ſimplex, craſſiuſcula, extus cortice inaequali, ſaturate fuſco veſtita, alba intus, quae fibras vndique copioſas, teretes, funiculorum ad inſtar perpendiculariter demittit, ſaporis leuiter amari. *Scapus* ſemper ſolitarius, erectus, teres, fiſtuloſus, ſtriatus, glaber, laete viridis, ſaepius aphyllus, vniflorus. *Fol.* radicalia quoad figuram mire ludentia; maxime tamen lanceolata aut lanceolato-linearia, acuta, margine inferiore retrorſum dentata. *Flos* terminalis, colore tinctus flauo, croci extracto proprio, quo grato colore vel ſolo a reliquis ſpeciebus diſtinguitur. *Calycis* ſquamae ſaepe aliae acceſſoriae praeter extima eiusdem foliola, baſin illius augent. Reliqua cum characteribus *Linnaeanis* conueniunt. VIII. *Saxifraga autumnalis.* p. 18. IX. *Gnaphalium noruegicum.* In *Bohemiae* alpibus a Noſtro, JACQUINIO atque MYGINDO lectum. Inuentor autem huius plantae fuit b. OEDERVS, qui eam in *Noruegia* primum detexit, paulo poſt autem ex *Iſlandiae* alpibus allatam deſcripſit. A *Gnaphalio ſyluatico* L., pro quo nonnulli id olim habuerunt, ex toto eſſe diuerſum, vberius et ſatis diſtincte Ill. Auctor docuit. X. *Cardamine Petraea*, quae inter *Arabidis* p. 24. ſpecies a LINNAEO minus apte relicta atque *hiſpida* appellata eſt. Cum vero nec vllus *Botanicorum*, qui *Auſtriam* ſollicite perquiſiuerunt, excepto Ill. MYGINDO, hanc *Linnaeanam plantam* viderit, atque tandem ex reſiduis paucis in horto Mygindi ſpeciminibus cultis, quae cum Noſtro beneuole ſunt communicata, perſpicue obſeruauerit, ad *Arabides* minime pertinere et potius veram eſſe *Cardaminen*, illam LINNAEI ſpeciem ex Syſtemate plantarum eſſe delendam, recte iudicat. XI. *Senecio incanus.* XII. *Rumex digynus.* XIII. *Erigeron vniflorum.* Quam ſpeciem pro p. 27.

Erigerontis alpini varietate b. SCOPOLIVS habuit, Noſter nunc adſumit propriam atque eiusdem diſcrimina breuiter enarrat. *Erigeron alpinum* nimirum magis loca ſubalpina amat; *vniflorum* contra in altioribus Alpium iugis reperitur; porro illi caulis ſubramoſus, hirſutus in caule, foliis calyceque multo minor; huic autem caulis vniflorus, ſimpliciſſimus, folia denſe villoſa, aſpera; calyx hemiſphaericus, atrorubens et floris color purpureus, caeru-
p. 34. leus, nec non albidus. XIV. *Hieracium ſtaticifolium.* Quod cum *H. porrifolio* ſub vnico numero HALLERVS coniunxit, nuperrime autem ab ALLIONIO inde eſt ſeparatum, cuius veſtigia Noſter ſecutus eſt, qui ſimul huius plantae varietatem foliis ſubtus albidis, farinoſis (vt in *Primula farinoſa*) haud raram in iisdem locis cum propria ſpecie naſcentem
p. 39. reperit. XV. *Silene ſaxifraga.* XVI. *Aquilegia alpina.* Haec quidem ſpecies ab HALLERO modo eſt definita ſequenti: Foliis videlicet trilobatis, tripartitis, linearibus, caule paucifloro. Contra vero LINNAEI definitionem dubia quaedam Noſter monet. Nectaria enim ſecundum Auctorem atque HALLERVM ſunt incurua, recta autem minime. Folia diuiſionis ratione mirifice ludunt. Conſtantia vero ſunt biternata, foliolis omnibus ſeſſilibus intermedio obouato-cuneiformi, trifido, lateribus oblique cuneatis, bilobis; alias vero eadem ſunt ſimpliciter ternata, foliolis, quae antea ternata erant, nunc ſimplicibus, longius petiolatis, trilobis, lobis baſi confluentibus. Nectaria 5, tubuloſa, corniculata, incurua, cum petalis inferiori loco enatis alterna. Cornua apicibus ſuis conniuentia et tota nectaria petalis paulo breviora. Filamenta ſupra 30, inaequalia, erecta, alba, ſuperne violacea. Styli 5, nec non 4, teretes albidi, filamentis aequales. Inſuper *Aquilegiae alpinae* et *vulgari* definitiones nouas Noſter dedit ſequentes:

Illa

Illa ſcilicet nectariis incuruis, petalo lanceolato brevioribus; caule paucifloro; foliolis lateralibus ſeſſilibus, lobis linearibus parallelis; *haec* autem *vulgaris*, nectariis incuruis, petalo ſubaequalibus; foliolis omnibus petiolatis, lobis ſubrotundis obtuſiſſimis, diuergentibus. XVII. *Ledum paluſtre* foliis ſparſis p. 42.
linearibus margine reuolutis ſubtus rubiginoſis, floribus decandris. In Bohemia haec valde vulgaris ibidemque ab incolis *Zeitheide* germanice appellatur. Odor ei inprimis in floreſcentia grauis, fortis et caput graueſcens. Ad tineas necandas cimicesque pellendos ab iisdem adhibetur. XVIII. *Polypodium montanum*. XIX. *Veronica alpina*. Quae ab alpicolis p. 48.
Styriae *Beſchreikraeutlein* vocatur. XX. *Epilobium* p. 50.
roſmarinifolium, floribus inaequalibus, ſtaminibus piſtilloque declinatis; foliis erectis ſparſis lineari-anguſtiſſimis, apice calloſis, mucronatis. Hoc vero ſub *Epilobio Dodonaei* ab ALLIONIO iam eſt deſcriptum. XXI. *Ophrys Loeſelii*. Rad. ei bulboſa, ouata, com- p. 53.
preſſa, extrorſum ſquamis laceris, tabidis, albidis aut ſordide flaueſcentibus laxe veſtita. XXII. *Aſter Tripolium*. XXIII. *Arabis caerulea* foliis radicalibus ob- p. 56.
ouato-cuneiformibus, acutis, glabris, margine ſuperiore dentatis, racemo paucifloro nutante. Haec autem ſpecies, ad *Turritides*, ab ALLIONIO redacta, inter Arabides a Noſtro nunc eſt relata. Caeterum planta eſt puſilla atque alpibus inhabitat glacialibus. Huic vero ſpeciei trium in Alpibus Auſtriacis creſcentium diſcrimina Noſter adfixit: *Arabidis bellidifoliae* ſcilicet, quae ſemper in humidis locis et ad riuulorum latera naſcitur, porro quoque ſaepe in ſubalpina montanaque loca deſcendit, caulem habet multo altiorem, folia glaberrima, nitida, pulpoſa atque ſubintegerrima; *A. pumilae*, in duris ſaxoſisque viſae, ſtatura priorem inter et ſubſequentem mediae, folia *radicalia* quadruplo minora; *caulina* laxiora, ſubhirſuta;

ſuta; flores in minori planta maiores; *A. caeruleae* vero glacialium modo hoſpitae, omnium minimae, folia, quam *Arabidis pumilae*, duplo et triplo maiora, flores pauciores, caerulei et pedunculi incraſſati. Praeterea *Arabis pumila* a Noſtro definitur hoc modo: Foliis radicalibus obouatis, ſubdentatis, obtuſis, vtrinque ſcabris; caulinis ſeſſilibus, oblongis, ſub-
p. 59. hirſutis; racemo ſubnutante. XXIV. *Hieracium Taraxaci.* XXV. *Phyteuma hemiſphaerica.* Stylum eius craſſum, recuruatum, glabrum, profunde caeruleum, primo vna cum antheris ſegmentorum tubo eſſe incluſum, tandem vltra eiusdem orificium productum, vt fere ſicuti in *Syngeneſia* fructificatio peragatur, Auctor obſeruauit. XXVI. *Phyteuma pauciflora.* XXVII.
p. 66. *Ceraſtium ſtrictum.* XXVIII. *Gentiana proſtrata.* (Tab. 17. f. 2.) Corollis 5-fidis, caulibus vnifloris, proſtratis: foliis obtuſis ſubimbricatis. Haec planta valde rara, adhuc nondum a botanophilorum vllo commemorata deſcriptaque, iuga alpium Froſnitz etc. incolit. Ei radix annua, valde gracilis, fere capillaris, recta, ſimpliciſſima, albida aut aquoſe flauens et amariuſcula. Cauliculi ex capite prodeuntes plures, ſimpliciſſimi, baſi cohaerentes, proſtrati, obſcure geniculati, teretes, molles. Folia in iunioribus imbricatis; in adultioribus elongato-laxiuſcula et ſubremota: caeterum alterne oppoſita, ſeſſilia, quaſi ſubamplexicaulia, ouata, obtuſiſſima, mollia. Flos in caulículo quouis vnicus, terminalis, caeruleus. *Cal.* 1-phyllus, tubuloſus, leuiter 5-fidus, glaber, corolla duplo breuior. *Cor.* 1-petala, tubuloſa, quinquefida; laciniis breuibus, aequalibus, lanceolatis, acuminatis, erectis, integerrimis, intus leue concauis, aquoſiſſime caeruleis, apice albis, extus ex caeruleo ſaturate viuentibus. *Filam.* 5, alba, breuiſſima. Antherae oblongae, erectae, albidae. *Germ.* pedunculo craſſo inſiſtens, glabrum, compreſſum, ex albo virens.

Stigm.

Stigm. 2, reuoluta, obtusa, aquose luteola. Haec planta odore destituta. XXIX. *Potentilla Salisburgensis* foliis hirsutis, radicalibus quinatis, inciso-serrato-obtusis: caulinis ternatis, caule adscendente, debili, compresso, paucifloro: foliolis calycinis subdentatis. In alpibus *Salisburgensibus* raro crescit ibidemque radicem intra petrarum ruinas oblique demittit, teretem, satis longam, multipartitam, squamis imbricatis, tabidis dense opertam, indeque tumidam, basi vero fibris longissimis, teretibus, ramosis, concoloribus radicatam. XXX. *Pedicularis flammea.* p. 70. XXXI. *Anthemis corymbosa* foliis subbipinnatis linearibus acutis: caule simplici, erectiusculo, villoso: petalis obouatis, obtusissimis, tridentatis. XXXII. *Gentiana bauarica.* p. 73. p. 75. XXXIII. *Cynoglossum syluaticum* staminibus corolla brevioribus: foliis lanceolatis, asperis, planis, subsessilibus, remotis. *Rad.* ei biennis, obliqua, tres quatuorue vncias longa, teres, ex fusconigra, intus alba. Caulis solitarius, erectus, bipedalis et rectior, gracilior foliisque multo laxius, quam in Cynoglosso officinali, obsitus, teres, profunde striatus, ex rubello virens. Folia radicalia et caulina inferiora paulo latiora, petiolata; superiora sessilia, semiamplexicaulia, remota, erecta. XXXIV. *Campanula pusilla* foliis omnibus serratis: radicalibus cordato-ouatis, firmis, nitidis: caulinis linearibus, alternis, remotis. Huic autem notas *Camp. rotundifoliae* et *linifoliae* constantiores, a quibus inuicem distinguuntur, Auctor adiecit. *Illa* enim foliis glabris: radicalibus reniformibus, serratis, flaccidis: caulinis sparsis, lanceolato-linearibus, integerrimis, loca syluatica, vmbrosa syluarum loca atque rupium planitiem incolit; *haec* autem foliis subhirsutis: radicalibus, obouatis, subrotundis, serratis: caulinis confertis, linearibus, integerrimis: dentibus calycinis setaceis, in duris, petrosis apricisque locis vallium alpinarum prouenit. p. 77. p. 79.

XXXV,

p. 81. XXXV. *Carex alba.* XXXVI. *Dianthus glacialis* flo-
84. ribus ſolitariis, ſubacaulibus: ſquamis calycinis elongatis, acuminatis, tubum ſuperantibus: foliis linearibus flore longioribus. Haec vero planta ab auctore nullo commemorata a Noſtro primum deſcribitur. In ſummitatibus alpinis *Salisburgenſibus* habitat. *Rad.* ei perennis, fuſiformis, ſubramoſa, fuſca aut ſordide flauens, fibrillulis lateralibus aucta. Flores nunc acaules ſunt, alias cauliculo breuiſſimo, albi-
p. 85. do, glabro, inſtructi. XXXVII. *Silene rupeſtris.*
p. 87. XXXVIII. *Melica vniflora.* Auctor autem in omnibus ſpeciminibus, quae examinauit, duos flores obſeruavit perfectos, qui in caulis ramulorumque extremitate, alterni, pauci, pedicellati, prodeunt atque ſimul *Melicae nutantis* flore vnico fertili, panicula erecta et expanſa, ramis longiſſimis glumis denique calycis acuminatis floralis ſuperantibus, eosque ſubincludentibus, inſtructae, differentias addere non omiſit.
p. 88. XXXIX. *Gentiana elongata* (Tab. 17. f. 3.) Corolla 5-fida, infundibuliformi: caule elongato, filiformi, ſubnudo, vnifloro: calyce oblongo, aequali: foliis radicalibus aggregatis. Haec autem planta, quae in alpibus *Tyrolenſibus* ab Auctore reperta eſt, iam dudum HALLERO cognita atque hoc modo definita: Eſt planta humilior, vnciali altior, ad terram roſulam habens foliorum breuiorum, quam *Gentiana verna*, ſubrotundorum, accurate lanceolatorum et arguto-
p. 91. rum. XL. *Phalaris alpina* panicula ſpicata, cylindracea, hirſuta: glumis calycinis aequalibus, lanceolatis, ariſtatis, carina ciliato-hirſutis. Ob ſpicularum fabricam a PHLEO, ad quod ab HALLERO, nuperrimeque ab ALLIONIO ſub nomine *Phlei Michelii* triuiali
p. 93. minus recte eſt relata, omnino diuerſa. XLI. *Feſtuca heterophylla* foliis laxis: radicalibus ſetaceis; caulinis planis, latioribus; panicula rara, ſecunda: ſpiculis ſubſexfloris, lanceolatis, glabris, ariſtatis. In

celebri

celebri praecipitio *die Saugrübe* dicto, locis glareosis crescit. XLII. *Festuca varia* panicula subaequali, striata, pauciflora: spiculis teretibus, 4-floris, glabris, subaristatis: foliis setaceis. Quam HALLERVS in *Hist. Helu.* T. II. p. 214. n. 1439. descripsit sub *Festuca* panicula stricta, locustis teretibus, quadrifloris.

II. NICOLAI IOSEPHI JACQUIN *Phalaena vitisana.* Horum vero insectorum vita, quam ao. 1788 Noster obseruauit, modo fuit sequenti: Eo enim ipso tempore, quo tenelli vitis racemi iam prodierunt, quod XII. Maii contigit, ad vites, vbi oua sua minutissima imponebant, ex quibus enatae laruae, gemmulis telam intexebant, haec aduolarunt breuique tempore eorum numerus accreuit, ita tamen, vt deinde d. X. Iunii rursus minueretur atque d. XV. eiusdem mensis nullae amplius viserentur; die vero XXV. ad Iunii finem (quando florum germina seminis Sinapios magnitudinum sunt adepta) tunc laruae mutabantur in puppas, semper glomis inclusas, ex quibus metamorphosi solita VII. Iulii ad XV. diem denuo nouae *Phalaenulae* egrediebantur. Quo insecto ab Auct. descripto *Tenthredinis* speciei, cuius laruam in *Pruno Pado* LINN. inuenit, breuiter facit mentionem. p. 97.

III. NICOLAI IOSEPHI JACQUIN *Plantarum rariorum descriptiones* ad specimina ficca *factae.* I. *Asclepias alexicaca* caule volubili; foliis inferioribus cordatis, superioribus ouatis; vmbellis sessilibus. Haec autem species, quam ex Ceylona insula Auctor habet, facile distinguitur ab *Asclep. volubili* LINNAEI, vmbella non pedunculata; a *Nummularia* lactea maiori RVMPHII (vid. Amb. 5. t. 175. f. 1.) foliorum figura et absente habitu parasitico; ab *Asclepiade volubili* FORSTERI tandem deficientibus foliis cordato-subrotundis. II. *Adiantum decurrens.* (tab. 2. f. 1. 2.) In *Martinica* p. 101.

haec

p. 103. haec elegans ſpecies ſponte prodit. *Rad.* ei filiformis, repens, nigricans, per totum decurſum fibrillis capillaribus aucta, ramoſa, frondes ſolitarias et erectas emittens. Hae vero frondes vere ſunt ſimplices: etenim vt pinnulae omnes in vnam pinnam confluunt, ſic ipſae pinnae per ſtipitem decurrunt et cum proximis eiusdem lateris pinnis vtrinque connectuntur. Stipes teres, fuſcus. Pinnae vnciales, alternae, ex pinnulis late cuneiformibus, alternis, in lobos ſectis ſublineares, integerrimos, obtuſos, paſſim emarginatos, ad apicem macula fructificante, cinerea et deinde fuſca, inſtructos. Caeterum plantula eſt glabra. III. *Aſplenium anthriſcifolium* (tab. 2. f. 3. 4.). Frondibus pinnatis; pinnis obtuſe lobato-ſerratis. Eſt *Hemionitis* pumila pentaphylla et rotunde dentata
p. 104. PLVMIERI. Cum priori reperitur. IV. *Polypodium plantagineum* (tab. 3. f. 1.). Frondibus lanceolato-oblongis, glabris, integerrimis; fructificationibus ſerialibus. Creſcit in rupibus nudis inſulae *Martinicae*. Hoc vero PLVMIERVS ſub *Lingua* ceruina latifolia,
p. 105. pediculis ſquamoſis, iam deſcripſit. V. *Acroſtichum longifolium* frondibus lineari-lanceolatis, acutis, integerrimis, ſterilibus, fertilibus ſpiraliter reuolutis. In arboribus *Martinitae* paraſiticum creſcit. PLVMIERVS exiſtimat, fructiferas haſce frondes eſſe nouellas, deinde depoſito fructificationis puluere, volumine augendas nudasque; Noſter contra putat fructificationes eſſe diuerſas, vt aliae frondes ex natura ſteriles, fertiles ſint aliae. Stipes autem vario modo ab Auctore obſeruatus eſt; in ſterili enim eſt nudus; in
p. 106. fertili contra paleaceus. VI. *Aſplenium ſorbifolium* (tab. 3. f. 2.). Frondibus pinnatis; pinnis longe lanceolatis, acuminatis, crenatis. In *Martinica* ſponte creſcit. Eſt *Lingua ceruina nigris tuberculis puluerulenta* PLVM. Fil. t. 110. VII. *Arenaria liniflora* (tab.
p. 107. 3. f. 3.). VIII. *Eugenia periplocaefolia* (tab. 4.) Foliis

liis integerrimis, acuminato-lanceolatis; pedunculis paniculatis, axillaribus et terminalibus. In *Martinica* ſponte naſcitur. Haec autem arbor eſt elegans, tota glabra, cortice fuſceſcente. IX. *Eugenia paniculata* (tab. 5. f. 1.). Foliis integerrimis, ouatis, obtuſis: pedunculis paniculatis, axillaribus et terminalibus. Cum priori reperitur. X. *Laurus Martinicenſis* (tab. 5. f. 2.). Foliis oblongis, acuminatis, venoſis, planis, racemis paniculatis. In ſyluis ibidem creſcit. Quoad foliorum figuram a *Lauro indica*, *Borbonia aeſtiuali*que, facile diſtinguitur. XI. *Viſcum macroſtachyon* (tab. 5. f. 3.). Foliis lineari-lanceolatis; ſpicis axillaribus, filiformibus. *Martinicae* arboribus paraſiticum innaſcitur. XII. *Chionanthus caribaea* (tab. 6. f. 1.). Foliis vtrinque glabris, longe acuminatis: calycibus ciliatis. Hanc arborem 15-pedalem ad ipſa littora maritima, *au Cul de Sac François*, in inſula *Martinica*, copioſe creſcere, Noſter refert. Ob inflores̄centiam ſic dictam *paniculatam*, quae in omnibus huius generis ſpeciebus cognitis obſervata eſt, ſpecifica LINNAEI determinatio, a pedunculis petita, Noſtro diſplicet. *Chionanthus virginica* LINN. autem differt a *caribaea* calycibus glabris. In noſtra ſpecie contra calyx eſt villuloſus, albis ciliis ad oras munitus. Ab vtraque autem ſpecie diſtinguitur *Chion. zeylanica*, foliis ſubtus villoſis. XIII. p. 111. *Melaſtoma cinnamomifolia* (tab. 6. f. 2.) Foliis ſubintegerrimis, triplineruiis, lanceolatis, acuminatis. In *Martinica* ſponte creſcit.

IV. *Reu.* FRANCISCI XAVERII WVLFEN, *plantae rariores Carinthiacae continuatae.* CXLI. *Aconitum tauricum* caule ſubſimplici; racemo florum brevi, compacto; galea humili, breuiter roſtrata, antrorſum repando-ſubfornicata; foliis nitentibus, 5-partitis; ſegmentis oblongis, latiuſculis laciniatis; laciniis remote inciſo-dentatis. Eſt *Aconitum Lycoctonum*

num IVtum Tauricum CLVS. Hiſt. plantar. p. 95. Pecora hanc plantam in regionibus tauricis non tangere; effluuia tranſpirantia, quamquam odore ſenſibili deſti-
p. 115. tuta, eſſe haud innoxia, refertur. CXLII. *Arabis thaliana* foliis oblongo-ſubouatis, integris; radicalibus petiolatis, ſubdenticulatis; caulinis ad ramorum exortum
p. 118. ſeſſilibus. CXLIII. *Artemiſia glacialis* (tab. 7. f. 1–3.). Sericeo-villoſa, incano-vireſcens; foliis radicalibus ſubbipinnatis: pinnis foliisque caulinis ſubpalmato-tri-quinquepartitis, longe petiolatis. Huius autem rariſſimae ſtirpis deſcriptionem vberiorem Ill. Auctor dedit in ſua *Flora Auſtriaca*. Attamen vero huic ſpeciei adiecit tres varietates; videlicet 1) *minimam*, cum florum 4 capitulis maiuſculis, in vmbellam terminalem collectis; 2) *mediocrem* aliam, cum capitulis florum maiuſculis, paucis, ſimplicibus, pedunculatis, terminali lateralibusque ſubcorymboſis; denique 3) *mediocrem* itidem, ex axillis pedunculiferam, caule pedunculisque, vmbella florum exiguorum terminatis. Caetera vero omnia his varietatibus
p. 120. propria. CXLIV. *Ciſtus ſaluifolius* (tab. 8.). Subarboreſcens, exſtipulatus; foliis oppoſitis, petiolatis, oblongo-ouatis; rugoſis, ſubcrenulatis, vtrinque hirſutis; pedunculis florum longiſſimis, ante antheſin nutantibus. Eſt frutex humilis in *Carſcho* inter *Tergeſtum* et *Obzinam* in ſyluula creſcens; Maii medio florens ibidemque procumbens, et, ex obſeruatione ab HALLERO recte inſtituta, rami, vt plurimum, florum pedunculi foliaque, per paria oppoſiti. *Flos* roſae ad inſtar magnus, ſemper cernuus, erectus,
p. 122. albus. CXLV. *Campanula Zoyſii* caulibus ſubtrifloris; foliis radicalibus ouatis, longe petiolatis: caulinis oblongo-obouatis, ſeſſilibus. CAROLVS DE ZOYS, qui hanc ſtirpem cariſſimam primus detexit, cum Noſtro beneuole communicauit exemplar. Planta vero intra

*) vid. Vol. V. Append. p. 46. t. 35.

intra modicam, qua ſummarum fiſſurae rupium repleri ſolent, terram horizontaliter ſerpit radix. CXLVI. *Thlaſpi praecox* ſiliculis obcordatis: foliis carnoſis, glabris, glaucis, ſubcrenulatis, in petiolum decurrentibus caulinis ſeſſilibus, ſemiamplexicaulibus, obtuſe cordato-ſagittatis; petalis calyce longioribus. CXLVII. *Silene pumilio* (tab. 10.). Caulibus vnifloris; floribus maximis, calyce ſubcoriaceo, ventricoſo-campanulato, hirſuto. Ob mancam huius plantae deſcriptionem et characteres non diſtincte expreſſos in *Flora Auſtriaca*, a Noſtro ibidem iam factos, nunc melius perſpicuiusque hanc deſcribere iconeque optima illuſtrare ſtuduit. CXLVIII. *Hieracium incarnatum* ſcapo multifloro: foliis radicalibus, obouato-oblongis, repando-denticulatis, hirſutis. CXLIX. *Hottonia paluſtris* floribus verticillatis; pedunculis vnifloris. CL. *Satureia rupeſtris* pedunculis ſolitariis, lateralibus, bisdichotomis, ſecundis; foliis ouato-lanceolatis, ſerrulatis, ſubtus foueolato-punctatis. Hanc vero ſpeciem SCOPOLIVS compellat *S. Thymifoliam* propterea, quod eandem cum *Satureia Thymifolia* CASP. BAVHINI eſſe credit; Noſter contra nonnullas hac de re mouit dubitationes. CLI. *Satureia montana* pedunculis ſolitariis, lateralibus, bis-terque dichotomis; foliis lineari-lanceolatis, integerrimis, mucronatis, ſubciliatis, ſubtus carinatis, punctato-foueolatis. CLII. *Meliſſa grandiflora* pedunculis axillaribus, ſolitariis, dichotomis, ſecundis: corollis maximis ſub fauce gutturoſis: foliis petiolatis, ouato-lanceolatis, dentato-ſerratis. CLIII. *Salix myrſinites* foliis petiolatis, ouatis, ſerratis, glabris, ſubtus reticulato-venoſis; capſulis nudis, pedunculatis, ex ouata baſi in conum attenuatis. CLIV. *Salix phylicaefolia* foliis petiolatis, ouato-lanceolatis, glabris, margine vndulato-ſerratis, ſupra viridibus ſplendentibus; ſubtus halitu incano-glauceſcente obductis.

p. 124. p. 126. p. 127. p. 128. p. 132. p. 134. p. 136. p. 139.

In monte *Loibl* copioſiſſime creſcit. CLV. *Rhamnus pumilus* (tab. 11.). Inermis, repens, floribus hermaphroditis, foliis petiolatis, ouatis, crenatis. Qui fruticulus in altera *Florae Carniolicae* editione ſub *Rhamno rupeſtri* a b. SCOPOLIO propoſitus atque deinde inter ſpecies plantarum a b. LINNAEO receptus eſt.
CLVI. *Geranium argenteum.* Synonyma huius ſpeciei ex *Pona* et *Seguierio* ſumta et ad *Geranium Macrorrhizon* LINN. in Volum. *Collect.* JACQUINI primo citata, ibidem eſſe delenda atque huc referenda,
p. 145. ab Auctore iure monetur. CLVII. *Potentilla ſubacaulis* foliis ternatis ſubquinatisque oblongo-obouatis, dentatis, vtrinque tomentoſis, ſericeo-incanis, ſcapis
p. 147. decumbentibus; petalis emarginatis, flauis. CLVIII. *Boletus ſuaueolens* acaulis, ſemielliptoidicus, niueus; ſupra conuexus, byſſino-villoſulus; ſubtus tubuloſo-poroſus, poris rotundis angulatisque; aniſum red-
p. 149. olens, ſalicinus. CLIX. *Boletus hirſutus* acaulis, ſemicircularis, plano-conuexus, albiſſimus, ſupra hirſutiſſimus, lineis concentricis alternis depreſſis; ſubtus poris rotundato-angulatis. In ſyluis *Labaci* ac *Clagenfurti* in arborum truncis hunc fungum Noſter detexit. Eſt multo priore minor, odore nullo, minus carnoſus. Laminae maxime ſunt ſemicirculares, ,vnum ſemialterumue pollicem latae, lineas 5 aut 6 altae, vndique albiſſimae. Caro ei potius ſicca, coriacea, lenta ipſaque alba. Villus denſiſſimus, duas altus lineas, ſemper erectus, fungo concolor. Variis in locis varietates eiusdem perplurimas
p. 150. Auct. vidit. CLX. *Boletus odoratus* acaulis, plano-conuexus, ſubpuluinatus, aurantiacus, ſubtus flauus, halitu albido oblitus, poris inaequalibus rotundato-angulatis, odore caryophylli. Ob odorem aromaticorum caryophyllorum a congeneribus aliis facile ſeſe diſtinguit. Porro quoque hunc fungum interdum integrum, alias multiplicem, ceſpitoſum etiam

etiam imbricatumque, margine nunc indiuiſo, nunc ſinuato-lobato etiam Noſter obſeruauit. CLXI. *Scabioſa graminifolia.* CLXII. *Calla paluſtris.* CLXIII. *Echinophora ſpinoſa* caule ramoſo diffuſo; foliis ſubbipinnatis; foliolis triquetris, ſpina ſubulata terminatis. CLXIV. *Circaea alpina* caule adſcendente, ſubramoſo, foliisque cordatis, ſerrato-dentatis, glaberrimis, illuſtribus. Hanc plantam perennare Auctor negat. CLXV. *Alyſſum gemonenſe* caule herbaceo, ramis diuaricatis, foliis radicalibus, oblongo-obouatis, integris, repando-ſubdenticulatis, tomentoſo-caneſcentibus: ſiliculis inflatis. CLXVI. *Siſymbrium lippizenſe* ſiliquis declinatis breuibus; foliis inferioribus pinnatis, ſummis inferiorumque foliolis integerrimis. Eſt *Eryſimum verum* DALECHAMPII. CLXVII. *Sparganium natans* caule ſimpliciſſimo, terete, erecto; foliis linearibus, planis, mollibus tandem decumbentibus et intra aquam natantibus. CLXVIII. *Geniſta hiſpanica* LINN. CLXIX. *Geniſta ſericea* foliis lanceolatis, ſubtus ſericeo-villoſis; ramis teretibus, ſtriatis, erectis; racemis paucifloris, ſecundis; bracteis calyce longioribus. In montibus *Obzinam* inter et *Tergeſtum* e rupium calcarearum fiſſuris Auctor deprehendit enatam. CLXX. *Geniſta humifuſa* foliis obtuſe lanceolatis, per oras piloſo-ciliatis; ramis in orbem proſtratis, ſtriatis, pubeſcentibus; floribus erectis, pedunculatis, interrupto-faſciculatis; leguminibus glabris. Hanc plantam valde raram, in apricis decliuioribus graminoſis via verſus HVNDSBERG a Noſtro repertam, ſub eodem nomine triuiali LINNAEVS iam deſcripſit. CLXXI. *Polypodium alpinum* frondibus alterne tripinnatis; pinnulis oblongis, vage inciſis, lacinulis, obtuſis apice breuiſſime bifidis. LINNAEVM inter ſuas hanc ſpeciem haud recepiſſe duntaxatque in ſpeciebus plantarum, vt cum Oſmanda criſpa conferretur, ſuaſiſſe, Auctor monet. Haec autem,

p. 152. p. 159. p. 161. p. 163. p. 167. p. 169. p. 171.

tem, praeter generis characterem, quoad fructificationem a noſtra longe differt. Noſtra enim planta in auerſa frondium ſuperficie ſemper eam habet, eamque
p. 173. *Polypodiis* propriam, *Oſmundae* minime. CLXXII. *Tremella iuniperina* ſeſſilis, gelatinoſo-pulpoſa, ſuborbiculata, plicato-criſpa, flauo-rufa. Inter Auctores HALLERVS optime deſcripſit hunc fungum. A GMELINO *Fucis* inepte eſt adiectus atque luteſcenti-viridis incongrue a GVNNERO nominatus eſt. CLXXIII. *Tremella clauariaeformis* gelatinoſo-pulpoſa, gregaria, ſimplex, compreſſo-ſubulata, ſubpyramidata bicornutaue, aurantiaca. Hunc elegantem fungum verſus Aprilis finem in truncis ramisque iuniperi communis reperit Auctor, atque ECHINO ſimilem obſeruauit, ita, vt meris omni ex parte aculeis obtuſo ſubulatis, bicornibusue armatus veluti eſſet, plane vt ex artis coquinariae regulis lardo traiectus lepus.
p. 175. CLXXIV. *Byſſus cobaltiginea* (tab. 12. f. 1.). Capillacea, perennis, roſea: filamentis tenerrimis, arcte intertextis, ſericei inſtar panni. Ob cobaltiginis colorem in hac obſeruatum hoc nomen triuiale ei in-
p. 177. primis Noſter dedit. CLXXV. *Lichen tauricus* (tab. 12. f. 2.). Fruticuloſus, decumbens, ſubcentrifugus, vage ſubramoſus, niueus: caule ramulisque laeui-
p. 178. bus fiſtuloſis, ſubulatis. CLXXVI. *L. marmoreus* (tab. 13. f. 1.). Farinaceo-cruſtaceus, pallide roſeus: ambitus riuisque ſerpentinis et inſculptis calcareo ſcrobiculis, nigro-ſanguineis, puluerulentis. Eſt
p. 180. *Lichen marmoreus* SCOPOLII. CLXXVII. *Lichen coralinus* (tab. 13. f. 2.). Leproſo-cruſtaceus niueo-ſubcineraſcens, efflorescens in ſtipites ſimplices, compoſitosque conferte aggregatos, teretes, farctos, erectos, fine conuexos. CLXXVIII. *L. pertuſus* (tab. 13. f. 3.). Leproſo-cruſtaceus, albus, verrucoſus, tandem teſſellato-rimoſus; verrucis laeuibus, poro introlabentibus vno pluribusue, in ſcutellos denique nigri-

nigricantes dehiſcentibus, margine coarctatis ſubcrenato. CLXXIX. *L. cinereus* (tab. 14. f. 5. lit. b.) p. 183. Leproſus verrucoſo-cruſtaceus, albo-cineraſcens, tuberculis ſubſcutelliformibus, centro, nec peripheria ſeſſilibus atris; margine albo, demum crenulato. CLXXX. *L. albo-caeruleſcens* (tab. 15. f. 1.) Leproſus, cruſtaceus, continuus, impalpabilis, albus; tuberculis tandem planatis, cinereo-caeruleſcentibus, margine annulari atro circumſcriptis. In ſaxis lapidibusque ſiluarum *Zigulnenſium* omnes inter botanicos hunc frequenter Noſter primus detexit atque diſtincte apteque deſcripſit. Cruſta enim leproſa, continua, impalpabilis, glabra, haud craſſa, neque tamen praeciſe ſuperciliaris, ſaxo arctiſſime innata, latiſſime per idem expanſa, cum tempore ſolum microſcopice rimoſa, primum lactea, tum alba et ex albo denique incana, obſita frequentiſſimis tuberculis lentiformibus, demum planos in orbiculos depreſſis, coloris caeruleo cineraſcentis (*bleu mourant*), ora marginis annulari ſemper atra. CLXXXI. *L. atro-albus* (tab. 14 f. 1.) Leproſus, farinaceo-cruſtoſus, ater: tuberculis ſubſphaeroidicis, albido-cineraſcentibus. CLXXXII. *L. atro-virens* LINN. (tab. 14. f. 2.). CLXXXIII. *L. viridi-ater* L. leproſus, cruſtaceo-papilloſus, pallide ex flauo-vireſcens; tuberculis tandem ſubſcutellatis, atris. CLXXXIV. *L. rigidus* *) (tab. 13. f. 5.). CLXXXV. *L. reticulatus* (tab. 13. f. 6.). Filamentoſus, ramoſiſſimus, decumbens: filamentis tenerrimis, reticulatim coadunatis, atris, opacis. CLXXXVI. *L. puſtulatus* vmbilicatus, folio coriaceo, ſuborbiculato, libero, marginibus lacero-lobato; ſupra cano-cineraſcente, puſtulis inflatis, papilloſisque obſito; faſcia marginali atra ex furculis coralloideo-racemoſis; ſubtus cinereo-

p. 184. p. 185. p. 871. p. 188.

*) Vid. AVCT. Miſcell. Auſtr. Voll. II. p. 86 n. 32. vbi iam hic *Lichen* deſcriptus eſt.

p. 190. fuſceſcente ex lacunis ſubreticulato. CLXXXVII. *L. polyphyllus* (tab. 16. f. 1. lit. a-i.) Vmbilicatus, coriaceo-foliaceus, multiplicatus, multifido-lobatus: lobis rotundatis, criſpis, ſubcrenatis; vtrinque laeuis, ſupra ex viridi tandem caeruleo-cineraſcens; punctis eminentibus atris, ſubtus aquoſe bruneſcens.

p. 192. CLXXXVIII. *L. ochroleucus* (tab. 13. f. 4. lit. a.). Foliaceus, centrifugus, flauo-vireſcens, foliolis lobato-multifidis; tuberculis centralibus, ochraceo-luteolis, tandem marginato-ſubſcutellatis. Quem Lichenem ſub *muralis* nomine ab Ill. SCHREBERO iam deſcriptum vberius nunc Noſter proponit adſeritque ſe in eo nihil aut farinae, aut leprae, aut cruſtae vidiſſe tartareae; porro hunc potius inter centrifugos, quam imbricatos, poni vult ac tandem monet, confuſionis vitandae gratia, nunquam ſe aliter voce *Scutella* vti, quam vt exprimat hemiſphaeriolum concauum, atque contra *Tuberculum* aut lentiformem conuexitatem dicere, vbi de hemiſphaeriolo convexo ſit ſermo; porro dicit lichenes dari *tuberculoſos* alios, *Scutellatos* contra alios. Pro illis eos haberi vult, qui, tales nati, tales etiam eſſe perſeuerant ſemper, aut certe nonniſi per exſiccationem, diſci introlapſum et decolorationem marginis, *ſubſcutellati* videntur, contraque ad *ſcutellatos* eos refert, qui poro verticali hiant, magis magisque ampliando, dum

p. 194. demum concauae ſcutellae fiant. CLXXXIX. *Lichen oliuaceus* foliaceus centrifugus, flauo-fuſceſcens; foliolis lobato-multifidis, nitidis; ſcutellis centro ſeſſilibus, concoloribus, integris crenatisue. Eſt *Lichen oliuaceus* LINNAEI, SCHREBERI aliorumque.

p. 196. CXC. *L. omphalodes* (tab. 15. f. 2. lit. a b.) Foliaceus, centrifugus, ſaturate abſque nitore viridis, deſiccatione fuſcus, foliolis ſubpinnatifido-ramoſis, ſubtus per oras crinitis; ſcutellis atro-rubentibus, margine eleuato, integerrimo, albido cinctis. CXCI. *L. pul-*

L. pulchellus (tab. 16. f. 2.). Foliaceus, centrifugus, albo-ſubcineraſcens, foliolis ſubpinnato-lobatis, ſubtus per oras crinitis; glomerulis centralibus pulverulentis, cinereo-caeruleſcentibus obſitus; ſcutellis cinereis, albo-marginatis. In ſaxis eum copioſe Noſter deprehendit, in arboribus contra nunquam. Scutellae, hac in ſpecie rariſſime occurrentes, ſeſſiles, hemiſphaerico-concauae, cinereae, margine elevato, albo, integerrimo cinctae, atque in aetate vltima vna cum hemiſphaericis puluerum aceruulis deficientes. p. 199.

CXCII. *Salix fuſca* foliis integerrimis, ouato-lanceolatis, ſubſeſſilibus, nitidis, ſubtus primum villoſis; amentis oblongo-ouatis, atro-rubentibus, albo-villoſis, pedunculatis. p. 200.

CXCIII. *Fumaria acaulis* ſcapis nudis foliorum longitudine; foliis pinnatis: pinnis trilobis. p. 203.

CXCIV. *Hypecoum littorale* ſiliquis articulatis, compreſſis, arcuatis; petalis integris; exterioribus longioribus, lineari-ſpatulatis. Hoc autem ab *Hypecoo procumbente* LINN. facile diſtinguitur, ſtructura potiſſimum petalorum, quae in noſtro ſunt lineari-ſpatulata, integerrima; bina exteriora oppoſita, longiora, apice ſubcochleariformia, concava, dorſo proſtrato pubeſcentia, flaua; bina interiora, calycis modo longitudine, ipſaque oppoſita, lanceolata, ſtriata, flaua. p. 205.

CXCV. *Spergula laricina* foliis oppoſitis, ſubulatis, viſcido-villoſis ciliatisque; axillaribus faſciculatis. p. 207.

CXCVI. *Agrimonia agrimonoides* foliis caulinis ternatis; floribus ſuboctandris; fructibus glabris.

CXCVII. *Vinca maior* caulibus erectis, foliis petiolatis, obtuſe ſubcordato-ouatis, tomentoſis, margine piloſo-ciliatis; ſegmentis calycinis elongatis, anguſtis, per oras ciliatis. GERARDVM cum Vinca minore LINN., a qua tot notis ſpecificis conſtantibus diſtincta eſt, fruſtra coniunxiſſe Noſter recte monet. p. 210.

CXCVIII. *Lycopodium alpinum* foliis quadrifariam imbricatis, acutis; ſurculis p. 212.

erectis, teretibus, multiplicato-dichotomis; ſpicis terminalibus, teretibus, ipſis cum ſurculis continuis. Spiculas margine ciliatas, quas WEISSIVS obſerua-
p. 213. vit, Noſter videre non potuit. CXCIX. *Buxbaumia aphylla* ſcapo aphyllo, clauato-mucronato. CC. *Phaſcum muticum*, quod pro inſequentis *Cuſpidati* varietate LINNAEVS, WEISSIVS, LEERSIVS, ALLIO-
p. 216. NIVS, habuerunt. CCI. *Ph. cuſpidatum* caule ſimplici, erecto, foliis lanceolatis, acuminatis, inferioribus erecto-patentibus, ſummis conniuentibus, anthe-
p. 218. ram occulentibus. CCII. *Ph. piliferum* caule ſimplici, erecto, foliis lanceolatis, longe piliferis, ſur-
p. 219. ſum imbricatis, erecto-patentibus. CCIII. *Ph. ſubulatum* caule ſimplici erecto, inferne nudiuſculo; foliis ſuperne ſubulato-ſetaceis, patulis obſito; anthe-
p. 220. ra terminali nuda. CCIV. *Bryum phaſcoides* acaule, anthera oblongo-ouata, inter folia ouato-lanceolata et ſetigera, ſubſeſſili. In Syſtemate Linnaeano hoc nondum commemoratum eſt. Inuentor vero eius primus erat Ill. HALLERVS, qui, in opuſculis ſuis, ſub nomine *Sphagni acaulis maximi, foliis in centro ciliaribus, illud vulgauit, nulla tamen calyptrae oſculiue* facta mentione, et ibidem icone eleganti ſimul illuſtrauit. DILLENIVS, cui exemplar transmittebatur, hoc nomen ab HALLERO propoſitum, retinuit; paulo poſt MVLLERVS ſub generali *Muſci;* SCHMIDELIVS contra ſub *Buxbaumiae;* nuperrime OEDERVS ſub *Phaſci* et denique ſub *Bryi* nomine Noſter, propoſuerunt.
p. 222. CCV. *Br. ſphagnoides*, antheris ſubſeſſilibus, ouatis, terminalibus lateralibusque, oſculo imberbibus; calyptra fugaci minima. Hac vero etiam de plantula plurimi botanici dubitarunt, ad quod aptiſſime referrent genus. LINNAEVS enim cumque eo GVNNERVS, SCOPOLIVS, LEERSIVS WEISSIVSque hoc pro varietate *Bryi apocarpi* mera habuerunt; quod contra DILLENIO, HALLERO atque

que VALLANTIO diſplicuit. DILLENIVS vero ad *Sphagni;* HALLERVS contra ad *Hypni* genus reducere ſtuduerunt. CCVI. *Br. recuruum* antheris erectis, lateralibus, furculo breuioribus; foliis ſetaceis ſecundis, falcato-recuruis. Ob folia in alteram partem recurua omninoque falcata hoc *Recuruum* Noſter dicere maluit ad *Br. alpinum* a noſtro facilius diſtinguendum. CCVII. *Br. contortum* anthera erecta, cylindracea, oblique intorta; caule ramoſo; calyptra extinctorii forma, laxa, aurea, longe ariſtata. LINNAEVS, GVNNERVS, LEERSIVS hoc eſſe maiorem *Br. extinctorii* modo varietatem credunt; HALLERVS, contra a *Bryo extinctorio* hoc ſeparandum, cum DILLENIO, recte putauit. CCVIII. *Fontinalis capillacea* foliis lineari-ſetaceis; antheris ex gemmis lateralibus, cylindraceis; operculis elongato-ſubulatis. CCIX. *Lichen flauo-vireſcens* (tab. 13. f. 4. lit. b.). Leproſo-cruſtaceus, tener, ex flauo-vireſcens; tuberculis lentiformibus, triſte luteis. CCX. *L. fuſco-ater* (tab. 14. f. 3. et 4.). Leproſo-cruſtaceus, farinaceus, obſcure griſeus, tuberculis lentiformibus, immarginatis, atris. Confuſiones erroresque, in quos LINNAEVS, WEISSIVS, LEERSIVS etc. quoad iſtius ſpeciei colorem inciderunt, dilucide breuiterque Auctor narrat atque hunc Lichenem a proxime cognatis congeneribus, *ſanguinario* videlicet; *petraeo; calcario* et *carbonario*, recte optimeque diſtinguit.

p. 224.

p. 226.

p. 227.

p. 230.

V. I. A. SCHERERI animaduerſiones quaedam circa eudiometriam. p. 235.

VI. NICOL. IOSEPH. JACQUIN *Sideroxylum.* Obdiuerſum *Sideroxyli* (ſub quo nomine HERMANNVS atque PLVKENETIVS arbores diuerſi generis plures, eum *Africanas*, tum *Americanas*, vbi, propter ſummam ligni duritiem, arbores ferreae incolis vocantur, quod etiam nomen adhuc hodie in vtraque India obtinet) characterem genericum, a LINNAEO conſtitu- p. 247.

tum; porro ob quaedam ſynonyma in ſpeciebus *Linnaeanis* dubia a Noſtro offenſa, ac denique propterea, quod Auctor autumat, ſe in hoc genere LINNAEVM, qui ſine dubio nullum viuum viderit *Sideroxylum*, non recte cepiſſe, nunc hoc genus melius accuratiusque deſcribere atque errores a LINNAEO commiſſos emendare, ſtuduit.

p. 249. I. *Sideroxylum mite.* Character genericus, a Noſtro nunc propoſitus, eſt ſequens: *Cal.* Perianthium 5-partitum, paruum, patens; foliolis ſubrotundis, obtuſis, concauis. *Cor.* 1-petala, rotata, 5-partita; laciniis oblongis, obtuſis, concauis, patentiſſimis. Nectarii ſquamae nullae. *Stam.* Filamenta 5, ſubulata, incuruato-erecta, fere longitudine corollae. Antherae ſubrotundae. *Piſt.* Germen ſubrotundum, ſuperum. Stylus nullus. Stigma ſimplex, obtuſum. Eſt *Sideroxylum mas inerme* MILLER. Sponte creſcit in *Promontorio*

p. 250. *bonae Spei.* II. *Sid. inerme* LINN. Eſt *Sideroxyli* primum, dein *Coriae Indorum* nomine data arbor DILLEN., quae quoque ibidem cum priori naſcitur. Character vero huius eſt: *Cal.* Per. 5-partitum, parvum: foliolis ouatis, obtuſis, concauis, patentibus. *Cor.* 1-petala, rotata 5-partita; laciniis oblongis, obtuſis, concauis, patentiſſimis. Nectarii ſquamae 5, lanceolatae, acuminatae, patentiſſimae, ſaepe inciſae, cum laciniis corollae alternantes, eiusdemque fere longitudinis. *Stam.* Filamenta 5, ſubulata, patentia, nectarii longitudine. Anth. ſubcordatae. *Piſt.* Germen ouatum, ſuperum. Styl. filiformis, erectus, lon-

p. 252. gitudine fere ſtaminum. Stigma obtuſum. III. *Sid. tenax.* LINN. Eſt *Chryſophyllum carolinenſe* JACQUINI, ad quod genus ante XX. annos ob ſtructuram floris retulit, nunc vero, fructus melius cognoſcens, ad *Sideroxyla* rectius reduxit. Fructificationis autem character eſt: *Cal.* Perianthium 6- vel 5-phyllum, per-

perſiſtens; foliis oblongis, concauis, obtuſis, conniventibus. *Cor.* 1-petala. Tubus calyce breuior. Limbus 5-fidus vel ſexfidus, patentiſſimus, calyce duplo longior; laciniis oblongis, obtuſis, lateribus conniuentibus. Nectarii ſquamae tot, quot laciniae petali, cum his alternantes, iisdem paulo breuiores, lanceolatae, acutae, ſaepe denticulatae, trifidae; laciniis exterioribus patulis, intermedia longiore erectaque. *Stam.* Filamenta tot, quot laciniae petali, his incumbentia, iisdem paulo longiora, ſubulata. Antherae oblongae, incumbentes. *Piſt.* Germen ouatum ſuperum. Styl. filiformis, erectus, longitudine ſtaminum. Stigma obtuſum. *Per.* Drupa oualis. *Sem.* Nux ouata, nitida, baſi foraminibus duobus, ſepto arcuato diſtinctis, peruia, vnilocularis. IV. *Sideroxylum maſtichodendron* (tab. 17. f. 5.). Eſt *Cornus foliis laurinis fructu maiore luteo* CATESBYI, qui refert hanc arborem in *Abbaco* aliisque inſulis *Bahamenſibus* ſponte creſcere atque ibidem *Maſtic-Tree* incolis appellari. Huius vero lignum ſtructurae materiariae valde bonum; fructus flauus edulis, ſaporis dulcis melleique, quoque inprimis aues aliaque animalia veſcuntur. Cuius eſt character genericus. *Cal.* Perianthium 5-phyllum, perſiſtens, paruum, inferum; foliolis ſubrotundis, obtuſis, concauis, patulis. *Cor.* Petalum rotatum. Tubus ipſo calyce breuior. Limbus 5-fidus, laciniis ouatis, obtuſis, concauis, patentiſſimis. Nectarii ſquamae 5, cum laciniis petali alternantes, iisdem duplo breuiores, ſubulatae, acutae, integerrimae, patentiſſimae. *Stam.* Filamenta 5, ſubulata, patentiſſima, cum nectarii ſquamis alternantia earundemque altitudine. Antherae oblongae, incumbentes. *Piſt.* Germen ouatum deſinens in ſtylum ſubulatum, erectum et longitudine ſtaminum. Stigm. obtuſum, ſimplex. *Per.* Drupa oualis, mucronata, caeterum obtuſa. *Sem.* Nux oualis, obtuſa, baſi cica- p. 253.

cicatrice notata, nitida, 1-locularis. Nucleus eiusdem figurae, tenuiſſima membrana veſtitus.

p. 255. VII. NICOLAI HOST, Med. Doct. *Cimex Teucrii*, quem ante IV annos in aſperrimis prope *Bertholsdorf* collibus *Teucrio ſupino*, cuius ramulum XVIII. tabula depingendum curauit, Noſter inſidere inuenit et nunc primum modo deſcribit ſequenti: *Cimex* muticus, oblongus, minimus, fuſco-cinereus: antennarum articulis duobus, nigro-cinereis, glabris; poſterioribus nigris, piloſis; poſtremo eleuato, incraſſato, apice attenuato. Caput cinereum, fronte emarginatum. Oculi extantes, nigri, antennae corpore breuiores, in quiete porrectae, baſin verſus conuergentes, verſus apicem diuergentes, quadriarticulatae. Roſtrum fuſcum, ſulco, pectori inſculpto, adpreſſum. Thorax corpore breuior, muticus cucullatus, baſi annulatus: transuerſe ſubcarinatus, carina in duas partes ſubaequales diuiſa etc. Pectus fuſcum, canaliculatum, canaliculo roſtro, margine incraſſato longiore. Alae 4, cruciato-complicatae. Superiores abdomine longiores, marginatae; antice coriaceae, criſpae, fuſco-cinereae; poſtice membranaceae, albicantes, filis fuſcis reticulatae. Alae inferiores hyalinae, ſub ſuperioribus complicatae. Dorſum concauo-planum, fuſcum. Abdomen conuexum, fuſco-cinereum, ſegmentis ſex ferrugineis, in apice partes genitales gerens. Artus 6, abdomini concolores, femora incraſſata; tibiae compreſſae; pedes vnguiculati. Magnitudo vero huius inſecti eſt vix linea pariſina. Larua eiusdem oculo nudo vix viſibilis, hexapoda, agiliſſima, teres, rubra, roſtrata: oculis nigris; antennarum alarumque rudimentis et pedibus albis, ſegmentis vndecim. Pupa larua maior, fuſca, alarum rudimentis maioribus.

p. 260. VIII. NICOLAI IOSEPHI JACQUIN *obſeruationes botanicae continuatae* poſt Vol. Collect. I. pagg. 168.

CCI.

CCI. *Helonias pumila.* In *Carolina* creſcit. CCII. *Agave virginica.* L. Cuius character fructificationis eſt ſequens. *Cal.* o. *Cor.* 1-petala, ſupera, 6-fida. Tubus teres 6-ſulcatus. Laciniae longe lanceolatae, obtuſulae, concauae, erectiuſculae, alternae, profundius ſectae. *Stam.* Filamenta 6, ex ſuperiori parte tubi corollae, ſubulata, erecta, corollam ad vnam tertiam partem ſuperantia. Antherae lineares, verſatiles. *Piſt.* Germen inferum, oblongum, obſolete 3-gonum. Styl. filiformis, craſſus, obſolete 3-ſulcatus, ſtaminibus paulo breuior. Stigm. 3-fidum, capitatum, patens. CCIII. *Hedyſarum pictum.* In *Guineae* locis arenoſis ſponte naſcitur. CCIV. *Albuca altiſſima.* CCV. *Ophrys cordata.* L. In ſyluis vmbroſis ſubalpinis montis *Gans* obuia. CCVI. *Ipomoea luteola.* Creſcit in *Guatimala*, ex qua Noſter accepit. Meram eſſe *Ipomoeae coccineae* varietatem Auctor ſuſpicatur. CCVII. *Orchis variegata.* In *Auſtriae* pratis frequens. HALLERVS hanc ſpeciem modo definit ſequenti: *Orchis* radicibus ſubrotundis, ſpica breuiſſima; labello breuiter quadrifido, circumſerrato, punctato. CCVIII. *Orchis militaris.* L. CCIX. *Aſtragalus exſcapus.* In *Hungaria* et *Thuringia* ſponte creſcit. A BVXBAVMIO hic *Aſtragalus* hoc modo iam deſcriptus eſt: *Aſtrag.* ſcilicet perennis ſupinus, foliis lanceolatis, acutis, erectis, ſubaequalibus. CCX. *Celſia linearis. Cal.* Perianth. 5-phyllum, perſiſtens, petalo multo breuius: foliolis lanceolatis acutis, erectis, ſubaequalibus. *Car.* 1-petala, ſubrotata, inaequalis; tubus breuiſſimus; faux ampliata; limbi 5-fidi, laciniae ſubrotundae, quarum duae ſuperiores ſ. labium ſuperius, paruae; infima ſ. labii inferioris lacinia intermedia maxima. *Stam.* filamenta 4, aequalia, breuiſſima, craſſa, inclinata verſus corollae lacinias minimas, glabra. Antherae ſubſagittatae, erectae, magnae, conniuentes, vti in Solanis. *Piſt.* Germen ſubrotundum.

p. 260. 61. p. 262. p. 265. p. 266. p. 267. p. 269. p. 270.

dum. Styl. filiformis, craſſulus, ſtaminibus longior. Stigm. obtuſum. *Per.* Capſula ſubrotunda. *Sem.* plu-
p. 251. ra. CCXI. *Conyza Carolinenſis.* Sponte creſcit in *Carolina.* Character vero eſt. *Cal.* communis imbricatus, cylindricus: in medio coarctatus; ſquamis lanceolatis, acutis, erectis omnibus, interioribus ſucceſſiue longioribus. *Cor.* compoſita, tubuloſa. Corollulae hermaphroditae pluſculae in centro. Femineae numeroſiſſimae circum hermaphroditas. *Propria* hermaphroditis longe infundibuliformis, limbo 5fido patulo. *Propria* femineis ſubcylindrica, limbo trifido, patulo. *Stam.* Hermaphroditis filamenta 5, capillaria, breuiſſima. Anthera cylindrica, tubuloſa, 5-dentata. *Piſt.* Hermaphroditis germen oblongum. Styl. filiformis, ſtaminibus longior. Stigm. 2. patula. Femina: vt in hermaphroditis. *Per.* o. *Cal.* conniuens. *Sem.* Hermaphroditis et Femineis ſolitaria, oblonga.
p. 273. *Pappus* piloſus, ſeſſilis. *Rec.* nudum, planum. CCXII. *Pteris caudata* LINN. Haec autem eſt iſta ſpecies, quam pro ſola *Pteridis caudatae* varietate LINNAEVS habet, a Noſtro cum SLOANEO, qui hunc Filicem modo definiit ſequenti: *Filix femina* ſ. *ramoſa maior, pinnulis anguſtiſſimis et rariſſimis*, ſpecies vt propria diſtinguitur. Creſcit ſponte in inſulis *Caribaeis.* CCXIII. *Myrica ſegregata.* Sponte prouenit in regionibus *Americae* calidioribus. Flos vero huius fruticis a Noſtro monoicus obſeruatus eſt et ſic character inſtitutus ſequens: *Maſc. Cal.* Squamae vniflorae, oppoſitae, ouatae, ſeſſiles, concauae, acutae et ciliatae. *Cor.* o. *Stam.* Filamenta a 3 ad 6, filiformia, patentiſſima, longitudine pedicelli. Antherae ouatae, ſubdidymae, erectae, obtuſae. *Piſt* Germ. o. Styl. in quibusdam floribus ſubulatus cum ſtigmate capitato. *Fem. Cal.* et *Cor.* vt in Mare. Squamae dein aliae ab 1 ad 4, lanceolatae, ad baſin germinis ſeſſiles perianthii adinſtar, eidemque adpreſſae, rarius abſentes. *Piſt.* Germen ouatum. Stylus filiformis, craſſus. Stig-
ma

ma capitatum, obſcure lobatum. *Per.* Bacca oualis, glabra, vnilocularis. *Sem.* vnicum, teres, acuminatum, falcatum, ſtriatum, ſcabriuſculum, cortice duriuſculo.

CCXIV. *Althaea narbonenſis.* CCXV. *Dolichos gladiatus.* CCXVI. *Conuoluulus crenatus.* In *Peruuia* ſponte creſcit. Semina ante pluſculos annos ſub *Conuoluuli biflori* nomine fuerunt tranſmiſſa; ob deſcriptionem vero illi non conuenientem, haec planta eſſe Linnaeana nequit, hinc nouum nomen triuiale ei Auctor impoſuit. CCXVII. *Gomphrena* braſilienſis LINN. Character vero fructificationis eſt: *Cal.* Perianth. ſcarioſum, 3-phyllum, erectiuſculum, perſiſtens: foliolis duobus lateralibus, lanceolato-acuminatis, concauis, ad oras inordinate et acute inciſis; tertio extimo lanceolato, acuto, pauciſerrato, duplo breuiori. *Cor.* 5-petala, quoque tantum 3-petala; foliolis lanceolatis, acutis, ſerrato-ciliatis, erectiuſculis, externe villuloſis, calycis fere longitudine. Nectarii 1-phylli ſemiquinquefidi et petalo duplo breuioris laciniae acuminatae, erectae, pauciſerratae. *Stam.* Filam. 5. *Piſt.* Germen ouatum, glabrum, attenuatum in ſtylum. Stigma capitatum, ſimplex, magnum. *Per.* Capſ. ouata, membranacea, circumſciſſa, vnilocularis. *Sem.* vnicum, ſubouatum, magnitudine capſulae.

p. 275. p. 276. p. 277. p. 278.

CCXVIII. *Celoſia virgata.* Cuius patria adhuc ignota. *Cal.* Perianthium 3-phyllum, ſcarioſum, perſiſtens: foliolis lanceolatis, acuminatis, patentiſſimis, corolla breuioribus, albidis cum mucrone fuſco. *Cor.* Petala 5, longe lanceolata, acuminata, parum concaua, patentiſſima, perſiſtentia, viridula, cum oris pallidis. *Stam.* Filamenta 5, ſubulata, erecta, petalis duplo breuiora, baſi in nectarium vrceolatum coalita. Antherae oblongae, didymae, incumbentes. *Piſt.* Germen ouatum. Styl. filiformis, erectus. Stigm. 3-fidum, filiforme, patens. *Per.* Capſ. ſubrotunda, membranacea, circumſciſſa, vnilocularis. *Sem.* circiter 6, lentiformia.

p. 279.

p. 280. tiformia. CCXIX. *Ipomaea leucantha.* In *America* torrida ſponte creſcit. Character fructificationis eſt. *Cal.* Perianthium 5-phyllum, perſiſtens; foliolis oblongis, acuminatis, erectis cum apice patulo. *Cor.* 1-petala, infundibuliformis; calyce duplo longior; limbo patulo, ſemiquinquefido; laciniis latis, acutiuſculis et breuibus. *Stam.* Filamenta 5, ſubulata, fundo tubi corollae adnata, qua duplo breuiora, erecta. Antherae oblongae, incumbentes. *Piſt.* Germen ouatum, pilis erectis coronatum, ad baſin glandula circumdatum. Stylus filiformis, erectus, longitudine ſtaminum. *Stigm.* capitatum, bilobum, echinatum. *Per.* Capſula ſubrotunda, ad apicem piloſa, caeterum glabra, 2-locularis. *Sem.* in quolibet loculamento gemina,
p. 281. glabra. CCXX. *Clitoria braſiliana* LINN. Semina huius ex *Carolina* ſine titulo ſunt transmiſſa. CCXXI. *Paſſiflora lutea* L. In inſulis *Caribaeis* naſcitur. CCXXII. *Aeſchynomene Seſban.* L. In *Aegypto* ſponte creſcit frutex atque ibidem FORSKÅHLIO teſtante, circa hortos agrosque ſepibus viuis inſeruiens; dein etiam foco, quam ob rem praecipue colitur, vti-
p. 284. lis. CCXXIII. *Solanum peruuianum.* L. Quod, in *Peruuia* ad littora maris innaſcens fiſſuris ſaxorum, Cel.
p. 285. LVDOVICVS FEUILLÉE primum detexit. CCXXIV. *Sol. virginianum* L. In hoc *Solano* baccas, quae immaturae ex viridi albidoque variae erant, ad maturitatem haud peruenerunt, quod quoque in aliis huius generis ſpeciebus Noſter obſeruauit. CCXXV. *Sol. lanceaefolium.* Creſcit ſponte in America meridionali.
p. 288. CCXXVI. *Sol. carolinenſe.* LINN. CCXXVII. *Sol. nodiflorum.* In Mauritii inſula naſcitur, vbi ab incolis nomine malaico *Bret* appellatur atque pro olere colitur.
p. 289. CCXXVIII. *Cynanchum carolinenſe.* Quod cum *Cynancho ſuberoſo.* LINN. maximam habens adfinitatem ab illo tamen diſtinguitur, caule minime ſuberoſo, annuo, atque corolla obtuſiſſima. Characterem huius

Noſter

Noſter conſtituit ſequentem: *Cal.* Perianthium 5-partitum patentiſſimum: laciniis anguſte lanceolatis, acutis, villuloſis, ad apicem ciliatis. *Cor.* 1-petala, rotata, patentiſſima, 5-fida; laciniis lanceolatis, obtuſis, planis, calyce fere triplo longioribus. Nectarium campanulatum, paruum, ex fundo corollae adſcendens; tubo 5-gono: limbo 5-partito in lacinias triangulares ad latus vtrinque cornutas, craſſas, et genitalibus incumbentes. Vagina germen circumdans diuiditur ſuperne in 5 bracteolas, intus ad baſin biſaccatas et apicibus ſuis ſtigmati incumbentes. *Stam.* Filamenta 10, congenerum ſitu et figura. *Piſt.* Germina 2, ouata, hinc plana, illinc conuexa, muricata, abeuntia in ſtylos 2 ſubulatos. Stigm. commune, diſcoideum, pentagonum, in ſuperficie ſulco transuerſo exaratum. CCXXIX. *Aſclepias citrifolia.* In *America* creſcit. Tota planta lacteſcens. Flores ſunt albidi, magnitudine ſtructuraque partium exacte cum floribus *Aſclepiadis curaſſauicae* conueniunt. CCXXX. *Calea aſpera. Americae* meridionalis incola. Hanc vero ſpeciem nec eſſe Caleam iamaicenſem; nec oppoſitifoliam; nec tandem ſcopariam, charactere Noſter perſpicue docet inſequenti. *Cal.* communis ſubimbricatus; ſquamis lanceolatis, acutis, planiuſculis, patentiſſimis. *Cor.* compoſita, vniformis, ſubtus plana, ſupra conuexa, calyce duplo longior. Corollulae hermaphroditae plurimae aequales; *propria* infundibuliformis: tubo cylindrico, incuruo: limbo 5-fido ex laciniis lanceolatis, acutis, erectis. *Stam.* Filamenta 5, capillaria. Anthera cylindrica, tubuloſa. *Piſt.* Germen turbinato-oblongum, 4-gonum. Styl. filiformis, corollae longitudine. Stigm. 2, reuoluta, corollam ſuperantia. *Per.* o. Cal. immutatus. *Sem.* ſolitaria, oblonga, tetragona, truncata. *Papp.* ex ſetis paucis, longitudine palearum, caducus. *Rec.* conuexum, paleaceum. Paleae oblon-

p. 290.

gae, introrſum mucronatae, concauae, omnes aequa-
p. 292. les. CCXXXI. *Galega capenſis.* Ad *Promontorium bonae Spei* ſponte creſcit. Character fructificationis eſt. *Cal.* Perianthium 1-phyllum, campanulatum, ſemiquinquefidum: dentibus lanceolatis, ſubaequalibus, acutis: 3 exterioribus erectis; 2 ſuperioribus minus profunde inciſis et ad dorſum vexilli reflexis. *Cor.* papilionacea. Vexillum ſubrotundum, emarginatum, conuexulum, amplum, ex vngue erecto brevique ad angulum erectum, reflexum. Alae oblongae, obtuſae, concauae, erectae, lateribus anticis patentes, poſticis ſibi mutuo ad vexillum incumbentes, fere longitudine vexilli. Carina falcata, acuta, breuis. *Stam.* Filamenta 10, diadelpha (ſimplex et 9-fidum) ſitu piſtilli. Antherae ſubrotundae. *Piſt.* Germen oblongum, teres, villoſulum, erectum. Styl. ad angulum rectum adſcendens. *Stigm.* ſubrotundum, apice barbatum. *Per.* Legumen lineare, teres, erectum, ad ſemina torulum, vniloculare, 2-value.
p. 293. *Sem.* plura, teretiuſcula, ſubreniformia. CCXXXII. *Sanicula marilandica* LINN CCXXXIII. *Meſembryanthemum cordifolium* LINN. CCXXXIV. *Gnaphalium eximium* LINN. Ad *Promontorium bonae Spei* ſponte
p. 296. creſcit frutex ſpecioſiſſimus. CCXXXV. *Kiggelaria integrifolia.* Haec arbuſcula ſub nomine nouae *Rhamni* ſpeciei in horto Hagenſi *Schwenkiano*, notata, nunc autem ob floris ſimilitudinem cum *Kiggelaria africana mare*, a Noſtro ad hoc genus reducta eſt atque charactere inſignita ſequenti. *Cal.* Perianthium 1-phyllum, ſemiquinquefidum, patulum, corolla duplo breuius; laciniis ouatis, acutiuſculis, ciliatis, planis. *Cor.* 5-petala, rarius 4-petala; foliolis lanceolatis, acutis, ſimul corollam campanulatam formantibus. Nectarii glandulae nullae. *Stam.* Filamenta circiter 20, craſſula, breuiſſima, receptaculo communi inſerta. Antherae oblongae, erectae, ſu-

perne

perne hirſutae, ad apicem vtroque latere dehiſcentes. *Piſt.* Germen ſubrotundum, ſuperum. *Styli* 2, craſſi, patuli. Stigmata obtuſa, ſimplicia. CCXXXVI. *Ipomoea pentaphylla.* LINN. In fruticetis apricis inſulae Martinicae Auctor detexit. CCXXXVII. *Coreopſis limenſis.* Fructificationis character eſt. *Cal.* communis imbricatus, polyphyllus, perſiſtens, foliolis lanceolatis, acutiuſculis, planiuſculis, patulis, interioribus longioribus. *Cor.* compoſita radiata. Corollulae hermaphroditae in diſco elongato numeroſae. Femineae circiter 10 in radio. *Propria* hermaphroditis longe infundibuliformis, limbo 5-fido; laciniis lanceolatis, reuolutis. *Feminea* ligulata, difformiter bifida, 3- vel 4-fida; laciniis latis, reflexis. *Stam.* hermaphroditis filamenta 5, capillaria, breuiſſima. Anthera tubuloſa, cylindrica, 5-dentata. *Piſt.* Hermaphroditis germen inferum, compreſſum, cuneiforme, ad verticem et latera ciliatum. Stylus filiformis, longitudine ſtaminum. Stigm. 2-fidum, craſſiuſculum. *Femineis* germen vt in hermaphroditis. *Styl. Stigm.* et *Per.* o. *Cal.* immutatus. *Sem.* hermaphroditis ſolitaria, cuneiformia, compreſſo-plana, bicornia, ſericea. *Feminis.* o. *Rec.* conuexum, punctato-tuberculatum, paleaceum. Paleae concauae, acutae, flore breuiores. CCXXXVIII. *Mimoſa tamarindifolia* LINN. Haec arbuſcula in *Caribaeis* inſulis ſponte creſcit. Character eſt: *Cal.* Perianth. 1-phyllum, turbinatum, erectum, valde inaequaliter et diuerſimode 5-dentatum, corollae ad vnam tertiam breuius. *Cor.* 1-petala, turbinata, erecta: ore contracto et 5-dentato. *Stam.* Filamenta numeroſa, capillaria, erecta, petalo duplo longiora, ipſa baſi connata in vnum corpus. Antherae ſubrotundae, parvae. *Piſt.* Germen ouatum, pedicellatum. Stylus capillaris, longitudine et ſitu ſtaminum. Stigm. ſimplex. *Per.* Legumen oblongum, acutum, compreſſo-

p. 297.

p. 300.

planum. *Sem.* plura, rotundata, compreſſo-plana.
p. 301. CCXXXIX. *Verbena priſmatica* LINN. Ex *Iamaica.* CCXL. *Saluia pſeudococcinea.* In America calidiore ſponte creſcit. Totus flos quoad magnitudinem, ſtructuram coloremque *Saluiae coccineae* ſe ſimilem ita praebet, vt dignoſci primo intuitu vix poſſit. Ab illa autem, calyce paulo minore, foliis ouatis, ad baſin non
p. 303. ſinuatis et pube longa, differt. CCXLI. *Gladiolus gramineus* LINN. Ad *Promontorium bonae Spei* ſponte na-
p. 304. ſcitur. CCXLII. *Poa ſicula.* Hanc vero ſpeciem in parte obſeruationum ſecunda Auctor iam icone illuſtrauit atque deſcripſit ſub *Cynoſuro* ſpica diſticha, compreſſo-plana; ſpiculis alternis, ſeſſilibus, auctis.
p. 305. Patria eſt *Sicilia.* CCXLIII. *Allium ſuaueolens.* In *Auſtriae* pratis paludoſis copioſe creſcit. CCXLIV.
p. 307. *Cyperus alternifolius* LINN. CCXLV. *Hibiſcus diverſifolius.* CCXLVI. *Ledum latifolium.* Patria fruticis huius nondum cognita. CCXLVII. *Euphorbia angulata.* Quae in *Auſtria* a Cel. MYGINDO primum viſa nunc a Cel. HAENKE ad Auctorem tanta copia relata eſt, vt deſcribere atque delineare eam poſſet. Quod iam in *Florae Auſtriacae* Volumine 3tio a Noſtro fa-
p. 310. ctum eſt. CCXLVIII. *Euph. ſerrata* LINN. Sponte naſcitur in *Hiſpania*, *Italia* et *Gallia Narbonenſi.* Planta
p. 311. tota lacte abundans. CCXLIX. *Malpighia coccigera*
p. 313. LINN. In inſulis *Caribaeis* ſponte creſcit. CCL. *Agaue foetida.* In iisdem locis cum antecedente planta creſcit. CCLI. *Ornithogalum comoſum.* LINN. CCLII. *Ornith. caudatum.* Sub hoc titulo ante plures annos a Cel. THOUIN Noſter accepit ſemina. Forſan
p. 316. patria eſt *Africa.* CCLIII. *Ornith. ſuaueolens.* Ad *Promontorium bonae Spei* creſcit. CCLIV. *Ornith.*
p. 317. *tenellum.* Ibidem cum priori naſcitur. CCLV. *Ornith. pyramidale* LINN. In *Luſitania* habitat. Eſt *Ornith. lacteum maximum* aliorum. CCLVI. *Ornith. latifolium* LINN. Patria ſunt *Arabia*, *Aegyptiaque.*

CCLVII.

CCLVII. *Meſembryanthemum cuneifolium.* Ad *Promontorium bonae Spei* creſcit. p. 318. CCLVIII. *Tragopogon capenſis.* Quoque ibidem cum priori naſcitur. p. 320. CCLIX. *Iris Xiphium.* LINN. CCXX. *Ir. variabilis.* Eſt *Iris bulboſa anguſtifolia verſicolor* BAVHINI. Quoad totam faciem cum antecedente conuenit; minore vero habitu ab illa differt. Folia enim ſunt multo anguſtiora, bulbus minor, petala exteriora vix emarginata, potius integerrima. Caeterum varietates plurimas ratione coloris florum ex ſemine Noſter prodire vidit. CCLXI. *Ir. virginica* LINN. p. 323 CCLII. *Lachenalia punctata.* Ad *Promontorium bonae Spei* creſcit. Fructificationis character eſt. *Cal.* o. *Cor.* tubuloſa, incuruatula, limbo breui, patente. Petala 6. Tria exteriora inuerſe cuneiformia, erecta, obtuſa, approximata ſimul tubum formantia, ipſa tantum infima baſi connata cum interioribus. Tria interiora longe cuneiformia, obtuſa, interiorem tubum formantia, exterioribus paulo longiora, apice patula, infimo duobus reliquis paulo breuiori. *Stam.* Filamenta 6, ſubulata, erecta, fere longitudine corollae. Antherae oblongae, incumbentes. *Piſt.* Germen ſuperum, ouatum, triquetrum. Stylus filiformis, erectus, longitudine ſtaminum. *Stigm.* ſimplex, obtuſum. *Per.* Capſula ouata, obtuſa, triquetra, 3-locularis, 3-valuis. Sem. plura. CCLXIII. p. 324. *Euphorbia Nicaeenſis* ALLIONII. In comitatu *Nicaeenſi* ſponte creſcit. CCLXIV. *Chenopodium caudatum.* In *Guinea* ſponte creſcit. Planta eſt annua, glabra, erecta, ab vno ad 2 pedes alta: *caule* tereti; ſaepe obſcure angulato, gracili vix ramoſo. *Folia* ſunt alterna, petiolata, rhombeo-ouata, obtuſa, nonnunquam emarginata, integerrima, venuloſa, plana, pallidius virentia. Racemus terminalis, erectus, a 3 ad 5 vncias longus, alternatim et ſimpliciter racemoſus, denſe obſeſſus floribus ſeſſilibus conglomera-

p. 325. tis; *Cal.* acutus, vireſcens. *Antherae* flaueſcentes. *Sem.* viride. *Styl.* 2-fidus, pallidus. *Sem.* atra. CCLXV. *Echium glaucophyllum.* Ad *Promontorium bonae Spei* creſcit. CCLXVI. *Andromeda mariana* LINN. In
p. 327. America ſeptentrionali ſponte naſcitur. CCLXVII. *Geranium ſcabrum* LINN. *Promontorium bonae Spei* eſt patria. CCLXVIII. *Samyda ſerrulata* (tab. 17 f. 1.). In inſula *St. Domingo* ſponte creſcentem Noſter vidit Nouembri. Character vero genericus a Noſtro ſubiectus eſt ſequens. *Cal.* Perianth. 1-phyllum, ſemiquinquefidum, 10-ſtriatum; tubo campanulato: limbi laciniis ouatis, obtuſiuſculis, vna alteraue infra apicem in dorſo ſubmucronata, patentiſſimis, planis. *Cor.* 0. Nectarium 1-phyllum, conicum, truncatum, inferne tubo calycis accretum, erectum, calyce breuius, 18-ſtriatum totiesque denticulatum. *Stam.* Filamenta 0. Antherae 18, ſagittato-oblongae, erectae, denticulis nectarii infixae. *Piſt.* Germen ouatum. Styl. filiformis, erectus, longitudine ſtaminum. Stigm. capitatum, conuexum. *Per.* Capſ. ſubrotunda, 5-ſulcata, coriacea, 1-locularis, 5-valuis. *Sem.* plurima, ſubouata, baccata, affixa parietibus valuularum.
PHARMACOPOEA ſuecica, cura R. Coll. Med. Holm. edita: vna cum Pharmacop. pauperum Edit. IV. Lipſ. 8.

PICKEL (S.) *von einem Secunden-Perpendickel einer aſtronomiſchen Uhr, deſſen Länge von der Wärme oder Kälte keine Veränderung leidet. m.* 1. *Kupf. Erfurt.* 4.

PLANERI (I. I.) Flora Erfordenſis. Gothae. 8.

PLATOS (C. C.) *kleine Naturgeſchichte für Kinder, aus H.* SANDERS *Güte u. Weisheit Gottes gezogen. Wittenb. u. Zerbſt.* 8.

PLENCKII (I. I.) doctrina de morbis venereis. Edit. altera aucta et emendat. Vindob. 8.

— *Lehren von veneriſchen Krankheiten. a. d. Lat. 2. verbeſſ. Aufl. Ebend.* 8.

— *erſter Umriſs der Zergliederungskunſt des menſchl. Leibes. 2. verb. Aufl. Ebend.* 8.

PLINII (C. SEC.) naturalis hiſtoriae cum interpret. I. HARDVINI, HERMOLAI BARBARI, PINTIANI, et cet. Vol. VI. Lipſ. 8.

— *Naturgeſchichte, überſ. v.* G. GROSS. *B. 10. 11. Frankf. a. Mayn.* 8.

PLOUCQUET (G. G.) Commentarius medicus in proceſſus crim. ſuper homicidio, infanticidio, et embryoctonia. Argentorati. 8.

POTTS (P.) *ſämmtliche chirurgiſche Werke, nach einer neuen vermehrt. Ausgabe. a. d. engl. B. I. II. m. Kupf. Berl.* 8.

PYLS (I. T. D.) *neues Magazin für die gerichtl. Arzneykunde und mediciniſche Polizey. B. 2. St. 2. 3. Stendal.* 8.

— *Aufſätze u. Beobachtungen aus der gerichtl. Arzneywiſſenſchaft. Samml. 5. Berl.* 8.

QUARINS *Bemerkungen über verſchiedene Krankheiten. a. d. lat. nebſt Zuſ. über die Würkungen des Aſtragalus. Wien.* 8.

QUESNAYS *mediciniſch-chirurgiſche Abhandl. über die Eiterung u. den Brand. a. d. Franz. überſ. v. D.* PFINGSTEN. *Th. II. Berl. u. Stralſund.* 8.

RAFFS *Naturgeſchichte für Kinder, zum Gebrauch auf Stadt- u. Landſchulen. m. K. neue verb. Aufl. Goetting.* 8.

RAHNII (I. H.) Aduerſaria medica. Vol. II. Tiguri. 8.

RAHNS *gemeinnütziges Archiv medicinisch-physischer Kenntnisse, B.* 1. *Abtheil.* 1. *Tiguri.* 8.

— *medicinisch-chirurgischer Briefwechsel. Th.* 1. *Ebend.* 8.

RAMMELTS (G.) *vermischte oekonomische Abhandl. zum Besten der Landwirtschaft u. Gärtnerey. Th.* 2. *neue Aufl. Halle* 8.

RAZOUMOWSKY (*des Grafen von*) *Abhandl. von den Uebergängen der Natur im Mineralreiche. a. d. Franz. übers. v.* I. M. TZ. *Dresd.* 8.

REMMLERS (I. C. W.) *chemische Untersuchung der Tamarindensäure, nebst dem Verhalten derselben gegen einige andere Koerper. Erfurt.* 4.

RETZII (A. I.) Lectiones publicae de vermibus intestinalibus, inprimis humanis. Holmiae. 8.

RHADES (F. H.) Animaduersiones circa temperamenta humana inprimisque ea, quae lactatione communicata habent. Halae. 8.

RICHTERS (A. G.) *chirurgische Bibliothek. B.* 8. *St.* 4. *Goetting.* 8.

ROHLWES (I. N.) *Abhandl. von dem Zungenkrebs, von dessen Ursachen u. Heilung. Lüneb.* 4.

ROLLOS (I.) *neue Bemerkungen über die mit Fieber verbundene Ruhr u. ihre sichere Heilart. a. d. engl. übers. v.* C. F. MICHAELIS. *Leipz.* 8.

ROTHII (D.) Herbarium viuum. Fasc. V. VI. Lipsi. Fol.

ROTHS (A. W.) *botanische Abhandlungen u. Beobacht. m. illum. Kupf. Nürnb.* 4.

SAMMLUNG *auserlesener Abhandlungen zum Gebrauch praktischer Aerzte. B. XI. St. III. IV. Leipz.* 8.

— *elektrischer Spielwerke für junge Elektriker. Lief.* 1. *m. Kupf. Nürnb. u. Altdorf.* 8.

— *medicinischer u. chirurgischer Originalabhandlungen. a. d. hannöversch. Magazine v.* 1750. *bis* 1786. *Th. III. Hannov.* 8.

SAMMLUNG, *neue, der auserleſenſten u. neueſt. Abhandl. für Wundaerzte. a. verſchied. Sprachen überſ. St.* 14. *u.* 15. 16. *u.* 17. *m. Kupf. Leipz.* 8.

— *nützliche, von Aufſätzen u. Wahrnehmungen über die Witterungen, die Haushaltungskunde etc. als die Fortſ. des Wittenberg. Wochenblatts. v.* I. D. TITIVS. *B.* 5. *Leipz.* 4.

— *zur Phyſik u. Naturgeſchichte, von einigen Liebhabern dieſer Wiſſenſchaften m. Kupf. B.* 3. *St.* 6. *Leipz.* 8.

SAMMLUNG *in-und ausländiſcher Voegel, nach der Natur fein ausgemalt, auf groß holländ. Realpap. Heft* 3. *Erlang. Fol.*

SANDE (*van den*) *u. D.* S. HAHNEMANNS, *Kennzeichen der Güte u. Verfälſchung der Arzneimittel. Dresd.* 8.

SAEUGTHIERE, *die, in Abbildungen nach der Natur, mit Beſchreibungen v. Hofr.* SCHREBER. *Neue Ausgabe. Liefer.* II. *u.* 12. *auf holländ. u. deutſch. Pap. Erlang.* 4.

SCHALLES (C. F. W.) *oritologiſche Bibliothek, nach geograph. Ordn. Weimar.* 8.

SCHERERS (I. A.) *Beobachtungen u. Verſuche über das pflanzenähnliche Weſen in den warmen Karlsbader und Töplitzer Waſſern. Dresd.* 4.

SCHERFFS (I. C. S.) *Anzeige der Rettungsmittel bei Lebloſen u. in plötzliche Lebensgefahr Gerathenen. Nach* HENSLERS *Plan ausgearb. Neue Aufl. Leipz.* 8.

— *Archiv der medicin. Policey u. der gemeinnützigen Arzneykunde. Th. VI. Ebend.* 8.

SCHLEGELS (D. I. C. T.) *u. D.* I. ARNEMANNS *fortgeſetzte neue medicin. Litteratur für praktiſche Aerzte. St.* 1. *B.* 1. *St.* 2. *Leipz.* 8.

— Theſaurus ſemiotices pathologicae. Vol. I. Stendal. 8.

SCHMEL-

SCHMELTZER (D. F. A.) de probabilitate vitae humanae eiusque vſu forenſi. Commentatio prior etc. Gotting. 8.

SCHMETTERLINGE, *die europaeiſchen, in Abbildungen nach der Natur, mit Beſchreibungen v. Prof.* ESPER. *Heft.* 30. 31. 32. *u.* 33. *Erlang.* 4.

— *neue Ausgabe, in Lieferungen von* 16 *gemahlten Tafeln, nebſt dazu gehöriger Beſchreibung, Liefer.* 2. *Ebend.* 4.

SCHMIDTS (I.) *praktiſcher Landwirth in Beiſpielen u. Berechnungen. Prag. u. Wien.* 8.

SCHMUCKERS (I. L.) *Sammlung vermiſchter chirurgiſcher Schriften. Th. II. Aufl.* 2. *verbeſſ. Berl. u. Stettin.* 8.

SCHMUNDTS (C. G.) *Abhandl. über die Fütterung u. Pflege der milchenden Kühe. Berl.* 8.

SCHNEIDERS *erſter Beytrag zur Naturgeſchichte der Schildkröten. m. Kupf. Leipz.* 8.

SCHOLLERI (F. A.) Supplementum florae barbienſis. c. Tab. aen. Barbi et Lipſ.

SCHRIFTEN *der Geſellſchaft naturforſchender Freunde zu Berlin. B.* 7. *St.* 4. *u. B.* 8. *St.* 1. 2. *m. Kupf. Berl.* 8.

— *der Leipziger oekonomiſchen Societaet. Th.* 7. *m. Kupf. Dresd.* 8.

SCHROETERS (I. S.) *neue Litteratur zur Kenntniß der Konchylien u. Foſſilien. B.* 4. *m. Kupf. Leipz.* 8.

SCHUBARTS (*von* KLEEFELD) *oekonomiſcher Briefwechſel, als eine Fortſetz. ſeiner oekonomiſch-kameraliſtiſchen Schriften. Heft.* 4. *m. Kupf. Leipz.* 8.

SCHUMACHERS, *gerechtes Verhältniß der Viehzucht zum Ackerbau, aus der verbeſſ. Mecklenb. Wirthſchaftsverf. abgeleitet, mit dem benachbarten Landbau verglichen, u. auf andere Gegenden angewandt etc. m. Kupf. u. Tab. Potsdam.* 8.

SCHÜTZ (*von*) *Auszug aus* KRÜNITZ *oekonomiſch-techno-*

technolog. Encyklopaedie. B. 3. ſo den 10–14. B. des gröſsern Werks enthält. B. 4. ſo 4. Bände (15–18.) des groſs. Werks enth. m. Kupf. Berl. 8.

SCHWABENS (E.) *Anweiſung zu den Pflichten u. Geſchäften eines Stadt-oder Landphyſikus. Th. II. Erfurt.* 8.

SCHWENCKENS (C. G.) *Bemerkungen über die Waſſerſucht u. einige langwierige Krankheiten. m. theoretiſchen u. prakt. Zuſätzen, verm. v.* C. L. SCHMALZ. *Dresd.* 8.

SCOPOLIS (I. A.) *Abhandlung von den Bienen u. ihrer Pflege. a. d. lat. überſ. u. mit Anmerk. verſehen v.* K. *Frh. von* MEIDINGER. *Wien.* 8.

— Fundamenta botanica praelect. publ. accommodata c. fig. Vindob. 8.

SEIFERHELDS (G. H.) *Beſchreibung einer ſehr würkſamen Elektriſirmaſchine, als eine Anwendung des Weberſchen Luftelektrophors auf Elektriſirmaſchinen. m. Kupf. Nürnb.* 8.

— *Entwurf einer elektriſchen Flinte, u. über den Werth der Luftmaſchinen, v.* I. WEBER. *m.* I. *Kupf. Salzb.* 8,

SELLE (C. G.) ſtudium phyſico-medicum, *oder Einleitung in die Natur-u. Arzneywiſſenſchaft. 2. ſehr verm. u. verbeſſ. Aufl. Berl.* 8.

SIMONS (S. F.) *Bemerkungen über die Kur des Trippers. a. d. engl. überſ. u. m. Anmerk. begleitet. Schweinfurt.* 8.

SKEETE'S (T.) *Erfahrungen u. Beobacht. über die röhrigte u. rothe peruvianiſche Rinde, nebſt einer Anleitung die Fieber, die Bräune, die Scropheln, u. andere Krankheiten zu heilen. a. d. engl. nebſt einigen Beil. des deutſch. Herausg. Leipz.* 8.

SKIZZE *der mediciniſchen Pſychologie.* 8.

SONNENBURGS (E. G.) *mediciniſch-lateiniſche Sprachlehre für die Unterwundärzte bei den Armeen, welche keine Schulſtudien haben. Abth. 2. Berl.* 8.

SPARRMANNI (A.) Muſeum Carlſonianum, in quo nouae et ſelectae aues, coloribus ad viuum et brevi deſcriptione illuſtrantur. Faſc. I. II. c. icon. col. Holm. et Vpſal. Fol.

SPRENGELS (K.) *Beiträge zur Geſchichte des Pulſes. Breslau.* 8.

— Rudimentor. noſologiae Dynamicorum prolegomena. Halae. 8.

SPRENGSEYSENS (C. F. K. *von,*) *Unterſuchung über die Entſtehung der jetzigen Oberfläche unſerer Erde, beſonders der Gebirge, mit von* CAPIEUX *geſtoch. u. illum. Kupfertaf. Leipz.* 8.

STARKS (I. C.) *Archiv für die Geburtshülfe, Frauenzimmer- u. neugebohrner Kinder Krankheiten. St.* 1. *Jena.* 8.

STEEB (I. H.) *von der Schaafraude u. wie derſelben durch Polyzeyanſtalten geſteuert werden kann. Tübing.* 8.

STEYRERS (I. P.) *Handbuch der Apothekerkunſt, nach den neueſten Entdeckungen in der phyſiſch-chemiſchen Pharmacie. B.* 1. *Salzb.* 8.

STOLLS (C.) *Abbildung u. Beſchreib. der Cikaden u. Wanzen aus Europa, Aſia, Afrika u. Amerika. Heft. X. oder Tabb.* 55–60. *m. ill. Kupf. Nürnb.* 4.

— *Beſchreibung verſchiedener Geſchlechter Cikaden u. Wanzen. Heft. XI. m. illum. Kupf. Amſterd.* 4.

STOLLII (M.) ad primas tres partes rationis medendi index. Vindob. 8.

— Aphoriſmi de cognoſcendis et curandis febribus. Ibid. 8.

— *Aphoriſmen über die Erkänntniß u. Behandl. der Fieber. a. d. Lat. überſ. v.* I. EYEREI. *Ebend.* 8.

— *Heilungsmethode in dem practiſchen Krankenhauſe zu Wien, überſ. u. mit praktiſ. Zuſätzen begleitet v.* G. L. FABRI. *Th.* 1. *Ausg.* 2. *verb. Bresl.* 8.

SUE (*des jüngern*) *gelehrte u. krit. Verſuche einer Ge-*

ſchichte der Geburtshülfe, oder Unterſuchungen über die Gebräuche, Sitten u. Gewohnh. der Aeltern u. Neuern bei den Niederkünften ihrer Frauen. a. d. Franz. B. 2. u. letzter. Altenburg. 8.

SVPPLEMENTVM ad C. F. REUSSII diſpenſator. vniuerſ. Argentor. 8.

SUTTHOF (N. I.) Comment. ſiſtens vectis Roonhuyſiani hiſtoriam, fata et vſum. Götting. 8.

SWIETEN (G. van) Comment. in H. BOERHAAVII Aphoriſmos. Edit. nouiſſima. Tom. I. II. Wirceburg. 8.

SWINDEN (I. H. van) Poſitiones phyſicae, c. Tab. aen. Tom. II. Pars I. Harderouici 8.

SYDENHAMS (T.) *mediciniſche Werke, überſ. u. mit Anmerk. verſeh. v.* I. I. MASTALIER. *B. 2. u. letzter. Wien.* 8.

TABORS (H.) *Entwurf über die Heilkräfte der Einbildungskraft. Frankf. am Mayn.* 8.

TAGEBUCH (*oekonomiſches*) *für Hausväter u. Hausmütter. Th. II. Halle.* 8.

TASCHENBUCH *für Scheidekünſtler u. Apotheker aufs Jahr* 1788. *Weimar.* 12.

TASCHENBUCH, *oder Verzeichniſs von medicin. botan. phyſikal. anatom. u. alchymiſtiſchen Büchern. Breslau.* 8.

TAVARES (FRANC.) de Pharmacologia libellus acad. praelect. accommodatus. Conimbrae Portugalli. Leidae. 8.

TECHNOLOGIE (*allgemeine*) *oder Abhandl. aller Künſte u. Handwerker. B.* 1. *Olmütz.* 8.

TEMPLE'S (*des Ritters* W.) *Verſuch von der Geſundheit u. dem langen Leben. a. d. engl. m. Anmerk. u. Beilagen. Leipz.* 8.

TRIEBEL (F. A.) de concrementis polypoſis. Erlang. 4.

TRNKA de KRZOWITZ Hiſtoria rhachitidis, omnis aeui obſeruata continens. Vindobon. 8.

TRNKA de KRZOWITZ Hiſtoria tympanitidis, omnis aeui obſeruata medica continens. Viennae 8.

TROTTER's (T.) *neue Bemerkungen über den Scorbut. a. d. Engl. überſ. v. D.* C. F. MICHAELIS. *Leipz.* 8.

Ueber die Schädlichkeit der ſogenannten Neuländer Grundbirnen etc. (von einem praktiſchen Landwirthe) Zweibrücken. 8.

UNTERHALTUNGEN *in der Naturgeſchichte der Amphibien, m. illum. u. ſchw. Kupf. Altona.* 8.

— *(wöchentl.) über die Erde u. ihre Bewohner, von* I. F. ZOELNER *u.* I. S. LANGE. *Jahrg.* 3. *Quart.* 4. *u. Jahrg.* 4. *Quart.* 1. 2. 3. 4. 5. *Jahrg.* 1787. *Berl.* 8.

UNTERRICHT *(gründl.) von erſtaunlicher Erhöhung des Ertrags der Feldgüter, vornehmlich mittelſt Anlegung künſtlicher Wieſen. a. d. Franz. überſ. u. herausg. v.* I. C. FISCHER. *Aufl.* 3. *ſehr vermehrt. Jena.* 8.

UNTERRICHT *zur Kenntniß, Vorbeugung u. Heilung des faulen Entzündungs-Fiebers beim Hornvieh. Salzb.* 4.

UNTERSUCHUNG *(phyſikaliſch-mediciniſche) der unterſchiedenen Sallatgewächſe u. ihrer Zugehöre, nach eines jeden mannigfaltigem Nutzen und Schaden. Frankf. a. M.* 8.

VACHIERS *Behandlungsart aller Krankheiten; ein für junge Wundärzte und gutthätige Leute, die ſich mit der Arzneikunſt abgeben, überaus nützliches Werk. a. d. Franz. Th.* 1. 2. *Leipz.* 8.

VELTHEIM (A. F. *von*) *Etwas über die Bildung des Baſalts u. die vormalige Beſchaffenh. der Gebürge in Deutſchland. Leipz.* 8.

VERSUCH *einer Anleitung zur phyſikal. Kenntniß des menſchl. Körp. u. der allgemeinſt. Geſundheitsregeln,*

geln, zum Unterricht in Kunſt- u. deutſchen Schulen. Aufl. 2. Berl. 8.

VERSUCH *eines kurzen medicin. prakt. Unterrichts der im Jahr 1785. epidemiſch herrſchenden Krankheit in Heidelberg.* Heidelb. 8.

VIEHARZNEIKUNST (*vollſtändige*) *für den Landmann, vom Verfaſſer des Veterinarius.* Th. 2. Salzburg. 8.

VOIGT'S (F. C. W.) *mineralogiſche Reiſe von Weimar über den Thüringer Wald, Meiningen, die Rhönberge, bis Bieber u. Hanau.* Leipz. 8.

Vom ſogenannten epidemiſchen Zungenkrebs, oder vielmehr von der zu einer heilſamen Würkung der Natur gereichenden Mundfäule unter dem Rindvieh. Götting. 8.

WALTERI (F. A.) Annotationes academicae, de hepate et polypis vteri, c. Tab. aen. Berol. 4.

WARNERS (I.) *chirurgiſche Vorfälle u. Bemerkungen a. d. engl. nach der 4ten Ausgabe überſ.* Leipz. 8.

WEBERS (I. A.) *nützl. Wahrheiten für Fabrikanten u. Künſtler.* 2. Th. *Wien u. Leipz.* 8.

WEBERS (I.) *Abhandlung vom Feuer.* Regensb. 8.

WEBERS (N. G. D.) *vermiſchte Abhandl. a. d. Arzneiwiſſenſchaft.* Leipz. 8.

WEIGELS (C. F.) *Einleitung zur Scheidekunſt.* St. 1. Leipz. 8.

WEINMANNI (I. G.) Theſaurus rei herbariae locupletiſſ. indice ſyſtemat. illuſtr. et emend. in quo aliquot plantar. millia ſec. claſſes, ordines et cet. methodo Linnaeana recenſentur et cet. Aug. Vindel. 8.

WERNERS (A. G.) *kurze Claſſifikation u. Beſchreibung der verſchiedenen Gebürgsarten.* Dresd. 4.

WESTRUMBS (I. F.) *kleine chemiſche Schriften.* B. II. Heft. I. Leipz. 8.

WHITEHURSTS (I.) *Unterſuchung über den urſprünglichen*

lichen Zuſtand u. Bildung der Erde. a. d. engl. nebſt einigen Anmerk. des Ueberſetzers. m. Kupf. Leipz. 8.

WIENHOLTS (A.) *Erfahrungen über den ſogenannten thieriſchen Magnetiſmus. Th. I. Hamb.* 8.

WIELBURGS (A. C. *von*) *Anleitung für das Landvolk in Abſicht auf die Erkänntniß u. Heilungsart des Rindviehes u. der Schaafzucht. Aufl.* 3. *Nürnb.* 8.

WILKES (G. W. C. *von*) *neueſte Sammlung der wichtigſten Gärtnerregeln. Ein Nachtrag zu ſeinen frühern Schriften über Baum- Küchen- u. Blumengärten etc. m.* 1. *Kupf. Halle.* 8.

— *monatl. Anleitung zur Beförderung einer ergiebigen Erziehung des Obſtes. Ein Buch für Landleute u. Gärtner. m. K. Ebend.* 8.

— *über die Giftpflanzen unſerer Küchengärten. Eine Abhandl. für Gärtnerey, Haushaltung und Küche. Ebend.* 8.

WILDENOW (C. L.) Florae Berolinenſis prodromus ſecund. ſyſt. Linn. a THVNBERGIO emendatum conſcriptus, cum tab. aen. inc. Berol. 8.

WITHERS (T.) *Abhandl. über die Engbrüſtigkeit. a. d. engl. Leipz.* 8.

ZEHNERI (I. G.) Obſeruatio medico-practica, febris puerp. cum manifeſta lactis in earum abdom. metaſtaſi, adiuncta epicriſi. Mannh. 4.

ZOOLOGIE (*allgemeine*) *oder Naturſyſtem des Thierreichs, m. allen Abbild. illum. B. I. Olmütz.* 8.

XVI.

Noua Litteraria.

Academiae.

Societas philoſophiae experimentalis, quae Rotterodami eſt, de his quaeſtionibus optime ſoluendis, viros eruditos omnium nationum vt certamina inirent, nuper publice inuitauit.

I. E quibus ſignis poteſt, reſpectu virium vniuerſalium naturae, legumque, quibus hae adſtrictae ſunt,

ſunt, aut virtutum ſingularium, quae corporibus inſunt, habito, certitudo vel veriſimilitudo theoriae cuiusdam cognoſci, quae immediate neque ex experientia deriuari, neque peculiaribus experimentis confirmari, ſed inde ſolummodo comprobari poteſt, quoniam magis minusque completam phaenomenorum explicationem offert?

II. Quae ſunt naturales vrinae ſanae partes conſtituentes?

III. Quibus cauſis mediisque putredo in corpore animali praecipueque humano, et extra illud accelerari, retardari, penitusue ſupprimi poteſt? Quaenam commoda ex hac accuratiore diſquiſitione in varias artes doctrinasque, inprimis in artem medicam et chirurgicam dimanabunt?

IV. Cum ſpecillorum aliarumque huius generis lentium vſus ſoleat, et apud iuuenes quoque, vniuerſalis fere euadere, humanitati haud dubie bene conſultum foret, ſi non ex opticis ſolum praeceptis, ſed praecipue e natura earum partium oculi, quae lucis impreſſiones ad ſenſorium commune deferunt, ſatis demonſtrari poſſit, ad quem vſque gradum ſpecilla ſimilesque lentes vitreae, aut illuminationem, aut volumen obiectorum augendo non ad conſeruationem ſolum emendationemque viſus vtiles, ſed omnino neceſſariae ſint; aut quatenus tanquam res, cuius vſum aut conſuetudo, aut opinio antecapta, dictitauit, aut quae in abuſum ceſſit, conſiderari poſſit aut debeat?

Cuilibet diſſertationi, quae optima cenſoribus et iudicibus viſa eſt, praemium conſtitutum eſt xxx numorum aureorum Hollandicorum. Diſſertationes poſſunt aut ſermone belgico, aut germanico, aut anglico, aut gallico, aut latino conſcriptae eſſe, modo

ſint

sint sine vitiis, et literarum ductu eleganti scriptae. Mittantur, *more solito*, ante Cal. Mart. CIↃIↃCCXCII. ad Experientissimum GERARDVM GISBERTVM, qui societati a literis Roterodami viuit.

Eadem societas quotannis aut quolibet biennio praemio peculiari augebit ornabitque eum, qui in quacunque philosophiae experimentalis parte inuento vtilissimo nomen mereri studuit, illudque cum societate, vt eius publicam commemorationem faciat, communicauit.

Academia scientiarum et elegantiorum literarum electoralis Theodoro-Palatina tertium, praemio ad C. aureos Hollandicos adaucto, proponit quaestionem, anno CIↃIↃCCLXXXVII. iam motam, hanc:

Cum electricam materiam inter remedia irritantia ponendam esse constet, quaeritur, num idoneum praebeat remedium ad submersos, suffocatos aliosque asphycticos in vitam reuocandos; num aliis, eodem fine adhiberi solitis, medicamentis anteponi mereatur; quae denique via, si hac vti materia velimus, tutissima facillimaque sit.

Qui de praemio hoc insigni certare voluerint, iubentur sufficientia nec ancipitia experimenta, in hominibus animalibusque aliis capta, nec sola ratiocinia et e libris physicis medicisque collecta adeoque nota, in medium proferre. Ad Calend. Iul. CIↃIↃCCXCI. vsque dissertationes ad certamen admittuntur.

Societas agriculturae reg Paris. d. XXVIII. Dec. anni praeteriti publicum habuit consessum, oratione a BROUSSONETO, Viro Celeberrimo, recitata: Abbas LE FEVRE proponebat conductionem agrorum experimenti causa faciendam; GOVFFIERIVS auxilia indicabat, quibus cultura Gossypii herbacei in Francia introduci possit. Praeterea praemia varia distribuebantur; inter alia dissertationi de ratione agrum ita colendi, vt nunquam sterilis sit; aliique de optima et tutissima rusticorum aedes construendi methodo.

do. Denique membra correſpondentia duo recepit Societas, quorum nomina celebratiſſima ſunt, WASSHINTONVM, et Abbatem RAYNALIVM.

Honores.

Exper. STARCKE, Duci Vinarienſ. a conſiliis aul., a medica Societate Londinenſi inter membra extranea receptus et munere correſpondentis ornatus eſt menſe huius anni Martio.

Exper. CH. W. HVFELAND, Duc. Vinar. med. aul. et I. C. W. VOIGT, a conſil. mont. academiae caeſar. Leopold. nat. curioſ. membra acceſſerunt honoraria.

Contenta in hac parte.


1. MACQUER's *chymiſch. Wörterbuch Th. I–IV.* p. 195–221
2. SCHULZII Toxicologia veterum 222–228
3. BONELLI memoria intorno all' olio di ricino volgare 228–235
4. MARCARD's *Beſchreibung von Pyrmont B. I. II.* 233–252
5. A ſhort Deſcription of Pyrmont etc. 252–253
6. MOSELEY a Treatiſe on tropical diſeaſes etc. 253–265
7. HVNTER a Treatiſe on the venereal diſeaſe 265–283
8. SAALMANN deſcriptio phrenitidis et paraphren. 283–287
9. EIVSD. deſcriptio pleuritidis, peripneumoniae etc. 287–288
10. EHRHART Tract. de aſphyxia neophytorum 289–290
11. HOFFMANNI opuſcula latina medici argumenti etc. 290–298
12. CERA de febri noſocomica 298–306
13. JACQUIN collectanea ad botan. chem. et hiſt. nat. V. II. 307–346
14. BONDT diſſ. de cort. Geoffraeae Surinam. 346–251
15. Contin. libror. qui 1787. prodiere 351–379
16. Noua literaria 379–382

COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.



VOLVMINIS XXXII. PARS III.

LIPSIAE, MDCCXC.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Londini apud Pr. Elmsly, Edinburgi apud Elph. Balfour, Lugd. Bat. ap. Fratres Luchtmann, Parisiis apud Barroi Iunior. Venetiis apud Io. Bapt. Pasquali, Mediolani apud Ios. Galeazzi, Augustae Taurinor. apud Guibert et Orgeas, Florentiae apud Ios. Molini, Holmiae apud M. Swederum, Lisbonnae apud M. Borell et Socios, Lausannae apud I. H. Pott.


Jos: Banks

I.

A treatiſe of the materia medica, by WILLIAM CVLLEN, M. D. Profeſſor of the practice of phyſic, cet. Vol. II. Edinburgh MDCCLXXXIX. printed for Charles Elliot. 4. pagg. text. et indicis 610.

i. e.

Tractatus de materia medica, per GVILIELM. CVLLEN, M. D. Profeſſ. med. pract. cet. Edinburgi. Vol. II. 4. 1789.

Medicaminum tractationem ſine vlteriore praefamine aggreditur, et monet, alimenta quaedam medicinarum titulo hoc volumine eſſe pertractanda.

Cap. I. *Adſtringentia* ea ſunt, quae corpori applicata contrahunt et condenſant ſolida mollia, et ſic cohaeſionis eorum vim et denſitatem adaugent. Atque haec quidem ipſorum efficacia elucet iam ex opificio coriario, nec non ex virtute antiſeptica adſtringentium. p. 3.

Creditum eſt vulgo, adſtringentia agere magis in ſolida ſimplicia quam viua, ideoque vires ſuas edere non niſi in ea parte, in qua adhibita fuerint, id quod falſum eſſe inde coniicit Auctor, quod parua pars ſubſtantiae adſtringentis in parua parte linguae paululum detenta fauces et os totum conſtringat corrugetque, ideoque concludit, ipſa in ſentientes agere neruos. p. 4. p. 5.

Eorum effectus communicari poſſunt ex vna parte in alias quam remotiſſimas, tamque celeriter interdum, vix in ventriculum recepta, in aliis corporis partibus vim ſuam edunt, vt vix credibile ſit, ipſa interim in tam diſtantia loca potuiſſe delabi. Non magis probabile eſt, fieri vt tan-

tillum materiae illius, quod forſan ex canali alimentario in maſſam ſanguineam tranſiit, eam ſic mutet, vt effectus tales oriri queant. Ex generali itaque eorum operatione in ventriculum haec phaenomena
p. 6. explicanda ſunt. Teſtis, praeſentiſſima horum medicaminum in delendo febrium intermittentium typo efficacia. Tum vim cohaeſionis fibrarum motricum augent, augent etiam contractilitatem earum, ſeu tonum, ideoque tonica non immerito nominanda, et roborantia. Aluminis exemplo quidam opinati ſunt, materiam adſtringentem ex acido atque terra conſtare, ſed natura minime adſtringens ſalium mediorum cum baſi terrae calcareae, aut magneſiae contrarium euincit. Adſtringentia vero vegetabilia tam parum eſſe acidae naturae, vt potius acidum ex aliis corporibus abſorbeant, rapiantque, aſſerit Auctor, in quo quidem falſiſſimus eſt, vt SCHEELII alio-
p. 7. rumque experimenta demonſtrant. Hanc opinionem illa adſtringentium facultate ſuffulcire annititur, quod vitrioli martialis ſolutioni admixta atramentum conſtituant, ſicque ferrum ab acido vitriolico tamquam alcalina abſtrahant. Quo magis fauces deguſtata conſtringunt, quo celerius quoue atrius atramentum efficiunt, eo etiam validioris ſunt efficaciae
p. 8. tonicae. Non tamen omnes plantae, quae ſolutionis vitriolicae admiſtione nigreſcunt, ideo etiam inter adſtringentia poni debent, cum haec facultas tam parce in iis reſidere poſſit, vt ad alias prorſus medicaminum claſſes ſint referendae, id quod maluae exemplo illuſtrat. Adſtringentia quoque vegetabilia reperiuntur ſummae vis, quae tamen vitriolum martis in atramentum non mutant, vt cydoniorum ſuccus.
p. 9. Adſtringentium, maxime vero martialium, vſus in cachexia. Quantum valeant adſtringentia in auferenda corporis atonia, ex eo demonſtrat, quod tam cito fugent febrem intermittentem, cuius recurſus,

vt

vt eius fert opinio, in corporis quodam ſtatu atonico conſiſtit. Febrifuga tamen haec eorum vis amarorum connubio maximopere adiuuatur.

In haemorrhagia compeſcenda Auctoris expecta- p. 10.
tioni fere non ſatis fecerunt; in aliis, quibus Ipſe non vſus erat, talem poſſe reſidere virtutem, non negat. Fere autem in haemorrhagia actiua, id eſt, quae ab aucta vaſorum ſanguiferorum actione proficiſcitur, nocere, in ea autem (paſſiua) prodeſſe adſtringentia putat, quae ab atonia extremitatum vaſorum pendet.

Adhibentur et in ſeroſis fluxibus nimiis, ideoque p. 11.
etiam in diarrhoea, vbi proficua ſunt, quoniam ad ſedem mali penetrant. In dyſenteria vero, quam perperam cum diarrhoea confuderunt materiae medicae ſcriptores, quaeque in nimia conſtrictione inteſtinorum conſiſtit, ſumme ſunt nociua. Innumera medicamenta adſtringentia in leucorrhoea laudantur, ſed fere nihil emolumenti attuliſſe Ipſi viſa ſunt. Idem de blennorrhoea chronica (*gleet*) ſtatuit. Si p. 12.
in vlceribus externis medicamenta adſtringentia interne propinata aliquantum iuuant, non niſi tonum fibrarum totius corporis firmando iuuant. Solatium, quod in calculoſis paſſionibus afferunt, (*uva vrſi* hoc p. 13.
titulo praeſtat) difficile eſt explicatu; a vi acidum abſorbendi hoc phaenomenon deriuat, ſed, vt videtur, perperam. Ex theoria negat in hernia prodeſſe poſſe. Ne euacuationes criticae, aut a plethorico ſtatu profectae iis cohibeantur intempeſtiue, monet.

Materia adſtringens maxime in cortice planta- p. 14.
rum latet, tum in radice, minus in foliis, minime in floribus.

Efficaciſſima ſunt in ſubſtantia ſumta. Fixioris naturae eſt materia adſtringens, nullum eius veſtigium in aquis inde deſtillatis reperiundum. Integer- p. 15.
rime extrahuntur adſtringentia infuſione tam ſpiri-

tuoſa, quam aquoſa: coctione vero aliquantum decomponuntur.

Adſtringentia ſingula. Bolus rubra. Terrae hae argillaceae dum in ore ſaliuam abſorbent, aſtringere videntur, ſed aqua dilutae nullam oſtendunt adſtringendi facultatem; inertes hinc Ipſi videntur.

p. 16. *Cretae* per ſe vel in acidis ſolutae, fere nulla vis adſtrictiua inhaeret. Si terrae calcareae diarrhoeam minuunt, acidum abſorbendo hoc faciunt.

p. 17. Validiſſimam adſtringendi virtutem *alumen* poſſidet. In diarrhoea multum iuuat. Nihil efficere illud vidit in haemoptyſi, ſed hos caſus ex haemorrhagiae
p. 18. actiuae genere fuiſſe coniicit. In menorrhagia, quae vt plurimum a laxitate vaſorum vteri prouenit, vtile reperit. Facile ad vomitum irritat ſtomachum, quin et purgare aluum alumen maiori doſi expertus eſt. Saepiſſime contra fluorem album ipſum adhibendo ſpe excidit. Alumen nuci moſchatae iunctum non raro febres intermittentes praeuertit, ſed ſtomacho ingratum erat remedium.

p. 19. Perperam cum ſanguine draconis miſcetur alumen, pulueris ſtyptici titulo; rectius Gummi Kino loco illius ſubſtituitur. In omni ſtatu cynanches tonſillaris cum fructu alumen adhibuit; ſed repetitionem huius mali a leui refrigerio optime re-
p. 20. mouit corticis quercus decoctum, cuius librae dimidia aluminis drachma et duae vnciae ſpiritus frumenti adiecta fuerant. Et in ophthalmia membranarum curanda ſeſe efficax praebuit alumen, ſed, loco coaguli, ſolutionem 2 ad 5 granorum in aquae vncia in vſum trahit. Pro eſcharotico alumen vſtum in vſu fuit, ſed mercurii vel cupri praeparata praeſtant.

Ferrum ſ. *Chalybs.* In rubigine praeparando poſterior non anteferrendus, quin ferrum malleabile
p. 21. praeſtantius Ipſi videtur. Non niſi cum acidis combinatus agit mars; ſi vero in ſubſtantia effectus ſuos edit,

edit, acido ventriculi ſoluebatur, teſtis aluus nigra, quae ſemper prodit. Pro medicina, vel in acido facile ſolubilis, vel iam ſolutus ſit, neceſſe eſt; ideo coeruleum pruſſicum iners iudicatur a LEWISIO.
Mars acidis ſolutus adſtringentem tonicamque exer- p. 22.
cet vim, inde omnes eius effectus deriuandi, etenim tonum vaſorum ſicque vigorem atque actiuitatem eorum auget. Duplex illa virtus, quae ipſi adſcribitur, euacuationes ſcilicet promouendi (aperitiua) et cohibendi (adſtringens) non in vna praeparatione magis quam in altera dominatur; eadem praeparatio modo priorem vim (aperitiuam), ſi v. c. in retentione menſium debilitata vteri vaſa a remedio roborantur atque ad alacritatem excitantur, exercere videtur, modo poſteriorem (adſtringentem), ſi v. c. menorrhagia, a laxitate horum vaſorum profecta, martialibus cohibetur, dum robur ipſis reſtituitur. Quae p. 23.
cum conſiderantur, cuiuis patet, quando martialia prodeſſe, quando obeſſe poſſint. In omni haemorrhagia actiua inutilia ſunt, immo nocent, in generali vero flacciditate corporis, quam cachexiam nominamus, inque omni fluxu a laxitate orto iuuant quam maxime. Cum martialia in paruis doſibus non multum emolumenti adferant, ſalina vero praeparata facile ſtomachum moueant, ſemper opportunum Ipſi videtur, a paruis doſibus initium capere, indeque paulatim ad maiores progredi, ſicque diu ſatis continuare. Rubiginem communem tam proſpero ſucceſſu adhibuit, quam aliud quoduis praeparatum, meliusque a ventriculo ferri vidit, maxime ſi aromati cuidam iuncta fuerit; a quinque granis initium facit, ſenſim augendo doſin.

Cuprum inter adſtringentia ponere non dubitat, p. 24.
etiamſi maxime ſtimulantes edat vires, prae quibus prior vis ſaepe non percipitur; obtinetur tamen mitibus praeparatis, illaque cupri praeparatione (cuius

SWIETENIVS meminit), qua omnes ſtimulantes ipſi auferuntur vires. Sed non innotuit haec methodus. Adhibet Noſter vel vitriolum caeruleum, vel cuprum ammoniacum. Prius a quarta grani parte ad granum vnum dat, pro aetatis ratione, bis de die, augendo paulatim doſin, ita vt nauſeam exiguam moueat. Efficacem, ſi aliquamdiu continuatur, reperit medicinam in epilepſia et hyſteria, interdum diureticam,
p. 25. interdum anthelminthicam ſeſe probauit. Cupri ammoniaci, quod Ipſe primo in Britanniam introduxit, granum dimidium initio dat in eundem finem; ad grana quinque interdum auget doſin. Si per menſem continuatum non iuuat, abſtinet ab eo, (perperam) timendo a venenata quadam cupri (vt plumbi)
p. 26. qualitate. De cupreis culinae vaſis quaedam. Eſcharotica cupri facultate in vlceribus ſordidis rarius iam vtimur, ex quo mercurialium vſus inualuit. In quibusdam caſibus tamen, vbi mercurialia parum faciebant, cuprum Ipſi ſucceſſit. In oculorum affectibus vis cupri adſtringens maxime conſpicitur, ſeu ſolutione aeruginis debili, ſeu aqua ſapphirina vtaris. Maculas corneae propter eandem vim, non propter
p. 27. eſcharoticam, tollunt. In ophthalmia tarſi vero, vbi excoriatio fere ſemper adeſt, vnguenti inſtar applicatum, eſcharotice potiſſimum agit.

Plumbi facultas adſtringens iam notiſſima eſt, at ſimul ſedatiuam quandam, ſumme nociuam, corpori infert vim, quae non ſtatim ſe prodit ſemper, ſed ſaepe latenter prorumpit. De interno vſu quaedam,
p. 28. cui non fauet. GOVLARDI iactantia, eiusque ab AI-
p. 29. KENIO iuſta aeſtimatio. Veroſimile Ipſi videtur, plumbi praeparata externe adhibita in integra cute non reſorberi, at in vlceribus applicata in corpus ſeſe inſinuare, triſtesque effectus poſſe procreare.

Zinci praeparata ſalina adſtringendo agere, ex effectu vitrioli albi in ophthalmia videmus. Recte plus

quam

quam duo grana huiusce, in vncia vna aqua ſoluta, ad aquam ophthalmicam recipiuntur; multo maior doſis irritat.

Florum zinci, vtpote in acidis facile ſolubilium, facultas antiſpaſmodica Ipſi parum ſucceſſit; vitriolum album ſecundum ſua obſeruata non inertius ſe geſſit, quam flores zinci.

Adſtringentia vegetabilia. Debiliora inter haec tamen pertractat, vt medicinae ſtudioſos ab ipſis auocandi occaſionem habeat. p. 30.

Agrimonia. Encomia thraſonica huius plantae inertis refutat. p. 31.

Peius etiam de *alchemilla* iudicat. p. 32.

Argentinae folia aliquantum, ſed parum adſtringentia ſunt, in fluore albo fruſtra tentauit; radix ſucculenta, nutritiua eſt. De *caryophyllata* iudicium ſuum ſuſpendit, vtpote quae a Daniae medicis (inuentoribus) depraedicata, aliis parum ſatisfecerit.

Fragariae et *quinquefolii* obiter meminit, plantarum parum efficacium. p. 34.

Roſae ſyrupus coquendo, non infundendo praeparandus; tinctturae virtus ab adiecto acido vitriolico pendet; acetum parum extrahit. Conſerua roſarum raro in phthiſi pulmonali vtilis reperitur; non niſi cum aequalibus partibus ſacchari praeparanda eſt. p. 35.

Inter maxime adſtringentia *Tormentillae* radix recenſenda. p. 36.

Ipſe eam vel ſolam vel cum gentiana mixtam in febribus intermittentibus vtilem reperit, ſed maiori doſi.

Ex *Gaſpario* vires antiſcrophulo- ſas *Aparines* perſtringit, necdum poſtea confirmatas. p. 37.

Neque Auctori ſucceſſit coagulatio lactis floribus *Galii lutei*, multoties ipſos inertes expertus eſt in epilepſia curanda.

Rubia tinctorum, quamquam colorem rubrum lacti, vrinae ipſisque oſſibus animalium impertiat, tamen dubiae virtutis manet, nondum fidis experimentis ſtabilitae. Animalia, quibus ipſa pro pabulo ingeritur, aegrotare incipiunt. Vim p. 38.

p. 39. diureticam in multis experimentis nullam inuenit, nec vllam virtutem antirhachiticam. Multa experientia niſus teſtatur, ad menſes ciendos nil ipſam praeſtare. *Acetoſae* radix leuiuſcule modo adſtringit. *Hydrolapathum* multum praeconiſatum parum in
p. 40. vſum trahitur; radix non multum adſtringit, vim laxatiuam fere nullam oſtendit, ad ſcabiem curandam nihil facit. Iure ob facultatem adſtringentem ſummam laudatur *Biſtorta*. Multoties vel ſolam vel gentianae iunctam in febre intermittente efficacem inuenit, ſed maiori doſi, quam vulgo adhiberi ſolet.
p. 41. Leuiuſcula tantum vis adſtringens, memoratu indigna, ineſt *Aſplenio*, virtus pectoralis nulla. Ex ſenſibili qualitate *Filicis maris* iudicat, ipſum fere nullam qualitatem anthelminthicam poſſidere; ſine draſticis purgantibus nihil praeſtare ſtatuit, aliquibus ductus experimentis.

p. 42. *Acerba* inter adſtringentia ponit et ex illis *Prunum ſilueſtrem* praeſtare reperit, maxime conſeruam, ſi minor ſacchari doſis, quam fieri ſolet, ad ipſam conficiendam adhibeatur. *Acaciae* et *hypociſtidis ſuccus* iam recte negliguntur. *Terrae iaponicae*, vtvt ſubſtantiae valde adſtringentis, ſed exoticae et mangoniſationi multum obnoxiae, vſu facile ſuperſedere poſſemus, ſi inquilina remedia vſurpare vellemus. Praeſtantia adſtringentium in vlceribus curandis.
p. 43. Inertem putat eſſe *ſanguinem* ſic dictum *draconis*, quoniam aqua non ſoluitur. *Gummi Kino*, dubiae originis ſubſtantiam, ſummopere adſtringentem, vtilem reperit in diarrhoea; in haemorrhagia vterina, maxime poſt puerperium, adiumento fuiſſe, fide dignis teſtimoniis credit, in fluore autem albo expectationi minime ſatisfecit. Alumini iunctum, puluis ſtypticus edinburgenſium, potentiſſimum adſtrin-
p. 44. gens. Maiori doſi ad tincturam praeparandam gummi Kino adhibendum eſſet; non tamen efficacior

medi-

medicina ſolutione aquoſa. Fere in corticibus plantarum habitat vis adſtringens. *Cortex granatorum* multum ſuae virtutis, quae maxime adſtringit, aquae impertit, ideoque vtile medicamentum, externe applicatum et in gargariſmatibus, et in diarrhoea praebet: interne plus nocere, quam alia adſtringentia, aut menſes ſupprimere, poſſe negat. *Cortex quercus* ſummum adſtringens putatur. In leui tumore membranae mucoſae faucium decoctione eius cum fructu vſus eſt, vt et in prolapſu uvulae frequenter ex leui refrigerio redeunte, atque in cynanche tonſillari. Huius decocti vſus haec mala adeo praeuertere conſueuit. Paruam aluminis copiam adiicere ſolet, ſola vero aluminis ſolutio, vel fortior, idem non praeſtitit. Omni ſecunda vel tertia hora cortex pulueriſatus ad ſemidrachmam datus, vel per ſe vel floribus chamomillae iunctus, febrium intermittentium paroxyſmum anteuertit. Efficaces non minus cupulae glandium ſunt. *Gallae* cum cortice hocce conueniunt viribus. Iuuare, nec vnquam nocere, vidit gallarum puluerem in febre intermittente, ſi amarum quid, v. c. gentiana adiiciatur. Cum lardo ſuillo mixtum vnguentum vtile contra haemorrhoidales affectiones praebet. *Viſcum* ab arboris, in quo creſcit, indole non differre credit, ideoque quercinum, quo potiſſimum vtimur, inter adſtringentia ponit, contra vero epilepſiam parum valere ſtatuit.

p. 45. p. 46. p. 47.

Falſo *lignum campechenſe* in dyſenteria vtile reputatur, nocet maxime, vt Ipſe ſaepius expertus eſt; in diarrhoea vero confert plurimum, vi adſtringente. Virtutem adſtringentem fortiſſimam oſtendunt *Balauſtia*, ſed tamen debiliorem, quam *malicorium*. Parum promittit *Lythrum*, de cuius virtutibus diſſentiunt Auctores.

p. 48. p. 49.

Acida

Acida certo modo concentrata coagulant fluida corporis, ideoque, quae iis componuntur, condenſant ſolida. Attamen poſterius faciunt, etſi tantopere
p. 50. diluta, vt prius efficere nequeant. Non niſi in ſuperficialia cutis vaſa agere, ſicque affluxum ſanguinis in altius poſitas partes, v. c. in contuſionibus, impedire videntur. Acida mineralia adſtringendi ſcopo vtiliter adhibentur. Si interne propinata haemorrhagias compeſcunt, hoc magis refrigerando quam adſtringendo efficere Ipſi videntur, id quod ſecus eſſe perſuaſum habemus.

p. 51. Acida adſtringentibus mixta auſterum quid procreant atque adſtringentiam augent; quare vina auſtera adſtringunt, ſed leuiter, quoniam alcohol in iis hanc facultatem minuit. Si hocce vero ex iis abigitur, vtile medicamentum exiſtit, vt in vino vrente (*burnt wine*, vino ad ebullitionem calefacto) cum adſtringente aromate (cinamomo) miſto videmus.

Amara certis caſibus vim adſtringentem oſtendunt. Cum *Sedatiua* (vt opium) euacuationes nimias cohibeant, pro adſtringentibus habita ſunt, ſed perperam; nihil huiusmodi produnt. Irritabilitatem et actionem fibrarum motricum minuendo, hoc effi-
p. 52. ciunt. Nec ſalium neutrorum refrigerantium agendi modus ad adſtringentiam referendus. Neque vero balſamica, quando euacuationes morboſas compeſcunt, ideo proprie ſic dicta adſtringentia ſunt.

p. 53. Cap. II. *Tonica.* Nouo loquendi genere vſus, *amara* fere hoc titulo comprehendit, quae ſolidis firmitatem et robur addunt, adſtringentium pene modo.
p. 54. Medicamenta, quae atoniam corrigunt vel in ſolida ipſa, laxitatem eorum condenſando, vel in ſtatum vis nerueae partium atonicarum agunt, influxum illius in hasce augendo. Prioris generis *adſtringentia*, poſterioris illa medicamina (*amara*) eſſe videntur, quae nullam adſtringentiam produnt; ideoque in neruos

neruos tantum ipſa agere probabile eſt, *tonicaque* ideo proprie ſunt nominanda. Nondum chemia eruit, p. 55.
quaenam vere ſit amaritudo, nec aliter niſi negatiue definiri poteſt. Non volatilibus partibus nititur, nec amara puriſſima vllum oleum eſſentiale per deſtillationem largiuntur. Si vero largiuntur, olea non amara ſunt, ideoque amarorem ipſum non conſtituunt. Nec ſalinae partes in iis deprehenduntur, p. 56.
et acida adeo amaritudinem deſtruere videntur; quae chemica analyſis ex ipſis eruit ſalia, non proprie ad amarorem conſtituendum valent. Commu- p. 57.
nes quasdam in corpus vires habent amara. Augent ciborum appetentiam et digeſtionem promouent, quae a muſcularium fibrarum tono ſingulari modo pendet, qui amaris reſtitui poteſt. Corrigere videntur acorem et flatulentiam ventriculi vi illa, qua fermentationem aceſcentem cohibere ſolent etiam extra corpus; ſed hoc fieri potius ideo, quod atoniam fugant, probabilius eſt. Ita ventriculi ſtatum in me- p. 58.
liorem mutando etiam totius corporis vigorem reſtituunt, ob nexum intimum illius organi cum toto ſyſtemate fibrarum motricum. Si obſtructiones viſcerum remouent amara (quem tamen effectum Auctor numquam vidit), nonniſi vi tonica hoc praeſtant. In aurigine non iuuant, vt quibusdam erat perſuaſum. Quando hydrops in illa exhalantium vaſorum laxitate conſiſtit, quam cachexiam nominamus, nec cum magna viſcerum obſtructione coniunctus eſt, amara ſummae vtilitatis ſunt, tam in praeuertendo, quam in curando hoc morbo. Vim diureticam eorum p. 59.
non magni putat eſſe momenti. Vis eorum antipyretica, non leuis, in eo conſiſtere Ipſi videtur, quod recurſum atoniae extremitatum vaſorum arterioſorum, quae cauſa paroxyſmi cuiusque febrium intermittentium ſit, roborando tollant. Quam quidem eo- p. 60.
rum virtutem ab actione in neruos pendere, hinc patet,

quod

quod vix in ventriculum ingeſta effectum antifebrilem praeſtant. Febribus intermittentibus medentur per ſe ſola, quamuis efficacius, ſi adſtringentibus iungantur. In febribus continuis vſus eorum ambiguus eſt; augent enim phlogiſticam diatheſin,
p. 61. ideoque noceant, neceſſe eſt. Etiamſi non ſtimulant circulum ſanguinis, tamen, quoniam corporis vigorem augent, fieri poteſt, vt tamquam diaphoretica ſe gerant; ſudorem ipſum tamen ipſis ſolis cieri non vidit, niſi magna aquae calidae copia diluta fuerint, ſtragulisque corpus foueatur. Largam amarorum doſin fere ſemper aluum laxare reperit, quam ob rem in colicis ſpaſmodicis inque ipſa dyſenteria vtilia eſſe poſſunt. Chloroſin iis ſolis remoueri, non expertus eſt. Ea nullo tempore vidit, nec ex theoria credit, in contuſionibus aut in caſu ex alto quidquam
p. 62. proficere. Amarorum virtutem anthelminthicam in dubium vocat; nec melius de ſemine ſantonici ſentit, in quo tamen fallitur. In vlceribus ſordidis curandis vſum eorum externum vtilem inuenit, quin et in gangraena cohibenda. Amara vero pura ad fomentationes adhibita in locis, quae cuticula teguntur, vix vnquam tumoribus medelam aliam afferre
p. 63. poſſe credit, quam quae a calido humido proficiſcitur. Arthritidis inflammatoriae paroxyſmos abigunt amara, et quare hoc fiat, ſubtilius eruere conatur, argu-
p. 64. mentis vix intelligibilibus. Hoc tanquam corollarium ſubiungit, amara ventriculi tonum deſtruere, quod
p. 65. ſecus nobis quidem videtur. Amarorum certe vſus
p. 66. continuatus in cura podagrae, quae mala poſt ſe trahat, fuſius docet; idem de diuturno vſu eorum con-
p. 67. tra lithiaſin ſentit. Amara in ſubſtantia dare ſuadet, huncque modum exhibendi omni per menſtrua ex-
p. 68. tractioni anteponit, ſi illud fieri circumſtantiae prohibent, tempus, viginti quatuor horis minus, pro infuſione cum aqua calida (infra ebullitionis gradum) ſuadet;

ſuadet; diuturnior infuſio nauſeoſum reddit medicamentum. Vinum non efficacius amara extrahit (quod negamus). Decoctio decomponit ſubſtantiam amaram, hinc extracta a ſtomacho repudiantur; nec grata nec valde proficua exiſtunt medicamina. Garayanorum extractorum pretium perpendet. Quam optime in valido Digeſtore vitreo amara extrahuntur per calorem, qui infra ebullitionem eſt. Spiritus vini non tam larga copia plantas amaras extrahit, quam aqua, ſed purius, reſtringendum tamen infuſionis tempus, ſi gratam ſatis optamus tincturam, per cohobationem ſeu reiteratam infuſionem in nouam plantae amarae doſin concentratior fit. Spiritum vini tenuem et digeſtorem commendat pro optima extractione ſpirituoſa. p. 69. p. 70. p. 71.

Gentianae radicem puriſſimam ſimpliciſſimamque putat amaritudinem et perquam fortem. Per ſe in curanda febre intermittente cortici peruuiano longe cedit, ſed cum aequali parte radicis tormentillae iuncta nunquam in hoc morbo auctoris ſpem fefellit. Gentianam luteam et rubram aequiparat. p. 72. p. 73.

Centaurium minus quamquam eiusdem generis cum gentiana, tamen minus vtile cenſet, cum tantum menſtrui in ſeſe recipiat, nec ita facile extrahi patiatur. Cum LEWISIO ſummitates Centaurii inertes putat.

Quaſſia et pura et fortiſſima eſt amaritudo, ſed gentianam non antecellit, nec exaggerata encomia variorum Auctorum meretur. *Simaruba*, vt eiusdem generis, ita et eiusdem qualitatis eſt. In dyſenteria non adeo vtilem inuenit, vtiliorem vero longe chamomillae florum infuſionem. p. 74.

Nullam acrimoniam fouet, nec guſtu nec olfactu percipiendam, *Menyanthes* (trifoliata) et purae amaritudinis eſt; adſtringentiam tamen quandam nigro, quem cum vitriolo martis procreat, colore manifeſtat; p. 75.

ſtat; minus gratum ſaporem praebet, quam priora; ſiccata haec planta nullam virtutis partem amittit, vt falſo quidam opinati ſunt. In morbis cutaneis, vel ſi herpeticae naturae erant, infuſionem, theae
p. 76. loco potam, ſaepe vtilem expertus eſt. *Carduum benedictum* inter debiliora amara ponit. *Lupulum* tamquam medicinam vtiliter adhiberi poſſe coniicit. *Fabae Ignatii* vſum diſſuadet, venenoſae quippe plan-
p. 77. tae. *Fumaria* vt ſaepius, quam fieri ſolet, in vſum trahatur, optat; in cutaneis affectibus eam valdopere commendat, immo in lepra. Duas vncias ſucci expreſſi bis de die propinat; reſtant tamen hae vir-
p. 78. tutes et in planta ſiccata. *Radicem Columbo* fortem gratamque cenſet amaritudinem, quae in dyſpepſia votis reſpondet, minus in vomitu cohibendo; acrimoniam et fracedinem bilis corrigere non valet.
p. 79. *Chamomillam romanam* vulgari anteponit. Solis huius plantae floribus, a ſemidrachma ad drachmam aliquoties in intermiſſione datis, febres intermittentes curauit; ſed facile aluum laxant, ideo opio permiſcendi. Ob eandem vim laxantem in colica flatulenta et ſpaſmodica, immo in dyſenteria prodeſſe vidit. *Tanaceti* herbam validiorem cenſet quam flores, vtraque tamen debiliora ceteris amaris recenſitis. Eius contra podagram vſus ambiguus eſſe vide-
p. 80. tur. *Abſinthio vulgari* nullatenus romanum ſeu ponticum praeferendum eſt, cum illud fortiorem contineat amaritudinem. Herba prae ſummitatibus eligenda. Infuſione duplici recte paratur tinctura.
p. 81. Narcotici quid abſinthium prodere Ipſi videtur, immo aliquid huiusmodi in aliis plantis amaris latere opinatur, quod ſenſibilitatem atque irritabilitatem neruorum deſtruat. Vim anthelminthicam negat.
p. 82. *Abrotanum*, debilis amaritudo, non laudanda. *Scordium* in praxi reſpuit; de *Teucrio Chamaed.* et *Chamaep.*
p. 83. item. *Ariſtolochiam* rotundam, longam et tenuem

pares

pares cenſet. Valde amarae et acrimonia pleniores ſunt caeteris huius claſſis. In retentionis menſium et chloroſeos quibusdam caſibus vtilem expertus eſt, in ſuppreſſione vero minime. Portlandicus puluis maiorem ſui partem ariſtolochiam recipit, quae in arthritidis paroxyſmis abigendis idem praeſtat, quam ille, ſed et iisdem ſequelis ſtipatur. Sapore et odo- p. 85.
re gratior *ſerpentaria* et amaritudinem, aromaticam- que acrimoniam non leuem fouet. Antiſepticum p. 86.
et maxime tonicum eſt medicamentum; in gangrae- na adeo prodeſt. Febribus intermittentibus mede- tur, inprimis ſi cortici et adſtringentibus iungatur. In febribus remittentibus et continuis nullus tam acris plantae vſus niſi in typhiacme. *Cortex Auran-* p. 87.
tii praeter amarorem magnam olei volatilis aromatici copiam continet, quae peculiares ipſi dat facultates, nondum iuſte determinatas. Minus aromatica, ſed amariora poma immatura, *curaſſauica* dicta. Stoma- chicum praeſtans cortex aurantii, ſed recentior et maiori doſi eſſet adhibendus. Folia aurantiorum in p. 88.
epilepſia curanda nihil efficere vidit. *Arnicam* non expertus eſt. Amarum in *Caſcarilla* magis domina- tur, quam aroma. Antipyreticum debiliſſimum eſt, p. 89.
nec haemoptyſi medetur; vis eius tonica non prae- ſtans eſt.

In *cortice peruuiano* qualitas amara et adſtringens p. 90.
coniuncta eſt, et hinc, quamuis parum aromatici contineat, maximum tonicum euadit. Dyſpepſiae, quae maximam partem ab atonia fibrarum muſcula- rium ventriculi pendet, medetur vt plurimum. Haec p. 91.
vis roborandi a ventriculo in reliquum corpus patet, ideoque cortex febri intermittenti medetur. Dari poteſt ſtatim in initio, nec plures paroxyſmi antea expectandi. Non facile in modica doſi functiones p. 93.
animales turbat, quare ſine praeparatione praeuia propinandus, niſi emeticum lene exceperis. Si bilis

abundat, leniter aluus ducenda. Sed eſt, vbi ſymptomata tam grauia vrgeant, vt omiſſa omni antecedente primarum viarum euacuatione, corticem protinus dari expediat, maxime ſi paroxyſmi diuturnio-
p. 94. res in dies fiunt. Si vero phlogiſtica corporis diatheſis inualuit, cortex non poteſt non nocere, certe nil iuuat, donec illa remota fuerit. Viſcerum obſtructiones corticem non augere opinatur, itaque
p. 96. non nocere, ſi illa in febribus praeextiterint. Quod ad tempus attinet corticem exhibendi, iuſtam et ſatis magnam doſin (ad drachmas duas) paulo ante acceſſionem dat, vel repetitas minores aliquot horis ante. Haec efficaciſſima methodus, quam primi corticis introductores adhibere conſuerant, in cauſa fuit, vt praeſtantiorem ſpeciem corticis, quam flaua noſtra eſt, in vſum traxiſſe crederentur, id quod ta-
p. 97. men ſecus eſt. Et cortex ruber hac methodo vti-
p. 98. liſſime datur. Affinitatem inter intermittentes et remittentes febres demonſtrat, et in remiſſione cor-
p. 99. ticem ſub certis limitationibus dat. Si febris intermittens in remittentem, tandem vero in continuam tranſit, etiam in hac cortex recte datur, vel ſi continua ex effluuiis paludoſis nata fuerit etc. eo tempore ſcilicet, vbi vel leuiter remiſerit. In ceteris continuis genuinis nocet; auget enim ſtatum inflamma-
p. 100. torium. Docet Auctor, quando in rheumatiſmo acuto cortex dandus, quando omittendus ſit. Corticis vſus quis ſit in febribus, ab effluuiis humanis enatis, in typho putrida et neruoſa, difficile Ipſi videtur
p. 102. determinatu. Statum inflammatorium in vtraque ab initio adeſſe credit (perperam), ideoque ante ſecundam ſeptimanam corticem exhiberi non debere. Sed in hac demonſtratione vacillat hinc inde dubius.
p. 104. In variolis non concedit vſum corticis, niſi poſt eruptionem confluentium, et in febre, quae eam ſequi-
p. 105. tur, ſecundaria. In morbillis, cum fere inflamma-

toriae

toriae ſint, diſſuadet omnem eius exhibitionem. Idem ferme de eryſipelate ſentit. In ſcarlatinae tantum anginoſae quadam ſpecie admittit hoc medicamentum. Non niſi in exeunte dyſenteria, quando malum in diarrhoeam degenerauit, cortice vtitur, aut ſi cum typo tertianae coniuncta ſit. In catarrhalibus affectionibus, quae cum febre intermittente ſtipatae aut iam chronicae factae ſunt, cortici fidit. Haemorrhagia actiui generis, id eſt, quae diatheſin inflammatoriam ſociam habet, vt ſaepe ſolet, nocet maxime, in paſſiua vero v. c. in menorrhagia, quae a laxitate extremitatum vaſorum vterinorum pendet, conuenit ſummopere, non tanquam adſtringens, ſed vt tonicum. In phthiſi vt plurimum nocet, niſi in ea, quae hecticam febrem, cum frigore ſtatis temporibus redeuntem, ſociam habet, vbi magnum leuamen affert, ſed malum ipſum non curat; redit tandem febris et phthiſis aegrum iugulat. Vbi cortex gangraenam curabat, quandam inflammationem et ſuppurationem excitabat circa gangraenatam partem; atoniam vicinarum partium aufert, naturaeque molimini-bus ſubuenit. Nullius contra vſus eſt, vbi gangraena ab acuta grauique inflammatione proficiſcitur. Scrophula et rhachitis non in genere a laxitate et debilitate corporis naſcuntur, ſed a certa et peculiari corporis conditione pendent; nullum itaque in vtroque morbo leuamen e cortice produci vidit. Solum, ſi epilepſia a mobilitate neruorum ortum trahit, haec medicina vſui eſſe poteſt; ſed hoc raro fit, foſſiliaque tonica ex ferro, cupro aut zinco magis proficua reperiuntur. Poſterioribus tamen corticem in chorea praefert. In tuſſis conuulſiuae progreſſu, vbi contagium iam fere euanuit, vtilem expertus eſt. Item in aſthmate hyſterico. Hyſteria genuina, quae vix niſi in plethorico corpore occurrit, cortice non ſanatur. Innumerae vero illae aegritudines neruo-

p. 106.
p. 107.
p. 108.
p. 109.
p. 110.
p. 111.
p. 112.
p. 113.

ſae, quae vulgo hyſtericae dicuntur, et illae praeſertim, quae melancholico temperamento accidunt,
p. 114. a cortice leuantur et curantur. Nocet vero in hypochondriaſi, vbi torpor cum fibra ſtricta adeſt, caeterae contra affectiones, quae falſo hoc nomine veniunt, dyſpepſiae ſpecies ſunt.

p. 114. *Salici albae* iuſtas tribuit in curandis febribus intermittentibus laudes. Corticem huius arboris ex ramis, tertiam pollicis partem craſſis et quatuor vel quinque annorum, depromit.

p. 116. Cap. III. *Emollientia* minuunt cohaeſionis vim inter moleculas ſolidorum corporis humani atque ſic laxiores et flexibiliores reddunt. In ſimplicia modo ſolida agunt, non in fibram muſcularem, niſi forte propter calorem, qui vna cum iis agit. Agunt in loco, in quo applicantur, vel ita vt ſeſe in ſubſtantiam ſolidi inſinuent, vt aqua, vel ita vt iuxta interſtitia aridarum particularum penetrent, vt oleum. Ob
p. 117. cohaeſionem intimam partium corporis emollientia quamuis topice applicata, tamen certo modo ad totum corpus patent, idque quadam ratione relaxant. Iam demonſtrare conatur, interne adhibita vix emollientes edere vires, niſi in ore et in faucibus aut in inte-
p. 118. ſtiuis craſſa iniecta. Multo minus in vaſa ſanguifera eorum virtus tranſit. Quamdiu aqua ſenſationem frigoris edit, non emollit, id eſt, niſi plus quam 62
p. 119. gradus Fahrenh. caloris habet. Quo calidior eſt aqua (ne tamen vrat), eo etiam emollientior eſt.
p. 120. Forma vaporis plus etiam relaxat. Emollientia, niſi diu ſatis applicantur, effectum debitum non praeſtant, ideo optime in pultis forma adhibentur. Emollientia guttatim cadentia in locum affectum (*douche*) ſimul motum oſcillatorium in vaſis partis affectae procreant, frictioni analogum, atque ſic maxime reſoluunt obſtructiones, ſenſumque et vitam in paralyticis membris reſuſcitant. Oleum applicatum in aridas

aridas ſquamas cuticulae ſeſe inſinuat, atque ita flexiliorem et laxiorem eam reddit; vix vltra penetrat.
Si aqua calida, vt probabile eſt, in ipſam cutis ſub- p. 121.
ſtantiam penetrat, textum etiam celluloſum et ipſas vaſorum membranas relaxabit, ita vt facilius iam ſanguinem tranſmittere poſſint. Ceſſat hoc modo partium inflammatarum tenſio. Impetus cordis et arteriarum ſi quando, vt ſaepe, a ſpaſmodica conſtrictione extremorum vaſorum in ſuperficie corporis pendet, tollitur applicatis ſupra totum corpus emollientibus. Sic relaxatio integumentorum infimi ventris ſaepe ſpaſmum inteſtinorum etc. aufert. Si huic parti emollientia applicantur, maior in hanc influxus humorum enaſcitur, et impetus eorum in alteram minuitur; inde ex relaxatis ſuperficiei corporis vaſis extremis, ſudor. Inde reuulſio a capite per pedilu- p. 122.
via. Emollientium vis relaxans et obſtructiones remouens augetur, ſi cum frictione iunguntur. Sed et calore efficaciora fiunt; maxime ſi ad minimum per horam integram applicantur. Aqua mollior, p. 123.
aptior ad hunc vſum. Aptior etiam videtur, ſi cum oleo intime miſcetur, quod fit addito lacte; cui ta- p. 124.
men ROBINSONI experimenta repugnant. Plantarum ſic dictarum emollientium vires, atriplicis etc. parum ad facultatem relaxantem aquae faciunt. Nec ipſa mucilaginoſa, althaea, farinae etc. cutem leniop. 125.
rem, quam aqua ſimplex, relinquunt, aptiora tamen ad pulmenta pro fotu eam reddunt. *Oleoſa* emol- p. 126.
lientia non penetrant vltra cuticulam, niſi per vaſa lymphatica, non tamen magna copia. Rectius et vtilius cum frictione adhibentur, quam aquoſa. Abdomen oleoſis pertractauit, ſicque largam vrinae copiam non raro fluere vidit. Perſpirationem haec non obturant. Oleum oliuarum oleo lini ad hunc ſcopum p. 127.
praefert. Inter pinguedines animalium non diſtinguit.

p. 128. Cap. IV. *Corroſiua* ea ſunt, quae ſolidam corporis humani ſubſtantiam diſſoluunt, quae auferenda eſt. Sed haec chirurgia curat. Solidis viuis ſi applicantur, dolorifice agunt, afficiunt irritantque inter-
p. 129. dum totum corpus. *Acida concentrata* primo loco nominanda, ſed propter eorum liquiditatem raro adhibentur. *Alcali fixum* acido aëreo liberatum cauſticum frequentiſſime in vſum trahitur. Alterna acidi et alcali applicatio BARRYI Auctori non ſucceſſit. Metallis vero iuncta acida valde corroſiua fiunt, v. c. *cauſticum lunare* (lapis infernalis), et *butyrum antimonii*, fortiſſimum cauſticum, quod tamen facile
p. 130. liquefit et ea propter raro adhibetur. Et *alumen vſtum*, mitius cauſticum, fungoſas excreſcentias vlcerum conſumere valet. Corroſiua mercurialia et cuprea vlcera ſordida mundificant et ad puris laudabilis excretionem diſponunt, ad ſanationem tam neceſſarii. Praecipitati rubri cum vnguentis miſtionem damnat.

p. 131. Cap. V. *Stimulantia* ea dicit, quae magis in ſolida viua agunt, et ea, quae motui, et ea, quae ſenſationi inſeruiunt. Dantur, quae ſine ſenſatione excitata muſculorum motum promouent, quamdiu princi-
p. 132. pium vitale in iis perſiſtit. Quae mobilitatem fluidi neruei tam in neruis ipſis, quam in muſculis, (irritabilitatis principii) augent, ſtimulantia, quae minuunt,
p. 134. *ſedantia* appellantur. Quomodo ſenſus diuerſi vario
p. 135. modo affici poſſint, explicat. Quanquam expectari poterat, vt omnium ſtimulantium ad organa ſenſoria applicatorum vis directe in cerebrum tendere deberet tamen omnes fortes impulſus perſaepe in adiacentes partes magis, quam in cerebrum aut in totum corpus agere videmus. Sic maxime vaſorum ſanguiferorum actio augetur in partibus organo ſenſo-
p. 136. rio vicinis. Stimulantia, ad certum locum applicata, dolorem, inflammationem, ſuppurationem etc.

exci-

excitare poſſunt, ſine eo vt reliquum corpus afficiatur; in aliis caſibus augetur quidem circulus ſanguinis, ſed non pro ratione inflammationis localis. Dantur e contra ſtimulantia, quae exiguum qui- p. 137.
dem effectum exſerunt in partes, cui applicantur, motus tamen in aliis iisque maxime remotis locis excitant, qui ſtimulum a loco applicationis abacturi ſunt. Huius tenoris ſunt motus ſternutationis, tuſſis, vomitus, ſeceſſus per vrinam et aluum, rel. Hic non peculiaris inter has diſtantes partes nexus neruorum, ſed prouida quaedam naturae intentio praeualere videtur, nociua a corpore repellendi.
Variis exemplis hanc illuſtrat vim naturae conſerua- p. 138.
tricis et medicatricis, talesque ſtimulos *indirectos* ap- – 140.
pellat. Saepiſſime ſtimulantia in ventriculum inge- p. 141.
ſta in corpus reliquum agunt per interuentionem praeuiam cerebri. Sic ſtimulantium effectus in ven- p. 143.
triculo ſigillatim proſequitur, vſque dum vel in inteſtina procedunt, vel in circulum ſanguinis recepta vario modo agunt.

Verticillatarum facultas fere oleo eſſentiali in iis p. 144.
abundanti nititur.

Betonica debilis planta, rectеque iam in praxi ne- p. 145.
glecta; ita et *hedera terreſtris*, quae phthiſi pulmonali mederi falſo creditur. *Hyſſopus* plus olei eſſen- p. 146.
tialis fouet, cum amarore coniunctum; virtutem eius pectoralem Auct. non vidit, in quibusdam tamen contuſionibus oculorum adiumento fuit externe applicatus.

Lauendula interne et externe adhibita ſyſtema p. 147.
neruorum potenter ſtimulat, interque cephalica forte ſupremum locum occupat. Cerebri energiam ad p. 148.
efficaciorem impulſum in neruos animalium, raro in neruos vitalium functionum inſtigat, ſicque circulum ſanguinis fere nunquam ſtimulat, vt aromata ſolent. Supra deſtillatione plantarum verticillatarum quae-

dam monet. Parem cephalicam virtutem oſtendit *Maiorana*. In ſternutatoriis frequentiſſime adhibetur.

p. 149. *Mentha ſatiua* potenter ventriculum ad omnia eius munera excitat; antiſpaſmodicum eſt. Colicas ſpaſmodicas ſedat. Vomitum a ſpaſmis cohibet. Coagulationem vero lactis in mammis et appetitum
p. 150. venereum praeuertere non vidit. Omnes mentharum virtutes, ſed maiores in *Mentha piperita*, in aqua eius deſtillata certe et oleoſaccharo, praeſentaneas vires antiſpaſmodicas et carminatiuas deprehendit. *Pulegium* minus antiſpaſmodicum et magis calefa-
p. 151. ciens expertus eſt. Menſtrua non peculiari facultate, ſed vt ſtomachicum interdum prouocat; ſaepe incaſſum tentatur. Leniter ſtimulat ſyſtema neruoſum *roſmarinus* et recte cephalicum habetur, quod
p. 152. vix calefacit. Hoc oleum fragrans et efficax in calicibus florum reſidet et in foliis maxime ſummita-
p. 153. tum ramorum. *Saluia* verticillatarum plantarum vires quidem edit, ſed oleum eius magis ingratum
p. 154. ſanguinem mouet. *Teucrium marum* largam (?) putat continere olei eſſentialis copiam cephalici generis, odoris magis pungentis et potentiſſimae errhinae facultatis. Summum inter verticillatas plantas putat eſſe cephalicum et antiſpaſmodicum. *Marrubium* parum olei et vix fragrantis fouet, nec pectorales, nedum antiphthiſicas virtutes eius expertus eſt.

p. 155. *Vmbellatarum* vires maxime in ſeminibus continentur, antiſpaſmodicae et carminatiuae. *Ammi* tanquam exoticum et infidae virtutis negligendum.
p. 156. *Anethi* aqua deſtillata, in colica infantum frequentius vſurpata, ingratior magis gratis locum cedere deberet. *Aniſum* oleum fragrans et tamen parum acre
p. 157. fouet, quod maiori copia in Elaeoſaccharo adhibitum vix calefacit; neque pectorales virtutes egregias, neque vim lac in mammis augendi expertus eſt.

Cari

Cari ſemina olei grati copiam continent, ſed viribus cum aniſi ſeminibus conuenire putat. *Foeniculum* p. 158.
debilius anetho, aniſo, caro. *Coriandri* ſemina cum ſennae foliis infuſa horum odorem et ſaporem egregie emendant, immo tormina auferunt, quae ſenna tam facile excitat. *Cuminum* potentiori, quam reli- p. 159.
quae fere omnes, facultate carminatiua gaudet, ſed ob odorem minus gratum negligitur; ad diſcutiendos indolentes tumores apta eſt ex eo fomentatio. *Petroſelini* radix diureticum putatur; inefficax tamen reperitur, forſan quod vires coctione diſſipantur. *Angelicae* gratum aroma maxime in radice re- p. 160.
ſidet. *Pimpinella*, planta ſtahliana vix memorandae virtutis. *Ginſeng* radix, blandum ſed debile aroma p. 161.
cum quadam dulcedine; vim aphrodiſiacam nullam poſſidere expertus eſt.

Siliquoſarum odor pungens oleo eſſentiali nititur, quod deſtillatione cum aqua obtinetur, et in aqua ſubſidit. Alcali volatile nullum continent. Acrimo- p. 162.
nia earum in foliis facile per ſiccationem auolat, difficilius ex radice, minime omnium ex ſeminibus. Cuti applicatae, rubefaciunt eam, ſucceſſu temporis inflammant valde, deuique veſicas extollunt. Exſudatio lymphae ex iis et inflammatio ſerius medelam recipit, quam quae cantharidibus excitatur. Simulac in ventriculum peruenerunt, haec earum acrimo- p. 163.
nia ſtimulum ſyſtemati neruoſo fortem et vndiquaque penetrantem addit, ſed fugitiuum, quoniam facile per vias vrinarias ſecedit. Non difficulter in putrefactionem ruunt hae plantae et ſic deſtillatae alcali volatile praebent. Prouida naturae cura eas ibi maiori copia creſcere iuſſit, vbi ſcorbutus frequentiſſimus.

Cochlearia inter omnes maxime antiſcorbutica p. 164.
habetur, et eſt. In conſeruae forma virtus ipſius non ſatis integra manet, frequentiſſime ſucco ex-

preſſo vtuntur medici. Spiritus cochleariae vtilis
p. 165. in paralyſi et tanquam diureticum. *Naſturtium* aquaticum ſiliquoſarum vires eminentes poſſidet. Succis antiſcorbuticis admixta acida vegetabilia virtutem eorum perquam augent; in vaſis bene obturatis ſeruandi
p. 168. ſunt. *Eryſimi* in raucedine curanda laus. *Braſſica* fermentata (*Sauerkraut*) contra ſcorbutum non ob acrimoniam ſiliquoſis communem laudari debuerat. *Raphanus ruſticanus* maximum ſtimulans huius ordinis eſt; inflammat cutem, in paralyſi et rheumatiſmo prodeſt, ſic et in raucedine; (drachma vna radicis raſpatae cum quatuor vnciis aquae bullientis per duas horas infuſa et duabus ſacchari drachmis dulcificata ad vnum et duo cochlearia minuta bis terue in die
p. 169. paullatim ſorbillatur). Ingeſta promouet digeſtionem, cum aqua infuſa emeticum praebet. Eius acrimonia facile in vrinarias vias penetrat et vim diureticam fortem monſtrat. *Sinapi* nigrum et album non differt, per deſtillationem oleum eſſentiale largitur, eiusdem cum ſeminibus acrimoniae; oleum
p. 170. expreſſum autem blandum eſt. Puluis eius cuti impoſitus eam rubefacit diuturna inflammatione, interne vero ſumtus maximos poſt raphanum ruſticanum
p. 171. edit effectus ſtimulantes. Semina ſinapeos integra, ad vnciae dimidiae quantitatem deglutita, aluum exonerant, interdum laxant.

p. 172. *Alliacearum* virtus maxime in *Allio ſatiuo* dominatur, cuius acrimonia maxima facile in aërem auolat. Oleum eſſentiale acre largitur, quod in aqua ſubſidit. Allium tritum cutem inflammat. Digeſtionem promouet et condimento loco eſſet, niſi odor
p. 174. perhiberet. Calorem in corpore excitat, ſtimulantem ſuam ſubſtantiam per totum corpus velociſſime perfundit, quae per perſpirationem et vrinam tranſit,
p. 175. vtile hydropicis remedium vt et ſcorbuticis. In aſthmate pituitoſo confert. Qua forma ſumendum

ſit,

ſit, docet. *Cepae* acrimonia tam volatilis eſt, vt ſa- p. 177.
cile in aërem diſſipetur, ſi in fruſtra concidatur. Ventriculum ſtimulat, diuretica eſt. Mucilaginis inſtar agit, quando aſſata ad ſuppurationem promouendam applicatur. Succi aliquot guttae ante decubitum in aurem ſtillatae contra ſurditatem proſunt.

Coniferae. Pinus. Terebinthinae ſpecies parum p. 178.
differunt. Eſt acris ſubſtantia, quae cutem inflammat, magno cum dolore. Ipſa, vt et caetera balſama, ob eandem vim male vulneribus recentibus applicantur. Cum ſaccharo aut melle ingeſta ſtomachum facile p. 180.
offendit therebinthina, laxat aluum, maxime clyſteris forma iniecta, ad ſemiunciam aut vnciam integram cum vitello oui in aqua triturata. In vaſa ſanguife- p. 181.
ra ingreſſa calefacit et rheumatiſmos et arthritidem fugat; diuretica eſt, et antiſcorbutica. Nocet in p. 182.
inflammationibus internis. Manifeſtam inflamma- p. 183.
tionem in vrethra oriri vidit ab vſu eius interno, et vrinae ſuppreſſionem. Sine ſucceſſu in fluore albo dedit. Non facile cutem irritat *oleum terebinthinae;* calorem in ventriculo creat, et diureticum eſt. Terebinthinam e pino larice L. omnibus aliis praefert.

Iuniperi oleum magis gratum eſt therebinthina- p. 186.
ceo; diureticum eſt. *Balſamica* terebinthinaceae naturae maxima ex parte eſſe videntur. *Balſamum* p. 189.
Capaiuae vires ſuas oleo eſſentiali debet. Damna interni vſus ex *Hoppio* refert. Saepius irrito ſucceſſu contra gonorrhoeam propinauit; interdum nimis irritabat et ſaepe nocuit. Ad viginti et triginta gut- p. 190.
tas in haemorrhoidalibus affectionibus (quibus?) ſemel aut bis in die cum ſucceſſu dedit.

Ex ſpecie terebinthi fluit *balſamus peruuianus*, cuius virtutem nullam expertus eſt. Gratiſſimo p. 191.
odore imbutus et mitiſſimi ſaporis *tolutanus* balſamus, quem inter balſamos innocentiſſimum depraedicat. *Benzoe* maximam analogiam cum terebinthinaceis habet

habet eo quod oleo et ſale acido conſtat, vt illa.
p. 192. *Flores Benzoes* magnam acrimoniam et ſtimulandi vim fouent, in aſthmate non vtiles, ad ſemidrach-
p. 193. mam vero datos nociuos reperit. *Styracem liquidam* cum duabus partibus vnguenti baſilici nigri mixtam empirico vſu in paralyſi, inprimis vero in debilitate membrorum poſt rhachitidem ſubſequa magno cum ſucceſſu adhiberi certior factus eſt.

Reſinoſa. Myrrha. Stimulat haec gummi reſina ventriculum, appetitum et digeſtionem promouet; a maiori vero doſi ad triginta et quadraginta grana calefacit valde et ventriculum et totum corpus. Pe-
p. 194. culiarem in vterum agendi vim non poſſidet. Nihil prodeſſe in phthiſi immo ſaepe nocere pluries vidit.
p. 195. Vſum in vlceribus externis damnat (iure?). Mercurii certa et conſtans vis in lue venerea curanda a *Guaiaci* vſu in hoc morbo auocauit, non vero huius quaedam inefficaciam. In morbis cutaneis
p. 196. nullam vtilitatem ex eo percepit. In rheumatiſmo chronico efficax remedium, inprimis eius gummire-
p. 197. ſina, quae commodius in vſum trahitur. Reſinoſa pars multum cum balſamis conuenit. Variae circumferuntur de tincturae gummi guaiacini cum taſſia praeparatae efficacia contra arthritidem opinio-
p. 199. nes. In ipſo paroxyſmo adhibita certo damnum infert; diutius vero extra acceſſionem propinata tollit quidem in longum tempus paroxyſmos, ſed redeunt. Vbi non redierunt, hydrothoracem ſubſequi vidit, ſibique perſuadet, nullo remedio inflammatorias acceſſiones arthridis praeuerti poſſe, ſine eo vt periculoſa corporis atonia inſequatur. Vt ſpirituoſi menſtrui damna euitet, ſolutionem gummireſinae in aqua mediante vitello ouorum aut mucilagine gummi arabici praeparat. Hanc in rheumatiſmo chronico aliquamdiu veſperi ante ſomnum dat ea doſi, vt gummi in ea contentum quindecim ad triginta grana ponde-

ponderet, aluusque ſequenti die ſemel ſoluatur, non vero eousque vt paroxyſmorum reditus penitus auertatur, quod periculoſum cenſet. In arthritide retrogreſſa et volatica ſummae vtilitatis inuenit hanc medicinam. *Sarſaparillam* nunquam efficacem ex- p. 200.
pertus eſt. Infuſionem *Saſſafras* calide et iuſta copia ingeſtam ſudorem largum procurare vidit.

Aromata. Et horum vis ſtimulans ab oleo eſſentiali, ſed gratiſſimo pendet, quod ventriculum excitat et ſaepe antiſpaſmodicas et carminatiuas edit vires. Augent calorem ſanguinis. *Cinnamomum*, fragran- p. 202.
tiſſimum aroma, oleum quidem acre continet, ſed tam parua quantitate, vt tutius longe quam caetera aromata adhiberi poſſit. Adſtringit parumper. Idem, ſed debilius, aroma *Caſſia lignea*, maiori tamen mucilaginis copia referta. Iucundiſſimi odoris *Caryo-* p. 203.
phylli, qui largam olei aromatici quantitatem fouent, quod, vt venale ad nos venit, ſatis efficax pro vſu externo eſt. *Nux moſchata* fere cuilibet gratum eſt aroma, non leui hypnotica facultate praeditum, cuius exemplum memorabile refert. Partes eius acti- p. 205.
vae non calore aquae bullientis diſſipantur. *Macis*, pars nucis moſchata, et odore et ſapore aliquantum differt ab hacce, oleum vero fouet volatilius paulo et acrius. *Cardamomum* gratum, ſed parum acre p. 206.
aroma, cuius oleum eſſentiale in aqua non ſubſidit. *Zingiber* minus grati odoris et magis pungentis et vrentis ſaporis. Calorem ſanguinis auget non ſecus ac caetera aromata; partes eius actiuae ſatis fixae ſunt. Frequentiſſimi vſus aroma *Piper;* et huius p. 207.
acrimonia non valde volatilis naturae eſt. Calefacit non leuiter, aſſiduo vſu aſſueta corpora vero minus. Febres intermittentes fugat. Debilius *Piper longum.* p. 209.
Debilius etiam eiusdem generis planta *Cubebae*, fragrantiori tamen et magis grato odore gaudent. Inodo- p. 210.
rum *Capſicum*, acrimoniae piperis; contra febres intermit-

p. 211. termittentes valet. Maxime a canella alba differt *cortex Winteranus*.

Acria. *Ari* acrimonia non eſt oleum eſſentiale (nec reſina), quia vini ſpiritu non extrahitur, exhalat exſiccatione et aquae bullientis calore, non tamen in deſtillatione tranſcendit. Radix recens rubefacit cutem, leuiorem tamen aliis enumeratis medicamentis producit inflammationem; ſtimulat ventriculi digeſtionem, tollit febres intermittentes. Minus ſucculenta eſt et melius exſiccatur radix, ſi a planta
p. 214. iam emoritura deſumitur. *Mezerei* lignum fere inſipidum, cortex vero tam acris, vt cuti impoſitus cuticulam ſeparet, ſerique effluxum excitet, ſine tamen partium eroſione. Duae radicis drachmae per diem in decoctione propinatae calefaciunt ventriculum. Maiori vero doſi vrit, nauſeam vomitumque creat et
p. 215. corpus calefacit. Vlcera poſt mercurii abuſum ſupra totum corpus ſparſa hoc decocto ſanauit intra aliquot ſeptimanas; idem et in aliquibus cutaneis affectibus interdum efficax expertus eſt auctor. Tentan-
p. 216. da vlterius *pulſatilla nigricans*, etiamſi a BERGIO reiecta.

p. 217. Cap. VI. *Sedantia* ea nominat, quae, citra euacuationem et directe, motus et vires (*powers*) in corpore minuunt. Duplicia ſunt, nempe ea (*narcotica*), quae in neruoſum et ea (*refrigerantia*), quae in ſyſtema ſanguiferum agunt. Sect. I. *Narcotica* ſenſibilitatem et irritabilitatem minuunt, atque ita etiam motus in corpore et horum vires impulſiuas (*powers*). Sic ſomnum inducunt et *hypnotica* aut *ſoporifera* appel-
p. 218. lantur. Haec proprie appellanda ſunt *Venena*, cum vitale principium ex toto exſtinguere valeant. Non ſpecialiter in cerebrum, ſed in illud ſubtile et elaſticum agunt fluidum, quod vniuerſo ſyſtemati neruoſo commune eſt, quoniam motus et vires motrices in ea praecipue parte minuunt, cui applicantur. Generatim minuunt, immo deſtruunt mobilitatem vis nervoſae.

voſae. Huius narcoticorum effectus varietates per- p. 219.
ſequitur. Primo omnium et facillime, ſi in ventri-
culum ingeſta ſunt, animales functiones afficiunt,
ſicque ſomnum inducunt. Deinde eorum effectus p. 220.
in vitalibus functionibus comparent, eorumque mo-
tus minuunt, non quidem conſtanter, ſed frequên-
tius tamen. Magis vero perſpicue eorum vis in na-
turalibus functionibus cernitur. Mobilitas canalis
alimentaris ſic perpetuo minuitur a narcoticis inge-
ſtis. Qua vero re eueniat, vt narcotica non ſemper p. 221.
ſedare, ſed ſaepe fortiter ſtimulare videantur, diſqui-
rere ſtudet, et ex *indirecto* eorum *ſtimulo* explicare
tentat. Ita ex concurſu huius indirecti ſtimuli et vis p. 222.
ſedantis directae ebrietatem illam deducit, quam nar-
cotica procreare ſolent. Effectus eorum, ſi non ne- p. 223.
cant, cito praetereunt, ideo et frequentius et ſen-
ſim maiori doſi exhibenda ſunt, ſi effectum eo-
rum continuare velis. Hanc eorum proprietatem
ex natura ſomni demonſtrare conatur. *Opium* indu- p. 225.
cit ſomnum, motum neruoſae vis torpore perfundit,
eiusque ex cerebro in organa voluntaria influxum
ita ſuſpendit, vt motus in his vel conuulſiui vel
ſpaſmodici tollantur. Eodem modo et vitales, im-
mo et naturales functiones minuit, quae etiam ex
parte ab energia cerebri pendent. Somnum facile
procreat, ſi corpus vel nullo vel paruo ſtimulo affe-
ctum eſt. Vbi vero immodicus adeſt ſtimulus, mo- p. 228.
dica opii doſis eum ſuperare nequit, atque ſic ex con-
flictu ſedatiuae opii facultatis cum ſtimulante irrita-
mento, maior exſurgit in corpore irritatio, quae ta-
men et ipſa vincenda eſt doſi huius medicamenti ſa-
tis magna. Plerumque iſte conflictus, iſtaque ex p. 229.
opio irritatio ob minorem, quam par erat, eius doſin
naſcitur, vbi largior irritationem certius ſopiuiſſet.
Fere vbi irritatio, in corpore praeſens, praecipue et
ſigillatim cerebrum afficit, nullatenus vero ſyſtema

ſangui-

ſanguiferum, largiſſime et liberali prorſus modo opii vſui indulgere poſſumus, ſicque certiſſime irritamentum plane tollit, aut ad tempus eius effectum ſuſpendit, tuto modo. Stimulat (quauis ratione) opium et ſemper cordialem et exhilarantem vim exercet;
p. 230. ſi itaque agrypniae cauſa, irritatio iam in corpore praeſens, ab aucta cordis et arteriarum actione pendet, opii ſtimulus acceſſorius eo certius ſomnum fugat, ſequentibus omnibus dicti illius conflictus noxis, etſi ſaepe ſomnus tandem accedat. Si actio aucta ſyſtematis ſanguiferi hic non ſedatur, ſed poſt opii actionem continuat, immo, vt fere fit, inualeſcit,
p. 231. pernicioſi plane exſurgunt effectus. Mere ſtimulantia aegre ſudorem excitant, ex quo patet, opii vim ſudoriferam ſtimulante pariter atque ſedatiua virtute niti, priore cor excitante, poſteriore vaſa extrema relaxante. Exigua illa opii copia, quae in vias ſecundas penetrat, ſanguinem nec rarefacere poteſt, nec
p. 233. rarefacit. In febribus continuis cardiaca opii virtus interdum vſui eſſe poteſt, ſed non ſemper, quoniam in initio fere diatheſis quaedam inflammatoria prae-
p. 234. valet. In febribus contagioſiſſimis minima interdum adeſt, et ſic tempeſtiuus opii vſus conducit; ſic etiam, vbi inflammatio poſt aliquot hebdomadas euaneſcit, delirium tamen vrget, praeſentaneum inuenit remedium in opio, larga doſi, octaua quaque hora dato.
p. 235. Se inter omnes primum opii liberalem vſum introduxiſſe aſſerit. De opii vſu in febre intermittente; iuuat, ſi ea ratione dari poteſt, vt ſudor erumpat,
p. 238. rectiſſimeque cum cortice iungitur. In omni caſu, vbi ſanguinis miſſio indicatur, opium pernicioſum eſt. Vbi vero ſpaſmus et inflammatio a ſingularis partis irritatione proficiſcitur, vt in calculo, ductibus biliaribus aut vreteribus impacto, praeter venaeſectionem opium ſuadet, ſua experientia monitus.
p. 239. Quatenus in catarrhalibus morbis opem ferat, docet.

Ex

Ex agendi modo pulueris Doueri concludit, opium, ſi eo dirigatur, vt ſudorem producat, inflammatorias affectiones auferre poſſe, vt exemplo rheumatiſmi acuti videmus. In ſtatu ſuppuratorio morborum p. 240.
inflammatoriorum non modo admittit, ſed ſumme neceſſarium cenſet opii vſum. Sic in variolis, quando in ſuppurationem tendunt, et in confluentibus maxime. In morbillis, morbo pure inflammatorio, p. 241.
reiicit. In haemorrhagiis non, niſi vbi a particulari p. 242.
irritatione naſcuntur, concedit. In catarrho, vbi p. 243.
multa tuſſis et exigua febris adeſt, proficuum cenſet in iuſto magnis doſibus. Quam parum in dyſente- p. 244.
ria conueniat, monet. Maximam ſuam vim in ſpaſmodicis affectibus idiopathici generis monſtrauit opium. Multa experientia teſtatur Auctor, in cho- p. 246.
rea St. Viti curanda ſummae vtilitatis fuiſſe. Varias p. 247.
epilepſiae cauſas perquirit; vbi ab irritatione quadam naſcitur, regularesque acceſſiones habet, confert opium, vt in aura epileptica, ſummopere. Aſthma p. 248.
ſpaſmodicum nunquam opio perfecte curatum vidit. In ſecundo tantum tuſſis conuulſiuae (Chincough) ſtadio vtile reperit. In pyroſi (*waterbraſh*), parum noto morbi genere, nihil, niſi opium, ſalutare inuenit. In colica ſpaſmodica quatuor, quinque aut ſex p. 249.
horas ante vſum purgantis (olei ricini), opium ſummo cum ſucceſſu dat. Pluries, quam vulgo creditur, p. 250.
in vomitu curando opium ſalutare eſt. Si ſemel vomitu reiectum eſt, optime in anum immittitur, paucae aquae quantitati mixtum. Fere ſemper in diarrhoea prodeſt. In vera hyſteria, quae vtplurimum p. 251.
plethorica corpora afficit, et ab occaſionali turgeſcentia ſyſtematis genitalis pendet, nullius vſus eſt; in caeteris vero, abuſiue ſic dictis, hyſtericis affectionibus, quae a mobilitate ſyſtematis neruoſi proficiſcuntur, multum iuuat. Dubiae valde vtilitatis in mania eſt. Venereae lui curandae magno adiu- p. 253.

mento eſt, ſed eam per ſe nunquam curat. Non ſolum in vomitu, ſed in aliis etiam caſibus praeſtat, opium per clyſteres iniicere, ſed tunc ad minimum duplex quantitas adhibenda. In aliis caſibus contra praeſtat, per os exhibere, vt in diarrhoea et teneſmo.
p. 255. Tres gummi arabici drachmas in vnciis tribus aquae ſolutas proprium pro clyſtere opiato vehiculum ex-
p. 256. pertus eſt. Etiam cuti applicatum tam localiter quam vniuerſaliter fert opem. Emplaſtrum opiatum temporibus applicatum ſaepe odontalgiam ſubleuavit, vt et ventriculi inteſtinorumque ſpaſmos ſupra
p. 257. abdomen poſitum. Nulla pharmaceutica operatione
p. 258. opii virtutes emendantur. Acida vim eius minuunt, ſed non alterant. Emetica addita alterant opii vim
p. 259. et ad cutem determinant, vt in Doueri puluere vi-
p. 261. demus, cuius adhibendi modum fuſius docet. Doſis opii iuſta, quae ſedatiuum effectum praeſtare poteſt, pro adultis in genere granum vnum eſt, non minor. Saepe maiorem doſin neceſſariam reperit, immo multo maiorem, ſi irritamentum maius ſuperare de-
p. 262. bet. A modicis doſibus incipit et ad maiora pergit. In arthritide ventriculi quondam paulatim ad decem grana pro doſi bis de die aſcendit, et poſt malum debellatum eodem modo paullatim deſcendit; ſine vlla ſubſequa corporis noxa. Vbi magnum corporis irritamentum ſuperandum eſt, opii doſes permagnae facile feruntur, ſed effectus cito euaneſcit poſt octo plerumque horas; tunc itaque ad opium redeundum, ſi caſus exigit.
p. 263. *Cicuta* huius TOERKII encomia plantae, exaggerata reperta ſunt. Verum experimenta pleraque antagoniſtarum minus bene inſtituebantur et vi pro-
p. 264. bandi carent. Nec planta vera, nec iuſtum eius praeparatum vulgo adhibebatur. Extractum cicutae plerumque iners reperit, efficaciorem plantae puluerem. Sed et hic ob peruerſam ſiccandi et ſervandi

vandi methodum ſaepe inutilis eſt, vt exemplo probat. Efficacem cicutam in ſoluendis et diſcutiendis ſcirrhoſis tumoribus varii generis, maxime ſcrophuloſis, inuenit, item in curandis, quae huiusmodi tumoribus ſuperueniunt, vlceribus, ſcirrhoſitate cinctis. Veri cancri dolores minuere et ſaniem corrigere, immo ad ſanationem promouere eos vidit, ſed nunquam curare. Interdum in morbo venereo adiumento fuit, aliquando non. Quamquam ob ſtatum inertem ſaepe fallat haec planta, tamen, vbi efficacem adeo ſe monſtrat, eundem morbum ſaepe non curat, quem alias curauit. Ante efflorescentiam collecta maxime efficax Ipſi videtur. Non nimis pedetentim augenda doſis, ſi morbum debellare velis. In pultis forma optime externe adhibetur. Venenata *Cicutae viroſae* indoles tentamen cum ea non prohibere debebat. Puluerem *Belladonnae* et infuſum magis efficacia reperit, quam extractum. In cancro laudatur ab his, culpatur vero ab illis ipſis etiam, qui eam efficacem alias viderunt. Idem Ipſi vſu venit. Cancrum in labio perfecte curauit et ſcirrhoſitatem mammae talem, ex qua plerumque cancer enaſcitur, discuſſit penitus. Infuſum frequenter ariditatem et conſtrictionem faucium et adiacentium oeſophago partium affert. Olim vt nunc *Hyoſcyamus* in vſum tractus eſt. In haemorrhagia nocet, vt reliqua narcotica, niſi a particulari irritatione proficiſcatur. Gratum anodynum et ſoporiferum inuenit, aptum maxime iis, quibus aluus ſtricta nocet. Attamen expertus eſt, eam facilius, quam opium, in maioribus doſibus delirium producere, et turbulenta inſomnia. Ab vno aut duobus granis incipit et procedit paullatim (maxime, vt opinamur, ſi extractum non rite praeparatum fuerit) ad decem immo ad viginti grana, ſine ſequente noxa. In maiori tantum doſi laxatiuae vires comparent. Praeter narcoticam etiam

p. 265.
p. 266.
p. 268.
p. 269.
p. 270.
p. 271.
p. 272.
p. 273.

etiam valde ſtimulantem fouet *Nicotiana* qualitatem, tam reſpectu totius corporis, quam ventriculi et inteſtinorum in ſpecie. Quid in puluere errhino, quid, ſi fumum eius haurimus, aut plantam mandu-
p. 279. camus, tabacum efficiat, fuſius docet. In clyſteribus applicatum maiori paulo doſi, facile vomitum creat. Ab vſu infuſi et decocti in hydrope vomitus et vomituritiones inſequentes Eum auocarunt. In vlceribus pertinacibus fomentationes tabacinas cum fructu adhiberi vidit, ſed non ſine periculo reſorptio-
p. 282. nis et venenatorum in corpore effectuum. Subſtantia maxime ſedatiua *Laurocerasus* eſt, et maximum venenum. Nerueam vim deſtruit, et ſic principium vitale exſtinguit, ſine praegreſſa vlla inflammatione
p. 284. partis, cui applicatus fuerit. In eo ab opio differt, quod non, vt hoc, primo inducat ſomnum, ſed magis immediate in vitales functiones agere videtur, quam in animales, ſicut canis rabidi venenum directe magis in naturales agere probabile eſt. In oleo ſtillatitio potentiſſima laurocerasi vis haerere videtur.
p. 287. Eius vires nondum ſunt exploratae. Tentandus tamen videtur vt efficaciſſima ſubſtantia, quae nullam topicam inflammationem excitat, et hominem perfecte ſanum relinquit, quando effectus praeterierunt,
p. 288. ſed maxima cautione tentandus. Minore quantitate idem principium continent nuclei cerasorum nigrorum, vt in aqua eorum deſtillata, quae infantibus porrigitur, videmus. Idem principium flores et folia mali perſicae fouent, vt et amygdalae amarae, cuius vires antipyreticae ex BERGIO notae ſunt.
p. 291. Nulla medicinalis datur ſubſtantia, quae tam inadulterata ad nos perueniat, quam *Camphora*. Contraria plane de ea circumferuntur medicorum opiniones. Acrem quidem ſaporem habet, ingratum ſenſum in ventriculo excitat, vlceraque irritat applicata, ſimilia
p. 293. tamen non obſeruantur, ſi per ventriculum in corpus

agit,

agit, ſuis, vt videtur, effluuiis. Hic in neruos agit ſedando (larga quantitate digeſtionem impedit); deliria, conuulſiones etc. quae cauſat, ab illo inter ſedatiuam eius vim et reactionem corporis enato conflictu proficiſcuntur. Sanguiferum ſyſtema non ſtimulat, e p. 294.
contra conſtanter frequentiam pulſus minuit, vt aliorum et ſuis experimentis ſtatuit. Nonſolum nul- p. 298.
lum in genere ſtimulum exſerit nullamque inflammationem procreat in partibus cuticula circumueſtitis, ſed aufert e contra, ſi talis adeſt. In febribus neruoſis cum delirio et multa vigilia ſaepe feliciter ea vſus eſt, ſed maioribus doſibus. In hyſteria et p. 299.
hypochondriaſi non raro vtilem expertus eſt. In epilepſia multum adiumenti affert, curatam tamen ea ſola nullam vidit. Eius in mania efficaciae vnum exemplum affert, vbi ſenſim ad doſes ſexaginta granorum adſcendebatur. Nunquam doſis, quae ſemi- p. 302.
drachma maior non erat, vllam noxam corpori intulit. Mania ex organico cerebri affectu nullo medicamento curatur, nec camphora. Remouet rheumaticos dolores articulorum et muſculorum, immo
arthriticos, cuius exemplum ſingulare affert, ſed tra- p. 303.
iiciuntur in aliam partem dolores. Dentium dolores p. 304.
ſedat in ore detenta et ophthalmiae medetur. Cantharidum acrimoniam non obtundit. Praeparatorum p. 306.
mercurialium (turbethi mineralis) acredinem minuit, ſi cum iis trituratur, ita vt minus purgent, nec ita facile ſaliuationem prouocent; ſed vnguento mercuriali addita camphora tale quid non praeſtitit.
Non infra viginti grana pro doſi danda; ſi breuibus p. 307.
interuallis porrigitur, minores eſſe poſſunt doſes. Hoc poſteriore modo vna vel duae drachmae intra viginti quatuor horas ingeri poſſunt. Pro ſingula doſi non vltra duos ſcrupulos ad ſummum concedit. Exhibendi modum tradit. Acetum ſaporem cam- p. 308.
phorae emendat, eamque ſtomacho gratiorem red-

p. 310. dit. Senſibilitatem neruorum deſtruit. *Thea* ſi odo-
ra eſt valde narcotica reperitur; exhilarandi et ſe-
p. 312. dandi ſcopo exhiberi poteſt. Vix efficaciam vllam
p. 314. *Croco* concedit; ſed iners et ſapidus fere fuit, quo
vſus eſt. *Alcohol* inebriat et narcotice agit, ſed val-
de dilutum aqua cordialem et exhilarantem monſtrat
p. 316. virtutem. Poſteriori vſui *Vinum* inſeruire poteſt;
pro quantitate qua hauritur, vel ſtimulans vel ſeda-
p. 317. tiuum eſſe poteſt. Perſpirationem et vrinam pro-
p. 318. vocat. Quando ſtimulantes virtutes vel per ſe vel
cum vi ſedatiua coniunctae quaeruntur, facilius et
certius obtinebis in vini quam in opii vſu.

p. 319. Cap. VII. *Refrigerantia* calorem naturalem mi-
nuere Ipſi non videntur, ſed praeternaturaliter au-
ctum, ſicque fiunt *ſedantia*. Demonſtrare hinc co-
natur, ea non *actuali*, ſed, vt nominat, *potentiali* quo-
p. 324. dam frigore (vi refrigerante) agere, attamen plerum-
que virtutibus quibusdam ſecundariis, vi laxatiua et
p. 325. diuretica. *Acida* refrigerant et ſitim ſedando et vir-
p. 326. tute quadam antizymica. Adſtringunt diluta et to-
p. 327. nica quadam facultate digeſtionem promouent. In
ſanguinem delata acida mineralia in craſſamenti ſub-
p. 328. ſtantiam non intrant, ſed ſeri pars manent. Pingue-
dini cuidam iunctum *acidum vitrioli* concentratum
ſtimulandi cauſa externe adhiberi poteſt. Si diluen-
dum eſt pro vſu interno, ſpecifica prius acidi gra-
p. 329. vitas determinetur neceſſe eſt. Dilutum aqua et
ſaccharo dulcificatum egregie ſitim exſtinguit, nau-
ſeam a putridis materiis tollit, appetitum excitat
p. 330. et digeſtionem promouet. Tutiſſime *Acidum nitri*
dilutum interne adhiberi poteſt, refrigerat et vrinam
p. 331. mouet. Ad excitandam cibi appetentiam vomitum-
que cohibendum *Salis acido* vſus eſt. Inter natiuum,
deſtillatum, et fermentatum *acidum vegetabile* diſtin-
p. 332. guit, ſed non pro vſu medicinae. In craſſamenti
ſubſtantiam intrat, refrigerat et putredini reſiſtit
ſangui-

ſanguinis, promouet etiam digeſtionem et vrinam ciet. *Natiuum acidum* materia fermentabili ſcatens flatulentiam interdum creat, arthriticis calculoſisque obeſt. Acida vegetabilia e ventriculo egreſſa bili p. 333.
iunguntur et tunc aluum laxant. *Aquam picis liquidae* (tar-water) inter acida deſtillata refert, quam multoties vtilem expertus eſt in roborando ventricu- p. 334.
lo, dyſpepſia fuganda et vrina promouenda. *Acetum* p. 336.
vini. Eius deſtillatio, concentratio. Refrigerantes, p. 338.
antiſepticas, digeſtrices, adſtringentes, et diureticas eius virtutes recenſet. Obeſitatem minuit. p. 341.
Omnes *ſales neutri*, exceptis iis, qui acido muriatico et alcali foſſili conſtant, refrigerantes ſunt. Sal p. 342.
Glauberi laxat et refrigerat potenter. Ventriculi dolorem creat nitrum maiori doſi, ideo repetitis tantum et minoribus doſibus ingerendum. Sal culinare p. 343.
ſtimulat et calefacit, immo inflammat corpus. Mix- p. 345.
turae ſalinae (ex acido vegetabili natiuo et alcali fixo) vires refrigerantes diaphoreticas, vt et gratum eius ſaporem extollit. Sales medios terreſtres omnes (ſed p. 347.
falſo) refrigerantes putat.

Cap. VIII. *Antiſpaſmodica*. In ſpaſmodicis effectibus, qui in irregularitate alternationis vis cerebri p. 349.
conſiſtunt, ſemper vis neruea dominatur; tetanus et epilepſia potius animales, hyſteria naturales, palpitatio vero et ſyncope vitales potiſſimum functiones afficit; in his energia cerebri diuerſimode ſe exſerit.
Morbi ſpaſmodici vtplurimum cerebri affectiones p. 350.
ſunt, et cerebrum ſemper interuenit, vbi a rebus externis ſpaſmi oriuntur. Sic ſpecialia ſpaſmorum ge p. 353.
nera explicare tentat. Dantur remedia, quamuis p. 355.
non ſtricte ſic dicta antiſpaſmodica, quae leuandis his morbis apta ſunt. Ea nempe, quae praediſponentem ſpaſmorum cauſam praeuertunt, vt tonica, quae mobilitatem corporis corrigunt, et ea, quae p. 356.
cauſam ſpaſmorum excitantem declinant, vt refrige-

rantia, ſi temporaria in vaſis cerebri turgeſcentia epilepſiam procreat. Vbi morbus affectionem cerebri tanquam primariam cauſam non agnoſcit, ſed peculiarem cuiusdam partis ſtatum, tunc propria antiſpaſmodica inutilia, immo nociua ſunt. Haecce duorum generum eſſe cenſet, ſedatiua et ſtricte ſic dicta
p. 358. antiſpaſmodica. Cur opium non inter haecce poſuerit, et quibus in morbis ſpaſmodicis nocere poſſit,
p. 359. explicat. Proprie ſic dicta antiſpaſmodica vel ea dicit, quae *foetida* appellantur, (ingratae ſenſationes ſedando agunt) vel ea, quae oleum volatiliſſimae naturae vehunt. Poſteriora impediunt et moderantur incitamentum illud, quo affectus ſpaſmodici oriuntur, atque energiae cerebri tonum et ſtabilitatem largiri videntur. *Succini* oleum plus vna vice deſtillatum efficacem medicinam Noſter expertus eſt pluries in epilepſia, hyſteria et aliis ſpaſmodicis affecti-
p. 362. bus, a decem ad triginta guttas. Emmenagogas monſtrat vires in amenorrhoea cum ſpaſmis coniuncta.
p. 363. Earundem virium et vilioris pretii, oleum ex petro-
p. 364. leo, aſphalto etc. deſtillatum et rectificatum. Inter vmbellatarum ſemina *cuminum* virtute antiſpaſmodica
p. 365. eminet. Saepius in Scotia *atriplex foetida* vtiliter in vſum tracta eſt, ſed recens, nam ſiccata omnes virtutes amittit. *Rutae* vim antiſpaſmodicam tam in aqua deſtillata quam in conſeruae et extracti forma obſer-
p. 366. vauit. Determinatius in vterum agit *Sabina*, et maiori vi, quam vlla alia planta, qua vſus eſt Auctor; ſed maxime calefacit. Si ſatis recens et genuinum eſt Gummi *Aſae foetidae*, praeſtantiſſima eſt medi-
p. 367. cina. Odor eius facillime ſeſe per corpus diffundit, et per neruos penetrat expeditius, quam vllus alius odor vegetabilis. Citiſſime agit. In hyſtericis affectibus, tam per os quam per anum ingeſta, potentiſſime agentem vidit. Dyſpepſiam cum ſpaſmis coniunctam minuit, et, quoniam aluum laxat, in colica

flatu-

flatulenta hyſtericorum et hypochondriacorum opem fert. In ſpaſmodico aſthmate, ſed non in pertinaci, vtilem reperit. Maiorem vim expectoran- p. 368.
tem, quam G. ammoniacum, monſtrat. In ſubſtantia ob inſolubilitatem raro antiſpaſmodice agit. Ma- p. 369.
iorem noxam a calefaciente vi *G. ammoniaci*, quam vtilitatem ab expectorante vidit. Ob varietatem modo formularum, quae ſaepe in praxi requiritur, *Galbanum* aliquid pretii habet. Galbano *Sagapenum* p. 370.
praefert, vt viribus Aſae foetidae maxime appropinquans; ſed non tam cito, quam haec, agit. Radicem *Valerianae ſilueſtris* in ſubſtantia datam ſaepe vtilem p. 372.
reperit in epilepticis, hyſtericis et aliis ſpaſmodicis affectibus. Tinctura valerianae volatilis citiſſime agit. *Oleorum eſſentialium* virtus potiſſimum in ca- p. 373.
nali alimentario ſubſiſtit. Minime calefacientia huius generis olea ſeminum vmbelliferarum ſunt, proxima verticillatarum plantarum et calidiſſima aromatum olea. *Aether* (vitriolicus) non calefacit cor- p. 375.
pus, et non in ſpaſmis modo communibus corporis aut primarum viarum, ſed etiam in ſpaſmis inflammatoriis adiumento eſt; ſic in capitis, et dentium dolore et in rheumaticis affectibus iuuat. Anodyna virtus fundamento ſatis firmo nititur. Ab acido tamen ſulphureo ſollicite liberandus eſt. Paroxyſ- p. 378.
mos epilepticos, quando praeuidere poterat Auctor, maiuſculo *Olei animalis* doſi ſaepe anteuertit. Efficacia *Moſchi* in parte volatili, eſſentiali oleo, quod in deſtillatione cum aqua transſcendit, reſidet. Optime p. 379.
in ſubſtantia datur, ſed largis doſibus a decem ad triginta grana repetitisque non per magna temporis interualla, donec morbus ſuperatus fuerit. Varia bonitas moſchi. Dignoſcit Auctor virtutem genuinam per odoris vehementiam. Moſchi vilitas doſium magnitudine non compenſatur. Efficaciſſi- mum et potentiſſimum deprehendit antiſpaſmodi- p. 380.

corum, quae vnquam innotuerunt. Spaſmum pharyngis periculoſum, aliis omnibus remediis reluctantem, ſolo moſcho pluries fugauit. Hydrophobiae moſcho curatae exemplum Ipſi innotuit. In arthriticis affectibus pluribus pro moſchi efficaciae fidem ſuam interponit. Sic in arthritide ad ventriculum, pulmo-
p. 381. nes, aut caput delata. In maioribus doſibus a decem ad triginta grana *caſtoreum* in pluribus affectibus antiſpaſmodicum validum exiſtit. Virtus eius
p. 382. ſpiritu vini rectificato extrahi poteſt. Valde ſtimulant *ſales alcalini volatiles*, et haec vis maior in iis, quam antiſpaſmodica. In debilitate energiae cerebri et inde proficiſcente cordis et arteriarum motu languido excitando efficaces ſunt, ſed effectu tranſitorio. Si acrimonia eorum ita obuoluitur vt ſine irritatione fauces tranſire valeant a decem ad viginti
p. 383. grana ingeri poſſunt. Spiritus cornu cerui in ſpaſmodicis infantum affectibus vtilis. Spiritus ſalis ammoniaci dulcis (ſpiritus vini cum alcali volatili cauſtico coniunctio) optimam variarum ſubſtantiarum foetidarum ſolutionem praebet. Alcali volatilis cauſtici, fere tantum externe adhibendi, ea eſt
p. 389. acrimonia, vt cutem facile inflammet. Sic cum pinguedine quadam miſtum, oleum (vnguentum) volatile ſiſtit in paralyſi vtiliter inungendum, vt et in doloribus rheumaticis, nulla inflammatione conſpicua ſtipatis, et colicis flatulentis mitigandis. Vna olei vncia drachmae (immo duabus) optimi ſpiritus alcalini cauſtici iungitur, ſed penitus cauſticus ſit oportet.

p. 385. *Actionem medicinarum in fluida* attractione chemica et ſimplici et electiua explicare conatur. Quan-
p. 387. do exigua medicamenti doſis magnum edit effectum,
p. 388. tunc vel recta in ſyſtema neruoſum agit, vel vt fermentum ſe gerit.

p. 389. Cap. IX. *Diluentia.* Sanguinis fluiditas duobus modis augetur vel augendo proportionem fluidi in

eo

eo (per *Diluentia*) vel diminuendo partium eius reliquarum cohaesionem (per *Attenuantia*). Diluens nullum datur nisi *Aqua*, cuius dotes fusius exponit.

Cap. X. *Attenuantia.* Medicinarum, quae vel mechanice vel chemice praeternaturalem humorum spissitudinem corrigere valeant, vanitatem demonstrare quidem conatur, sed tamen putat, vbi concretiones eiusmodi existunt, quaedam remedia adhibenda esse, quibus talis effectus adscribitur. *Aquam* inter ea primo loco ponit. *Alcalina* gluten non solvunt; nec *sales neutri.* Intima illa alcali et olei mixtio, quae *Sapo* appellatur, facillime ab acidis decomponitur, sicque acidum semper (?) in ventriculo sano obuium aufert, leui negotio. Visciditates in corpore humano resoluere vix credit. Sapo aluum non (?) laxat, nisi sal culinare in eo adsit; sic etiam de sapone per clysterem iniecto iudicat. Soluendi vis eius in sanguinem parui ab A. putatur momenti. Concretiones biliares non soluit; in aurigine falso laudatur. Vtilem tamen calculosis et arthriticis censet. Ad obstructiones varias superficiei corporis soluendas sapo cum frictione inunctus multum facit, maxime si camphora aut olea essentialia adiecta fuerint. De differentia sanguinis phytiuororum et carniuororum animalium quaedam differit. *Saccharum* mitis substantia salina facile per excretiones transit et eas promouere videtur; aluum laxat tam per os quam per anum ingestum. Colicae, quae vsum *mellis* interdum sequuntur, auertuntur, si prius coctum fuerit. Mellis qualitates cum sacchari natura conveniunt. A largo prioris vsu leuamen asthmaticis obtigisse, audiuit. *Glycyrrhizae*, in vniuersum cum sacchari natura conuenientis, amaror nauseosus coctione tantum longa extrahitur. Sitim, quam caetera dulcia mouent, ideo tollit, quod masticata haec radix acredine sua saliuam excitat.

p. 395. p. 397. p. 398. p. 399. p. 400. p. 401. p. 402. p. 403. p. 405. p. 406. p. 407.

Cap.

p. 408. Cap. XI. *Inſpiſſantia* nulla eſſe cenſet.

p. 410. Cap. XII. *Demulcentia* ea ſunt, quae impediunt, vel remouent actionem rerum acrium aut ſtimulantium in ſenſibiles corporis partes, non mutando eorum naturam, ſed inuoluendo ipſa miti ſua et lubrica materia. In forma concentrata eſſe debent nec val-

p. 411. de diluta. Cito in ventriculo diluuntur, vel digeſtione mutantur, ita vt in ſanguinem nulla vi demulcente agere poſſint, nec mucilaginoſa et dulcia, nec

p. 412. adeo oleoſa. Tuſſim ſedant dum deglutita acrimoniam in glottide et adiacentibus partibus haerentem

p. 413. obuoluunt. Magnam mucilaginis copiam *Symphyti* radix largitur et in diarrhoea et dyſenteria opem

p. 414. ferre poteſt. *Gummi arabici* ſuccedaneum *gummi ceraſi* eſſe cenſet. Nec in ſanguine nec in excretionibus vnquam demulcentem gummi arabici virtu-

p. 415. tem obſeruauit. Inter mucilaginoſa animalia *Ichthyocollam* praecipuum cenſet, et talem eius vim in canali alimentario concedit, ſed non vltra.

p. 418. Cap. XIII. *Antacida*. Et in ſecundas vias acidum tranſire, ibique ſubſiſtere ſibi perſuadet; alcalina et antacida maximum in multis calculoſis affectibus adiumenti afferunt, non tamen calculum vi ſoluente,

p. 419. quam negat. *Cretam* et *Teſtacea* aptiſſima cenſet corrigendo acido primarum viarum, vel magna copia ingeſta; hac ratione interdum diarrhoeae medentur.

p. 420. *Magneſia*. *Aquam calcis viuae* efficacem in doloribus a calculo reperit. Haec tamen (vt caetera alcalina) ad id propoſitum ſatis magna quantitate ingeri debet.

p. 421. Sapo variis de cauſis in larga copia dari nequit. Alcali fixum ideo acido aereo vult ſaturetur, quo eius acrimonia obtundatur.

p. 423. Cap. XIV. *Antalcalina*. Eorum meminit modo in gratiam doctrinae Boerhaauianae. Non requiruntur, niſi vbi antidotum deglutitorum ſalium lixiuioſorum neceſſe ſit.

Cap.

Cap. XV. *Antiſeptica.* Plenaria putrefactio non morbus viui corporis eſt, ſed tantum diſpoſitio ad eam, cui moderandae et corrigendae antiſeptica conueniunt. Diatheſin putridam in acutam et chronicam diſpeſcit; illam febris putridae varia genera, hanc ſcorbutum dicit. *Sales acidi* minerales in ſcorbuto non vtiles ſunt. In febre putrida acidum vegetabile fermentatum, in ſcorbuto natiuum potiſſimum conducit. *Sales medios* in ſcorbuto nociuos putat. Cum *olera acteſcentia* copioſiſſime vt alimentum ſumi poſſint, efficaciſſimum praebent antiſcorbuticum. *Sacchari, mellis* et maxime *infuſi malti* vſus praeſtans in ſcorbuto. Etſi plantae ſiliquoſae et alliaceae exiguam vim antiſepticam oſtendunt, tamen antiſcorbutica optima ſunt. *Camphoram* in omnibus febribus putridis largiter propinandam eſſe cenſet. Copioſus liquorum fermentatorum, ſed dilutorum vſus, certiſſimum auxilium in ſcorbuto. p. 424. p. 425. p. 428. p. 430. p. 432.

Cap. XVI. *Errhina* exonerant folliculos mucoſos membranae Schneiderianae vel ſine vel cum ſternutatione, quae quidem ob concuſſionem, quam excitat, particulares edit effectus. Sed illa euacuatio longe latius patet interdum: affluxus humorum ex vaſis vicinis et eorum exoneratio quaedam promouetur, et rheumaticae diſſipantur congeſtiones in muſculis propinquis, praecipue quibus dentium dolor ſaepe nititur. Sed nec hic eorum effectus ſubſiſtit; capitis dolores, otalgias, ophthalmias etc. errhinorum vſu vel ſubleuauit vel curauit. In apoplexia attendendum, an nares exaruerint, atque tunc muci effluxus reſtituendus. *Aſarum* inter vtiliſſima recenſet errhina. Ad pauca grana per plures ſucceſſiue dies veſperi datum, largiſſimas mouet euacuationes e naribus, per aliquot dies continuantes. Plurimum auxilii attulit in dentium dolore et ophthalmia. *Nicotiana* inadſuetis commodum praebet errhinum, p. 435. p. 436. p. 437. p. 438.

num, nunquam violentum in moderata dosi. Non
sine maximis noxis a puluere nasali tabacino desue-
scimus, si consuetudo longa praecesserit. Euphor-
bium (vel minima dosi) praeter internam nasi fa-
ciem saepe omnes partes adiacentes, totum caput
etc. inflammat; non raro haemorrhagiae accedunt.
p. 439. Quando vires asari augere et durabiliores reddere vo-
luit, hellebori albi granum vnum vni drachmae pul-
veris sternutatorii addidit.
p. 441. Cap. XVII. *Sialagoga.* Quando acris quaedam
substantia, sensibilibus oris interni partibus applica-
tur, a natura prouisum est, vt larga saliuae et muci
profluuio abluatur. Hunc praeprimis effectum *ma-
sticatoria* habent. Sed hoc pacto affluxu humorum
ex vicinis partibus sollicitato etiam rheumaticae con-
gestiones vt odontalgia, immo aliae congestiones aut
inflammatoriae dispositiones in omni parte, qua ca-
rotides externae errant, remouentur. *Angelicam* mi-
te et gratum, *imperatoriam* acrius, *pyrethrum* vero
longe acrius masticatorium censet. Attamen frustu-
lum *raphani rustici*, in ore detentum et aliquamdiu
p. 442. dentibus arrosum, efficacissimum omnium putat. In-
terne assumtus saliuam promouet *Hydrargyrus.* Me-
tallica forma vel largissime ingestum nihil in corpo-
re effecit. Omnium organorum excretoriorum sti-
mulum se praebet, atque ita maxime vniuersale ape-
p. 446. riens et deobstruens nominandus. Ex mercurii sin-
gulari dispositione cum salibus ammoniacis sese
p. 449. vniendi, saliuationis processum explicare tentat. An-
tidotum veneni venerei non esse mercurium, sed
hunc morbum ita curare, vt excretiones omnes cor-
p. 451. poris excitet, atque per eas venenum expellat. Saliua-
tionem non sufficere ad luem syphiliticam curandam.
p. 455. Cap. XVIII. *Expectorantia* exitum contentorum
in cauitate pulmonum facilitant, quod non nisi me-
p. 456. diante leuiori vel fortiori tussi fieri potest. Vbi mucus
visci-

viſcidior in folliculis ſecernitur, qui non facile ſeparatur, expectorantia requiruntur. Tuſſim excitant ſola emetica et muci ſecretionem in pulmonibus nimiam ea minuunt, quae perſpirationem ſuperficiei corporis augent. Expectorantia propria probabiliter ſecretionem in bronchiis peculiariter promouent, forſan et perſpirationem vt totius corporis, ſic internae ſuperficiei corporis excitant, atque ita affluxu tenuiorum humorum mucus fluidior ſecernitur, facilius iam expectorandus. *Tuſſilaginem* interdum cum ſucceſſu in ſcrophula adhibuit. Ad aliquot vncias quotidie propinatus ſuccus expreſſus vlcera ſcrophuloſa curauit. *Scilla* excretoria ſtimulat; pro vi expectorante tam paruis doſibus dari debet vt ſtomachum et inteſtina non moueat. Niſi diuretice agat, expectorando acturam eſſe non expectandum eſt. Sicca vtendum. p. 458. p. 460. p. 461.

Cap. XIX. *Emetica.* Frequens nimis vomitus ventriculum minus aptum reddit ad alimenta retinenda et ipſam digeſtionis vim debilitat. Indicationes emeticorum et contraindicationes. Euacuant ventriculum et duodenum et veſiculam felleam, atque ſic ſyſtema venae portarum et hepar concutiunt, ſtagnationesque varias remouent in omnibus adeo abdominis viſceribus. Et expectorationem eadem machinatione promouent. Diaphoreſin augent. Minores, nauſeam tantum creantes, emeticorum doſes diuturniorem effectum praeſtant, perſpirationem cient efficacius et febres pellunt. Eorum vis in aſthmate, in haemoptyſi. Impletio ventriculi larga cuiusuis fluidi copia maxime aquae tepidae vomitum creat, et qua ratione, exponit. *Aſarum* infra doſin viginti granorum blandum ſatis effectum praeſtat, ad eosdem fere vſus vt ipecacuanha. *Erigero* vtitur plebs in Scotia pro forti emetico. *Ipecacuanhae* virtutes in cortice tantum reſident. Certiſſimum praebet eme- p. 463. p. 464. p. 466. p. 468. p. 469. p. 470. p. 472. p. 474.

p. 476. emeticum vel doſibus vnius grani interdum; ſed communiter ad grana quinque adſcendere debemus, decem vero grana, ſi adhibemus, de effectu certiores ſumus. Attamen repetitos et validos vomitus, vel larga doſi datum, non creat. Si emeſin non perficit,
p. 477. pylorum tranſit et aluum mouet. Non niſi quando aluum laxat, in dyſenteria prodeſt. Aliquot doſes (ad gr. 5.), ſolummodo pro nauſea excitanda datas, fe-
p. 479. bribus intermittentibus mederi vidit. *Scilla* diureticos effectus non edit, niſi prius nauſeam excitaue-
p. 480. rit. *Vitriolum coeruleum* impetuoſos nec facile coercibiles exercet effectus, quando ad emeſin doſis ſatis
p. 481. magna datur. *Vitriolum zinci* citiſſime quidem operatur, ſed vomitum et nauſeam diuturniorem exci-
p. 482. tat, quam neceſſe eſt. De *antimonio* eiusque prae-
p. 485. paratis praecipuis agit fuſius. Antimonialia magis continuatas et pleniores vomitiones cient quam ipecacuanha, potenter magis euacuant ventriculum et veſicam felleam, concutiendo vehementius hepar et
p. 487. abdominalia viſcera. *Kermes mineralis* et conſtantioris bonitatis et maioris efficaciae eſt, quam *ſulphur auratum.*

p. 493. Cap. XX. *Cathartica.* Refrigerantia et mitiora (*Laxantia*), et inflammantia ſeu acriora (*Purgantia*)
p. 496. diſtinguit. Indicationes et contraindicationes vſus
p. 499. catharticorum et eorum operatio in inteſtinis. Effe-
p. 503. ctus eorum in reliquum corpus iam exponit. Applicatio emplaſtrorum vel inunctio vnguentorum catharticorum rurſus in vſum trahenda et tentanda
p. 504. eſſet. *Laxantia. Fructus acido-dulces recentes* quo plus ſacchari fouent, eo magis laxant aluum; quando tanta copia aſſumuntur, vt in duodenum tranſgreſſi aciditate ſua bilem ſuperſaturent, mixtio haec ple-
p. 505. rumque purgat inteſtina. Paulo minus hoc praeſtant
p. 506. *fructus ſiccati.* Pulpa prunorum easdem oſtendit
p. 507. vires ac pulpa *Caſſiae.* Laxat ſatis *pulpa tamarindorum,*

rum, ſed efficacius, ſi dulcibus laxantibus iungitur.
Laxans bonum *lac ebutyratum* largitur potum. *Man-* p. 509.
nam a ſaecharo non differre (falſo) putat. Salium
laxantium vires ea intendit. *Alcali fixum* parum laxare p. 511.
vidit, vrinam vero ciere, frequenter obſeruauit, ma-
iori doſi adhibitum. *Cremor tartari* in doſi infra p. 513.
ſemiunciam moderate laxat, ſed ſupra vnciam datus
ſaepe potenter mouet aluum. Abſorbentia vaſa in-
teſtinorum valide emulget, atque ideo in hydrope
vtilis fit. Copioſiſſime non raro vrinam mouet, ma-
xime ſi larga aquae copia ſuperbibitur. Commo- p. 514.
dum laxans *Sal polychreſtum* ab vna ad quatuor drach-
mas. Viribus non differre *Sal Glauberi* ab *Ebsha*
menſi. Optat, vt frequentiſſime adhibeatur *Sal rupel-* p. 515.
lenſe vt bonum laxans ad omnes ſcopos et non in-
grati ſaporis. *Aquae minerales* non tam propter ſa- p. 516.
linas in ipſis partes, quam propter largam aquae co-
piam inteſtina ſtimulant. Vidit hominem frequen- p. 517.
ter vtentem laxante mixtura ex ſemiuncia vel vncia
tamarindorum et vna *olei amygdalarum* dulcium; ex-
pectationi reſpondit, ſed pulpa per ſe nihil praeſtitit.
Quatuor vncias *butyri recentis* mane aſſumti conſtan-
ter laxare vidit. *Saponem* non laxare, niſi ſal culi- p. 518.
nare in eo ſit, ſibi perſuaſum habet (falſo). Semel fere
ſed conſtanter aluum aperit ſemidrachma aut drach-
ma *florum ſulphuris*, nec corpus calefacit, nec tormi- p. 519.
na excitat. Niſi odorem ſpargeret ſulphureum, qui-
busdam ingratum, conuenientiſſimum et iucundiſſi-
mum praeberet laxatiuum. *Sinapeos ſemina* integra p. 520.
ſemel de die ad ſemiunciam ingeſta regulariter al-
vum apertam conſeruant. Diureticam vim oſten-
dunt. Concentratum *Chamomillae* infuſum aut
drachmam florum eiusdem cum ſucceſſu pro laxante
adhiberi vidit. *Bilem* animalium nunquam laxare p. 521.
vidit. *Purgantia*. Succotrinam *Aloen* barbadenſi p. 524.
(hepaticae) non praeſtare, docet. Nihil niſi ecco-

p. 525. proticum mite eſt Aloe, et in doſi vnius aut duorum granorum, et ſic in decies maiori. Sin maioribus doſibus aluum liquidam reddere volumus et parum agit
p. 526. et tormina maxima affert. Ante decimam vel duodecimam poſt aſſumtionem horam vix et nonniſi in craſſa inteſtina et rectum inprimis agere videtur. Emmenagogas virtutes ab eius actione in inteſtinum
p. 527. rectum proficiſci, probabile eſt. Tam conuenienter agit in ſubſtantia quam ſoluta. Lene et nimis lene
p. 529. interdum purgans eſt *rhabarbarum*, cum ſemidrachma, imo drachma, voluminoſa doſis, adultis neceſſe ſit. Ob amaritudinem, quam fouet, et a ſtomacho facilius fertur et ventriculum roborat; in diarrhoea
p. 530. nocet vi adſtringente. Rhei radix maſticata aluum
p. 532. bene liberam ſeruat. In *Polygala ſeneka* vis purgans maxime obuia eſt, ſi a viginti ad quadraginta grana datur; ſed facile vomitum ciet, quod a deco-
p. 533. ctione rarius obſeruatur. Vncia radicis in vna et dimidia aquae libra ad ſemilibrae conſumtionem coquitur et huius decocti vnum aut duo cochlearia quauis hora dantur, donec purget ter, quater aut plures, quod fit poſt ſex vel ſeptem doſes, et quotidie aut quauis altera die repetitur haec enchireſis, donec morbus ſuperatus eſt. Cum purgatiua communiter etiam diureticam manifeſtat vim et poſt largam doſin copioſum prouocat ſudorem. Interdum in rheumatiſmo ſudorem excitando opem tuliſſe vidit. Hydropes aliquos curauit modo ſupra dicto, in pluribus ſpem fefellit nauſeoſum medicamentum.
p. 534. Aliquos etiam hydropes decocto *geniſtae* ſummitatum fugauit, ita vt harum vncia in aquae libra ad dimidiae partis conſumtionem coqueretur, et quauis hora duo cochlearia propinarentur, vſque dum aluus et vrina mouebatur. *Oleum Ricini* inter commo-
p. 535. diſſima purgantia pertinet. Citius poſt aſſumtionem operatur, quam cetera omnia, intra duas, tres horas; fere

fere ſine torminibus moderate agit et vnam, duas, tres ſedes efficit. In alui conſtrictione, in colica ſpaſmodica et ſaturnina certiſſimum remedium reperitur. Cum inteſtinum rectum non irritet, in haemorrhoidibus conducit. Semiuncia generaliter ſufficit, ſed vncia aliquando neceſſe eſt, et maior doſis non nocet. Quo pluries eius vſus repetitur, eo minus ad effectum praeſtandum requiritur. Nauſeam tamen interdum mouet, quam tamen pauculum ſpiritus vini aut tincturae ialappae additum minuit. Ranciditas olei purganti virtuti non obeſt. *Senna* voluminoſa doſi ſumenda, et multa tormina mouet, at certum eſt purgans, nec vehemens. Coriandri ſemina odorem et ſaporem ſennae bene obuoluunt. Conſtanter eiusdem virtutis et certioris efficaciae *Ialappa* eſt. Optime cum dura quadam ſubſtantia, v. c. cryſtállis tartari trituratur ante exhibitionem, tunc et minore doſi agit et ſine torminibus. Cum calomela maxime draſtica fit et tamen inter draſtica tutiſſimum manet. In exigua doſi operatur *Scammonium*, nec tamen violenter. *Guttae gummi* ſummo cum ſucceſſu ſic adhibuit, vt, quoniam citius agit, quam cetera purgantia, omni tertia hora tria vel quatuor grana, cum ſaccharo trita, propinaret; tres vel quatuor ſic repetitae doſes ſine vomitu aut torminibus maxime euacuarunt.

p. 536. p. 537. p. 539. p. 540. p. 541. p. 542.

Cap. XXI. *Diuretica* vrinae ſecretionem promouent vel augendo aquoſam ſanguinis partem vel ſtimulum ipſi addendo, qui renes excitet, vel (pag. 556.) generali quadam in totum corpus actione. Quam neceſſe ſit dilutio ſanguinis, ſi vrinam mouere velimus, fuſius docet. Pro potu non aquam puram, ſed ſemper cum ſalinis ſubſtantiis, maxime cum acidis vegetabilibus mixtam propinat. Huic ſcopo et liquores fermentati diluti et ipſe ſpiritus vini valde dilutus egregie conueniunt. Quando obſeruatur

p. 545. p. 548. p. 549.

quantitas vrinae emiſſae fere aequalis eſſe quantitati potus aſſumti, tunc hydropico tutiſſime tantum,
p. 550. quantum lubet, bibendum damus. Diureticorum propinatio cum iiuncta a potulentis abſtinentia,
p. 554. abſurda eſt praxis. *Dulcamara.* Stipitum teneriorum quaedam partes valde acres, quaedam fere inertes ſunt; in rheumatiſmo curando aliquando vtilis
p. 555. fuit eorum decoctio. *Digitalis* pulſus minuit frequentiam. *Scillae* vniuerſalis ferme omnium excre-
p. 556. toriorum organorum vis ſtimulans explicat, vnde
p. 557. virtus eius diuretica, quam vt obtineamus, neceſſe eſt, vt exiguis doſibus iuſto repetitis interuallo, vel opio iunctis, propinetur, vt emetica et purgans ipſius actio impediatur. Recens facilius ſtomachum mo-
p. 558. vet, quam ſiccata. Nec nimis ſiccetur, nec apertis vaſis ſeruetur, ſi efficacem optamus. Doſes ſucceſſu temporis paullatim augeantur et interualla pro repetitione minora reddantur; ſi doſes iam maiores pau-
p. 560. lo factae ſunt, opium addendum. *Allium* recens devoratum fere ſemper diuretice agit et hydropis curam adiuuat. *Cantharides* in veſicae collum quidem,
p. 564. ſed vix in renes agere videntur. *Acida vegetabilia* ſatis diluta potum iucundum diureticum praebent.
p. 568. *Salia neutra* quo minus laxant, eo magis vrinam provocant, ideoque paruis et repetitis doſibus ingerenda; attamen non validum oſtendunt effectum diu-
p. 569. reticum. Diureticum potens interdum reperit *ſal alkali fixum*, ſed ſaepe non; opio vtiliter iungitur.
p. 571. Cap. XXII. *Diaphoretica* gradu tantum differunt a *ſudoriferis*. Vel ea ſunt, quae ſanguinis impetum augent, vel ea, quae extremorum vaſorum in ſuperficie corporis actionem excitant. Externe applicatus calor vel ſolus ſudorem mouet et accedere de-
p. 574. bet, ſi a diaphoreticis iuſtum effectum obſeruare velimus, id quod vel calore aëris ſicco, vel balneo calido, vel ſtragulis efficiendum eſt. Potus calidus largus

largus magnum ſudoris adiumentum. Indicationes p. 575.
et contraindicationes diaphoreticorum. *Alcali* vola-
tile in moderata doſi regimen ſudorificum bene ad-
iuuat, idem de vino et alcohole dicendum; ſed fa-
cile in effectu modum excedunt. Diaphoreticis ſti-
mulum addunt olea eſſentialia et aromata, e quibus
eliciuntur. Inter diaphoretica *guaiacum* eminet et p. 580.
vaſa exhalantia plus, quam cor et arterias, ſtimulare p. 581.
videtur. De vi ſudorifera potus aquae frigidae. Aci- p. 582.
da vegetabilia et ſerum lactis cum iis praeparatum,
efficaciter ſudorem mouent. *Antimonii* praeparata, p. 583.
quo plus in ventriculum agunt, eo magis diaphore-
ſin excitant, inprimis doſes ad nauſeam. In rheuma-
tiſmo vel alio morbo inflammatorio recte cum opio
propinantur. *Opium* omnia celebrata ſudorifera in-
trat. *Moſchus* larga doſi datus fere ſemper ſomnum p. 584.
et aeque certe ſudorem profuſum inducit.

Cap. XXIII. *Emmenagoga* fallaciſſimum medicami- p. 587.
num genus. Poſt ſucceſſiuam corporis euolutio-
nem certa vitae periodo vteri vaſa dilatantur implen-
turque; haec congeſtio in cauſa eſt, vt ad fortiorem
actionem impellantur, qua extremitates eorum vi
aperiuntur et ſanguinem emittunt. Haemorrhagia
actiua eſt, quae oeconomiae corporis legibus certo
temporis interuallo ad reditum diſponitur, et poſt ali-
quas repetitiones conſuetudinis vi ad regulares perio-
dos cogitur. Haec eſt Auctoris de menſtruatione hy-
potheſis. Defectus ipſius vel *retentio* eſt, ſi conſueta p. 588.
ſexui aetate incipere negat, vel *ſuppreſſio*, ſi certis
cauſis impeditur redire, quae iam fluere conſueue-
rat; priorem a debilitate, poſteriorem a conſtrictio-
ne extremitatum vaſorum vterinorum proficiſci cre-
dit. *Caſtorei* vires emmenagogas laudat. *Ferrum* in p. 589.
retentione menſium vtile cenſet, vtpote ſtipata vt-
plurimum cum debilitate totius corporis. Suppreſ- p. 590.
ſiones quasdam menſtrui fluxus *mercurii* vſu remouit.

II.

Diſſertation ſur l'extraction des corps étrangers des plaies, et ſpecialement de celles faites par armes à feu, avec la deſcription et les figures des pluſieurs inſtruments nouvellement imaginés, pour rendre cette opération plus facile et plus ſûre, par Mr. THOMASSIN, Chirurgien major de l'hopital royal et militaire du neuf Briſach, maître en chirurgie de la ville de Dôle, membre de pluſieurs academies. Strasbourg, 1788. pag. 116. et XIV. pref. et dedic.

i. e.

Diſſertatio de extractione corporum peregrinorum ex vulneribus, et inprimis iis ſclopetorum, cum deſcriptione et figuris variorum ad hanc operationem faciliorem tutioremque reddendam nouiter inuentorum inſtrumentorum, auctore THOMASSINO.

p. 2. Indicatis ſcriptoribus de chirurgia vulnerum ſclopetorum perluſtrantur in prima ſectione corpora
p. 9. vel acuta, vel obtuſa in vulnerato corpore permanentia quoad variam eorum naturam et ſymptomata,
p. 11. quae pariant. Inflammationem a feſtucis ligneis
p. 14. quaſi chronicam eſſe; GERARDVM, digitali apicem cultri, qui per veram quandam coſtam ſex lineas in pectus penetrauerat, feliciter extrahentem, ob pleu-
p. 15. ram, diametro digitalis certe octo lineas aequante magis laeſam, non imitandum eſſe contendit Cl. Auctor, ſe potius aperturam ſub laeſa coſta facturum, et tentaturum fuiſſe, an apicem cultri in rimam in extremo eleuatorii tota manu, cuius pollex ſimul in coſtam
p. 16. fultus, applicati propellere potuerit. Sic et MAJAUL-

TII

TII filii audaciam in ferro ſagittae, quod vndecim per annos in cerebro haeſerat, extrahendo reprehendam, in tali caſu potius opus eſſe forcipe, cuius apex cauum ferri (*la douille*) intrare, idque dentibus limae in forcipis extremo conſtitutis mediantibus figere poſſit. Non rubiginem, ſed maiorem inaequalitatem ferreos globos plumbeis, ſphaericam ſuam figuram variis de cauſis mutantibus, nocentiores reddere. In ſecunda ſectione indicationes curatoriae variis accommodantur caſibus. Iuſtum corpora peregrina extrahendi tempus recte definitur, HEISTERO non rite diſtinguente; dilatatio vulneris iure commendatur; BILGVERVS, globos in oſſium articulationibus relinquens, refutatur. Obſeruata de calculis vrinariis ſuper corporibus peregrinis, quae in veſica relicta erant, formatis in noua auctiori editione *obſeruationum iatrochirurgicarum* COUILLARDI promittuntur; fiſtuloſus vulnerum ſtatus, continuusque puris cumulus, relicta corpora indicare dicuntur; *contraapertura* in variis caſibus, v. c. globis in cranii, pectoris, abdominis cauis haerentibus, neceſſaria ac vtilis; in oſſibus tamen, quae minus obtecta, tantum ſuſcipienda iudicatur; in aliis potius apertura a globo facta dilatanda. A ſclopeto minuto tempore dextro pone orbitam minorem percuſſo, iuxta canthum ſiniſtrae orbitae externum tumorem repertum, quo inciſo fragmentum dextri oſſis zygomatici vnum pollicem longum et quinque lineas latum, poſt hoc quadrangularem ſedecim lineas longam, quinque latam, duas craſſam ferri partem, per vtramque aperturam diuerſa fragmenta, inprimis partem ferri in ſe conuolutam nucis auellanae minoris magnitudine, ſub dextro ſupercilio haerentem, extractam fuiſſe. In tertia ſectione examinantur inſtrumenta hucuſque ad extractionem adhibita. Horum vſum ex ſolo Planis de Campy loco addiſcendum; num ea cuncta,

p. 17.
p. 22.
p. 26.
p. 28.
32.
p. 30.
p. 35.
p. 36.
p. 39.
p. 43.
p. 44.
p. 46.
p. 63.
p. 62.

p. 65. vere applicata, adhuc dubium; mirum, quod MO-
p. 61. RANDVS ea vtilia cenſeat; ea valde damnari ab AM-
BROSIO PAREO, contraaperturam, cuius vti et dilata-
tionis vtilitas veteribus ignota, nimiis efferente lau-
p. 50. dibus. A Cl. Auctore plane reiiciuntur *forceps con-*
p. 51. *caua*, firmius globos licet capiens, et *vnci* MAGGII;
Eiusdem *roſtrum coruinum*, vt et *vtrumque gruinum*,
p. 53. quod nimis longum et tenue, inſtrumenta ALPHON-
p. 54. SI FERRII et RAVATONI, cum alio hisce ſimili; *for-*
p. 56. *ceps vaginata* PETITI; *roſtrum lacerti* et *pſittaci* a
p. 58. PAREO et DESCHAMPIO depicta; inſtrumentum,
terebram cum forcipe coniunctam referens, a SCVLTE-
p. 60. TO depictum; *vncus* BOTALLI; qui, vti *ſpecillum an-*
nulare ALPHONSI FERRII, ad lapidilla (*curet-*
tes) pertineat; omnia inſtrumenta, globo extrahen-
p. 66. do deſtinata (*tire-balles*), velut in genere nimis lon-
p. 51. ga. MAGGIVM vſum forcipis ſuae, illis obſtetricum
ſimilis non diſtincte explicare, videri tamen vnum
eius brachium lapidilli ad inſtar, alterum vero non
p. 52. niſi hoc inſufficiente applicatum; et mirum, nullum
ſimiles forcipes commendantium illius MAGGII men-
tionem feciſſe. Inſtrumenta quodammodo retinen-
p. 49. da haec ſunt: *forceps anſerina* MAGGII, a GUILLE-
MEAU et HEISTERO imperfecte depicta, cum *roſtro*
p. 72. *anatis* PAREI optime conueniens, a Cel. Auctore
Tab. I. breuior reddita, et ita mutata, vt eius brachia poſte-
fig. 3. riora pene parallela, annuli extrorſum ducti, iunctura
epitonio, cui caput in acetabulo quaſi abſconditum
p. 73. (*noyé*), mediante facta pene in medio inſtrumenti, inter
poſteriora et anteriora brachia, ne ſe tangant, ſpatium
dimidiae lineae, cochlearia mediocriter magna, parum
oualia, polita, anterius ſpecillo capitato (*boutonné*)
ſimilia, vix quartam partem capientia globi tantae
magnitudinis, vt duodeuiginti libram aequent;
ipſaque forceps ſpecilli locum habere queat.
p. 75. (Forcipem ſimilem, cuius brachia tamen aliter
iuncta, ſeparatim, licet difficulter, applicanda, qua in

initi

initio vſus, poſtea neglexit, omne, cuius partes ſeorſim applicandae ſint, inſtrumentum noxium agnoſcens). p. 55.
Forceps HVNTERO *adſcripta*, paruulis tamen fragmentis ex inueteratis fiſtuloſisque vulneribus extrahendis tantum apta: *terebra* veterum, A FABRICIO HILDANO correcta, ſi duabus tertiis breuior redditur, aliquantum vtilis: lapidilla denique, a Gallis *curettes* dicta, forcipibus, quae in ſola anguloſorum et irregularium corporum extractione praeferendae, praeſtantiora. Quae quidem pro diuerſis corporibus diuerſa eſſe debent, et, vti ex quarta et vltima ſectione, in qua inſtrumenta abſolute neceſſaria, regulaeque in eorum vſu obſeruandae exponuntur, apparet, ob nimis leuem cochlearis eorum curuaturam a Cel. Auctore emendata ſunt. Vocat iſtud inſtrumentum, in cadaueribus multis comprobatum, quod et in extractione globi, inter tendines, tum non ſecandos, haerentis, forte vtile, et hic, quomodo globum talem, quales quinde cim libram aequant, capiat, depictum, *lapidillum globicapum* (*curettetire-balle*). Compoſitum eſt ex duobus brachiis, quorum cum dimidio alterum, quaſi corpus inſtrumenti, ſeptem pollices longum, inſtructum cochleari ouali, profundo et curuo, poſteriusque duobus annulis: in huius cauum inſeritur brachium alterum, annulo ſuo excepto eiusdem longitudinis, cuius apex, ſimilis caeſtro acuto, vel roſtro tibiae, cochleari alterius brachii accurate reſpondet, et globo in hoc figendo inſeruit; in inferiori huius brachii extremo decem ſunt lineae pro volumine globi aeſtumando, idque pro lubitu ac neceſſitate epitonio mediante firmari poteſt. Vtitur eo in extractione globorum profunde caua corporis ingreſſorum, v. c. pectoris, in cuius fundo ſi haereant, ex oppoſito contraaperturae in directa cum diaphragmate linea faciendae latere extrahendi, tum vero primum in cochleari figendi, cum interſtitia coſtarum, a ſe, quantum fieri poſſit, ſeiungendarum,

p. 57.
p. 59.
p. 86.
p. 69.
p. 83.
p. 85.
Tab. I. fig. 5.
p. 81.
fig. 8.
p. 82.
fig. 7.
p. 94.

p. 98. tranſeant. Commendat et in extractione globi pelvim per os ileum fractum tranſgreſſi, quae ſaepe im-
p. 69. poſſibilis. Ad globos aliaque corpora ex oſſibus
fig. 1. extrahenda inuenit forcipem, cuius brachia fortia leviter vnita, cornua breuia, ex bono chalybe parata,
fig. 2. intus limae dentes et inciſuram pro capiendis corpori-
p. 70. bus habentia, in cuiusque vſu corpus peregrinum ſaepe ſcalpro cauo, vel trepano perforante denudandum, vel, ſi totum aut ex parte cauum quid illap-
p. 71. ſum, vecte per contraaperturam ſtatim illato expel-
p. 76. lendum. Sin autem globi, ex oſſibus, v. c. tarſi, cra-
89 91. nii, vertebris, coſtis, ſterno, extremo tibiae inferiori, articulationibus, viſceribusque nobilibus extrahendi, exigua tantum parte prehendi queant, adhibeatur
Tab. I. forceps annulata, cuius extrema acuta, leuiterque
fig. 4. intus curua, in clauſa forcipe ſe non tangentia, ex
p. 78. bono chalybe paranda, quae praeſtat ſimili illa DOUGLASII. Ea vero inſufficiente globus lata trepani corona inuoluendus, vel ſi id fieri nequeat, oſſe a glo-
p. 79. bi latere trepano perforante perforato vectis ſub globo inferendus. Volſellae ad vulnera liganda (*pinces pour les panſemens*), ſi ad LOMBARDI exemplum earum extremis paruula oblonga cochlearia dantur, ad diuerſa extrahenda etiam vtiles. Reprehenditur LE
p. 69. CAT, quod pyrobolo per patellam ad poſterius femur traiecto, ibique iuxta vaſa cruralia haerente femur amputauerit, dilatationemque vel contraaper-
p. 91. turam non tentauerit. Sic et LE DRAN, quod globos in cranio haerentes, quorum tamen extractio omni modo tentanda, ſemper mortem inferre putet,
p. 95. relinquendosque eſſe iubeat. Nec non, quod ad globos ex ſubſtantia pulmonum extrahendos horum cum pleura cohaeſionem neceſſariam cenſeat, quum tantum opus ſit, vt internum vulnus externo bene
p. 92. reſpondeat. Globi inter duas coſtas difficulter haerentes hamo, qui manubrium habet, velut clauo GA-

REN-

RENGROTI, extrahendi. Globo in veſicam lapſo p. 97.
dilatandum vulnus, ſi ſuper pube, ſectione hypogaſtrica; ſi veſica depreſſa, cathetere veſicam attollente globus detegendus, eodemque, ſi vulnus non in hypogaſtrica regione, ſuſcipienda contraapertura, vt in lithotomia. Setacei in globis detegendis vtilitas p. 98.
comprobata in milite, cui femur ſiniſtrum quatuor digitos tranſuerſos ſub trochantere maiori percuſſum, et in quo globus, per contraaperturam non detegendus, ſetaceo ſex per dies applicato, tandem duos digitos ſub cute a latere interno detectus eſt. p. 100.
Adiecta eſt deſcriptio duplicis lithotomi a Cel. LOMBARDO ad lithotomiam mulierum inuenti. Inſtrumentis dextrisque artificibus deſtitutus, cupiensque, vt cyſtitomus LOUISII potius ab interioribus exteriora verſus ſecaret, varios calculos ope ſcalpelli p. 103.
inciſorii, longi, lamina valde tenui inſtructi, et in apice rotundi, ſuper ſolito ſpecillo ſulcato illati, collum veſicae et vrethram ab interioribus exteriora verſus diſſecando, forcipemque adhibendo extraxerat; et de FLVRANTI ſimili inſtrumento, vtique laudando, nullam cognitionem habuerat ante, quam de ſuo inueniendo ſollicitus erat. Demonſtrat ſimul, p. 104.
incontinentiae vrinae cauſam eſſe rariſſime duplicem illam ſectionem, ſed potius ſtatum veſicae pondus calculi diu ferentis; LOVISIVM igitur a LE CAT nullo iure reprehenſum fuiſſe, forte autem illum in eo peccaſſe, quod faſciis complicatis tumentes dolentesque p. 105.
partes inuoluerit. Lithotomus LOMBARDI ita com- p. 107.
paratus eſt: in tubo externe rotundo, interne qua- p. 110.
drato, ſex pollices longo, ſpecillis pectoralibus ali- Tab. II.
quantum craſſiori, prope extremum ſuum, in quo le- fig. 1.
vis curuatura, duaeque aperturae laterales duos pol- p. 111.
lices cum dimidio longae, quo et aliis vulneribus et
fiſtulis dilatandis inſeruire queat, quinque lineas
ſolido, latent duae acutae, viginti lineas lon- fig. 2.
gae,

gae, vltra duas cum dimidia latae laminae, ex vna parte duobus recuruatis clauis (*goupilles rivées*) mediantibus cum duabus obtusis sex lineas longis, duas latis, prope solidum tubi extremum per epitonium cum mobilitate aeque fixis laminis; ex altera parte etiam per clauum, vel paruum epitonium, cuius caput in acetabulo quasi absconditum latet (*noyé*), habens, cum apice virgae (*tige*) quadrangularis, quatuor tan-
fig. 3. tum pollices longae, ita articulantes, vt instrumento
p. 112. quiescente acutae obtusaeque laminae mutuo se tegant, eodem agente illae ab his in actiua sua extensione sustineantur, integram lineam prae iis promineant, semperque obtusum angulum faciant. In media facie anteriore trunci quinque sunt foramina, quorum superius lithotomum clausum tenet, quatuor inferiorum, paruulum elateris (*basicule à ressort*), acutas lami-
fig. 4–7. nas pro vario calculi volumine varie figentis capitulum
p. 113. recipientium distantia illi numerorum in principio
p. 116. virgae designatorum (quorum duo inferiores vix necessarii putantur) respondet. Manubrium est
p. 113 hexalaterum, quatuor pollices cum dimidio longum. Instrumento hoc catheteris muliebris ad instar illato, volumen calculi vt aestumetur, pollex manus dextrae elateri imponendus, ille sinistrae parum altius, et index cum medio ad capitulum remouendum, et lithotomum firmandum, infra collocandus, dextra manu manubrium amplectente virga ad iustum numerum propellenda, isto modo laminae euoluendae et figendae, index tandem sinistrae manus, lithotomo recta linea retracto, sub eo tenendus, quo statim in vesicam ad calculi forcipe extrahendi
p. 114. locum certo detegendum inferri queat. In duabus aegris, in quibus (occasio enim talem operationem repetendi in Alsatia rara) solis instrumenti vtilitas experta, motus ab aegris dolorem sentientibus posteriora versus factus operationem faciliorem et celeriorem reddidit.

III.

III.

Institutionum medicinae practicae, quas praelegerat IO. BAPT. BVRSERIVS DE KANILFELD, volumen quartum. Opus posthumum in duas partes diuisum. Pars prior morbos pectoris complectens. Mediolani. MDCCLXXXIX. Apud Ioseph. Galeatium, regium typographum. Superiorum permissu. Lipsiae apud I. F. Gleditsch. 8. mai. pagg. 366. praef. pag. XI. Pars altera morbos imi ventris complectens. Ib. eod. pagg. 272.

Quam ergo typographus voluminis tertii dederat fidem *), iam b. Auctoris filius VBALDVS VIGILIVS BVRSERIVS, ipse quidem non medicus, solvit, in praefatione edendi huius voluminis consilium et fata exponens. Auctor morbo tandem fatali iam affectus, quum volumen tertium finiretur, voluminis huius quarti duo priora capita tertiique initium ipsi in calamum dictauerat, quum morte abriperetur. Schedae itaque nondum elaboratae vltra triennium latuere, donec Cl. Editor eas quodammodo ordinaret et ex collectaneis b. Parentis, quae ipsi occurrebant, adderet, licet hic mancum hoc opus luci publicae non dicasset. Sunt igitur omnino, si cum praecedentibus comparaueris, haec suo modo imperfecta dicenda, verum ex hereditate tanti viri, cuius modestiam in iudicio de propriis laboribus ferendo mirati sumus aliisque omnino ad imitandum propositam cuperemus, procul dubio acceptissima. Neque vel hic aut scriptionis aut lectionis copiam desideres, etiam exterorum medicorum labores, nominibus etiam sollertius, quam apud alios videmus, allegatis, vt, vbi in his peccatum fuerit, id potius typographi

*) vid. Comm. nostr. Vol. XXVIIII. p. 307.

graphi incuriae tribuendum videatur; vnico loco
P. I. b. LOESEKE LEBRECTVM nominatum fuiſſe offen-
p. 103. dimus. Nos vero iam non niſi ea, quae b. Auctori propria nobis viſa fuerint, adducemus: neque ergo cuipiam mirum videri poſſe arbitramur, ſi vnius alteriusque capitis ſolummodo titulum hic tranſcripſerimus.

P.I.p.1. Cap. I. *de tuſſi.* Diuerſarum eius ſpecierum diſcrimina exacte indicantur, curatioque ſingulis accommodata praeſcribitur. Inter reuellentia memoratur, interdum ſolis catharticis paullo valentioribus ceſſiſſe tuſſes contumaciores, obſeruante idem PROSP. ALPINO. In tuſſi conuulſiua butyrum recens ſaepius elotum et aqua frigida in pilulas redactum ſaccharoque conſperſum multum iuuit. Diuturnas ſiccasque tuſſes interdum fugauit copioſus aquae nucerinae aut villenſis ieiuno ſtomacho potus, adiuncto balneo tepido aquae dulcis.

p. 23. Cap. II. *de cruenta exſpuitione, et ſpeciatim de haemoptyſi.* Iure, vt putat b. Auctor, celebrari potionem Syluianam ex aqua plantaginis, aceto deſtillato, coralliis rubris, terra ſigillata, opio et ſyrupo de meconio (!). Haemoptyſin ab acritate ſanguinis in ſe ipſo adoleſcente ortam ſolo, ſed liberaliori diuturnoque pulueris gummi arabici vſu curatam narrauit profeſſor quidam Bononienſis ad inſolitam ſenectutem progreſſus. Ab aliquot annis ad omnes haemorrhagias magnis laudibus effertur aqua vulneraria IVLIANI LANDII, pharmacopolae romani, cuius formulam hic exhibet b. Auctor, ipſe tamen faſſus, compoſitionem eius regulis chemiae minus reſpondere. De ſuſpecto nitri vſu. Aquae frigidae vſus, modo inflammatio et infarctus, aut aliud vitium pulmonum abſit, ſingulis horis dimidiis ad vncias octo ad decem, excluſo quocumque alio alimento, continuandus, donec ſanguinis ſputum ceſſauerit, tuncque

ſenſim

ſenſim imminuendus et aliquid tenuioris alimenti concedendum. Veſicatoriorum inter ſcapulas eam vtilitatem, quam Cl. MERTENS *), non conſpexit.

Cap. III. *de phthiſi pulmonari, praemiſſa phthiſeos ſiue tabis vniuerſae cum eius differentiis explicatione.* p. 47. Diuerſis atrophiae ſiue tabis ſpeciebus annumerat etiam eam a WILLISIO deſcriptam, quae rhachitidi ſeu rhachialgiae ſimillima eſt, non in infantibus tantum et adoleſcentibus, ſed etiam prouectae aetatis hominibus animaduertendam, qui poſt praegreſſos dolores circa lumbos, imo interdum in toto dorſo, gibbi aut claudi euadunt, ac tandem toto corpore, excepto capite, contabeſcunt, vertebris intumeſcentibus, e ſua ſede protruſis et carioſis redditis: numquam morbum hunc perfecte curatum vidit, interdum tamen mitigatum, ita, vt vitae ad complures annos parcat. Phthiſin pulmonalem diuidit in incipientem, cui ſpuria et imperfecta, itemque tuberculari et ſcirrhoſa, atque confirmatam, cui vera et exquiſita ſiue vlceroſa reſpondet, huiusque tres gradus diſtinguit. Vlcera chronica pulmonum, callo incluſa aut glutine obducta, ad quadraginta annos ſeniumque ipſum ſine magnis moleſtiis producta vidit. Vlcera laryngis et aſperae arteriae phthiſin lentam producunt, trachealem dicendam, tandem autem in veram pulmonalem tranſeuntem. Puris excreti notas non a foetore, pondere aut calore deſumendas eſſe, ſed a plurium ſignorum coniunctione: recentiorum tamen obſeruationes **) b. Auctori incognitae fuiſſe videntur. In phthiſi ſcrophuloſa pilulis MORTONI ſubſtituit alias ex gummi ammoniaco, puluere millepedum et extracto hederae terreſtris vel ſcabioſae; interdum ſapone veneto feliciſſime vſus eſt. In iis, qui ex hypochondriaca paſſione

*) Vid. Comm. noſtr. Dec. III. Suppl. IIII. p. 703.

**) Ibid. Vol. XXVI. p. 329 ſequ.

ſione in puris et ſanguinis ſputum inciderunt et macie iam confici coeperunt, decoctum dilutum corticis peruuiani vel cum vel ſine lacte curationem abſoluit. Vſus balſamicorum dubius: nihil fere vlceribus mundandis claudendisque aut corruptioni cohibendae et praepediendae aptius valentiusque putandum, quam camphoram liberali manu diuque interne datam. Lichen iſlandicus et elixirium vitrioli anglicum, quo iure celebrentur, definire non audet, ſed tempori atque iteratae experientiae iudicium committit, enarratis interim experimentis cum vtroque remedio ab aliis factis. Ad facilitandam expectorationem dulcamarae decoctum. In phthiſi a ſcabioſa, herpetica, aut alia eiuſmodi labe antimonium crudum reliquis omnibus praeſtare. Phthiſis venerea, vbi iam vlcus pulmonum adeſt, mercurium quocumque modo adhibitum vix ſine noxa fert: tutior vſus decoctorum, ex quibus principem fere locum tenet decoctum SEPTALAE, cuius etiam formula hic exhibetur.

p. 126. Cap. IV. *de pulmonum pectorisque inflammationibus, atque aliis affinibus aut ſuccedentibus morbis.* Peripneumoniam et pleuritidem nec ſedis diuerſitate, nec natura, ſed ſymptomatum tantum ratione differre. Pleuritis notha dicitur Auctori noſtro ea inflammatio, quae latus ipſum occupat, muſculos inprimis intercoſtales eorumque inuolucra, neque multum intereſſe, an ſimul pleura ipſa, quod probabile ſit, et interdum accidat, afficiatur: differre a vera, dolore tactu preſſuque ingraueſcente, decubitu in latus affectum denegato, exterioribus interdum tumentibus, calentibus, non raro aliquantum rubentibus, febri et ſpirandi difficultate minoribus, neque pulſu adeo duro et ferrato, tuſſi vel nulla vel exigua et ſicca, niſi concurrat pulmonum labes. In quibuſdam peripneumoniae malignae et gangraenoſae conſti-

conſtitutionibus ſanguinem non reſolutum, ſed cruſta phlogiſtica denſiſſima tectum conſpexit, fortaſſe quia venenatum miaſma nondum ſanguinis texturam coruperat. Exemplum empyematis, pure poſt tumorem inflammatorium in pleuritide ex liene per eroſum diaphragma in ſiniſtrum pectoris cauum tranſgreſſo. Vomicae tertio demum a morbi principio menſe ruptae cum felici exitu. Morbus iſte poſt pleuritidem notham, qualem b. Auctor aſſumit, ſuperſtes, a Cl. ZEVIANI in opuſculo de eo 1766. edito *parapleuritis* dictus, incipientem phthiſin, in quam tamen denique abit, mentiens, a qua abſentia ſudoris matutini, pulſu ſubduro, ſanguinis inflammatoria diatheſi potiſſimum differt, iiſdem, quibus pleuritis, remediis indigens, et forte eadem phthiſeos incipientis ſpecies, quam iuxta celeberrimos auctores expugnant paruae, ſed repetitae, ſanguinis miſſiones.

Cap. V. *de hydrope pectoris, pericardii, et pulmonum.* Praemiſſis generalibus de hydrope, ſequitur egregia compilatio de variis horum morborum ſedibus et ſignis diagnoſticis. Remedia aduerſus hydropem quemcumque. Diureticorum vſui, quo hydrops anaſarca ſublatus fuit, non raro paullo poſt peripneumoniam ſuccedere, quae hominem cito enecet. Scarifatione ad modum Cl. FOTHERGILL *) multo ante, quam ille eam proponeret, vſus eſt b. Auctor. Sibi non perſpectum eſſe, an punctio pericardii, a RIOLANO et SENACO propoſita, vmquam tentata ſit, et quo ſucceſſu; optandum tamen, vt prius in cadaueribus eius periculum fieret. p. 197.

Cap. VI. *de difficili reſpiratione, et ſpeciatim de aſthmate.* Tumor ad aortae exortum oui columbini magnitudine, totam cauitatem occupans, pure plenus, p. 237.

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 396.

nus, aſthmatis diuturni, tandem intra paucos dies lethalis, cauſſa. Pauca quaedam de ope ſuſpenſis et merſis ferenda.

p. 257. Cap. VII. *de animi deliquio, ſiue de lipothymia et ſyncope.*

p. 266. Cap. VIII. *de aſphyxia, duobusque ei proximis pulſuum vitiis* (debilitate et intermiſſione). De aſphyxiae, praeſertim diuturnioris, cauſſis: an, motu cordis et ſanguinis vtcumque perſeuerante, ſola arteriarum ſyſtole neruorum ad eas ſpectantium vitio conquieſcat? Pulſus intermittens, tamquam breuiſſima aſphyxia conſiderandus.

p. 279. Cap. IX. *de cordis palpitatione.*

p. 296. Cap. X. *de cordis aortaeque polypo.* GALENVM morbum hunc forte coniectura aſſequutum eſſe leuium arteriarum obſtructionis nomine. COMITIS FIRMIANI ſectio ab Editore ex b. Auctoris diario adducta: pericardium pinguedine plurima obuolutum et compreſſum, cor paruum et flaccidum, auriculae paruae, ſiniſtri ventriculi parietes tenuiſſimi ac fere cartilaginei, dextri minus extenuati et valde flaccidi, intra cuius cauitatem polypus ramis duobus in venam cauam et arteriam pulmonalem continuatus, exterius grumoſus et nigricans, interius albus, fibroſus, tenax. Polypos non omnes mortis demum tempore, ſed viuo etiam corpore gigni. Exſtat inter minora b. Auctoris opuſcula de hoc argumento diſſertatio, qua vſus eſt VINC. NEGRI *).

p. 322. Cap. XI. *de aneuryſmatibus et varicibus praecordiorum.* Aneuryſmatis ex anguſtia aortae exemplum in puella ſedecim annorum, a prima aetate multis incommodis vexatae, ſymptomatibus ſub menſtruorum fluxu auctis, venae ſectione et purgantium vſu increſcentibus, tandem ſyncope ſuperueniente mortua. Animi pathematibus ſubitis et vehementibus aneu-

*) Theſes de polypis praecordiorum, Ticini 1776. 4.

aneuryſmata, diuturnis et grauibus plerumque vitia varicoſa lenta produci. Difficultates in diagnoſi.

Partis alterae caput I. *de dyſphagia.* Generaliori ſenſu ſumitur, nulla doloris durationisque habita ratione. Exemplum a conglomeratis in oeſophago lumbricis in puella, febre gaſtrica verminoſa laborante, glomere hoc ſuffocata. Aliud, a Cl. GIANELLA cum b. Auctore communicatum, in ſexagenario a prima iuuentute iam affecto, ex ſuperiori oeſophagi parte conſtricta et ſacco infundibuliformi inter eam et vertebras colli, fine caeco, longitudinis ſex vel ſeptem digitorum, qui aſſumta per oeſophagum deferenda ſuſceperat, donec vi ſpaſmi excitati rurſus retropellerentur. Auxilium, quod Cl. TODE *) in dyſphagia ſpaſtica ab infuſo quaſſiae percepit, non adeo a peculiari huius virtute, quam potius a copia aquei tepentisque potus, ſalium vim irritantem eneruante ac diluente, fibrarumque tonum relaxante, deriuandum eſſe. P. II. p. 3.

Cap. II. *de aucto ciborum deſiderio et faſtidio praeter naturam.* p. 26.

Cap. III. *de laeſa alimentorum coctione.* Exempla duo huius morbi in hypochondriacum, et deinde in verum ſcorbutum, non putridum, ſed acidum frigidumque, tranſeuntis, ac demum, fruſtra datis omnibus, lenta macie terminati; alteruter horum aegrorum carnem nullam, niſi ex auibus exteris ad alcaleſcentiam pronioribus, aſſumere poterat. p. 40.

Cap. IV. *de nauſea et vomitu.* Simul de cholera et ſingultu. In fine additamentum de hernia ventriculi. p. 47.

Cap. V. *de alui fluxibus ſiue alui profluuiis.* Lienteriae cauſſa proxima aucta ventriculi et inteſtinorum irritabilitas, cui tamen nonnunquam iungitur ventri- p. 57.

*) vid. Comm. noſtr. Vol. XXI. p. 242. conf. MVRRAY appar. med. Vol. III. p. 449.

culi languor ſuccorumque digerentium inertia. De reliquo ampla quidem ex auctoribus compilatio, nec tamen ea perfecta adeo, vt ipſe b. Auctor autographo adſcripſerit, hic multa deſiderari, quae vero poſtea addere non potuit.

p. 82. Cap. VI. *de ſtomachi dolore ſiue gaſtrodynia, et gaſtritide.* Cardialgia cum Cl. DE SAUVAGES dicitur quicumque dolor ventriculi, ſi magnus acerque ſit, ideoque corde in conſenſum vocato lipothymias inferat. Leuior gradus gaſtrodynia, vel, ſi ardoris moleſti ſpeciem referat, ardor ventriculi, ſeu ſoda. A gravi cardialgia feliciter et illico ſe liberatum meminit b. Auctor quinque vnciis olei amygdalarum dulcium vno hauſtu ſumtis, fruſtra ante adhibitis internis et externis remediis.

p. 91. Cap. VII. *de doloribus inteſtinorum aliarumque abdominis partium.* Nihil magis frequentiusque coli ſedem ſubuertere illudque verſus medium abdominis propellere, quam conſtrictionem per thoraces. De rhachialgia, ex b. LVDWIGII tractatu *). Sic etiam de diuerſis aliis colicae ſpeciebus, inprimis de colica pictonum, potiſſimum ex Cl. STRACK **). Epilepſia et paralyſis, ei ſuperueniens, magis a metaſtaſi, quam a conſenſu neruorum pendere videtur ***). Venae ſectionis in colica bilioſa vſum interdum ſumme proficuum eſſe, ex obſeruatione Cl. DALLARMII.

p. 138. Cap. VIII. *de aluo adſtricta ac ileo.*

p. 154. Cap. IX. *de haemorrhoidum vitiis.*

p. 162. Cap. X. *de vermibus inteſtinorum.* Mercurio vim anthelminthicam denegauit b. Auctor iam in peculiari opu-

*) Aduerſ. med. pract. Vol. I. p. 711 ſeqq. vid. Comm. noſtr. Vol. XVII. p. 514 ſeqq.

**) vid. Comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 674.

***) vid. CHRIST. MART. KOCH de morbis burſarum tendinum mucoſarum, p. 31. Lipſ. 1790. 4.

opuſculo *), et poſtea idem de aethiope minerali et vnguento mercuriali experimentis inter inedita eius ſcripta exſtantibus confirmatum vidit. Specificum Cl. RENAUD **) aduerſus taeniam, ex clyſmate ſaponato veſperi, et poſtea per quinque dies mane ieiuno ſtomacho drachma filicis maris ex cyatho aquae portulacae, adiungendis poſtea pulueri huic aequalibus partibus aquilae albae, radicis ialappae et rhei, cum melle in bolos formandis; potu quotidiano decocto radicis mori. Tartari emetici ſolutionem, per partes exhibitam, ad taeniam videri accommodatiſſimam, ex propria obſeruatione.

Cap. XI. *de tympanite.* p. 180.

Cap. XII. *de obſtructionibus et tumoribus viſcerum abdominis.* Sedem illarum non in vaſis, ſed contextu celluloſo mutato conſiſtere (Kaempfiana doctrina nullibi vſum fuiſſe b. Auctorem videmus). Pauca ex aduerſariis Auctoris addidit Editor de paracenteſi abdominis, in qua aquas vna vice educendas praecipit. p. 188.

Cap. XIII. *de morbo regio et calculis felleis.* Calculorum horum ſigna quam maxime dubia. Concretiones bilioſas diuturno ſolo vſu vegetabilium aperientium et emollientium, ipſumque morbi reditum, feliciſſime ſublata vidit b. Auctor. p. 202.

Cap. XIV. *de hepatis, lienis, pancreatis, omenti, meſenteriique inflammationibus.* p. 226.

Cap. XV. *de nephralgia ſiue dolore nephritico, et de calculis vrinariis.* Morbus ipſi b. Auctori exitialis ab Editore narratur: poſt diuturna ſymptomata calculoſis ſollemnia nullus tamen calculus ſectione inuentus eſt, praeter lapideam concretionem capſula cartila- p. 237.

*) De anthelminthica argenti viui facultate, Fauentiae. 1753. 4.

**) Hiſtoire de la Societé Royale de Medecine, Année 1776. p. 279. A Paris. 1779. 4.

tilaginea nucis auellanae magnitudine incluſam, in contextu celluloſo ſcroti infixam; abſceſſus ingens in veſica vrinaria, et alius in rene dextro ſolito maiore, vterque multo pure plenus; veſicae collum interius calloſum; in partibus annexis hinc inde parui ſcirrhi.

p. 248. Cap. XVI. *de mictu cruento et haemorrhagia penis.*

p. 255. Cap. XVII. *de diabete.* Peripneumoniae diabeti ſuperuenientis exemplum cum ſputo ſanguinis vno vel altero ante mortem die. Diabetes ſpurius in ſene vegeto, nondum ab hemiplegia penitus ſanato, vrina quotidie ad vncias centum et ſexaginta aut ſeptuaginta emiſſa, quum potulenta vix tertiam huius ponderis partem attingerent, poſt duos menſes incaſſum adhibitis remediis, a b. Auctore venaeſectione in pede et purgantibus ex rheo et tamarindis, poſteaque lacte cum tinctura chinae intra menſem ſublatus. In alio ſanguis ſaepius accedente febri et ſpirandi difficultate fere peripneumonica, miſſus eſt, isque cruſtam inflammatoriam monſtrauit.

p. 262. Cap. XVIII. *de vrinae incontinentia eiusque ſuppreſſione.* Iſchuria veſicali curata, poſt quindecim dies ſuppuratio orta eſt, et pure emiſſo vrina libera reddita; cauſſa a tuberculo in collo veſicae genito repetenda viſa.

IV.

Syſtematiſches Handbuch der geſammten Chemie, zum Gebrauch ſeiner Vorleſungen entworfen von FRIEDRICH ALBRECHT CARL GREN, *der Arzneygelahrheit und Weltweisheit Doctor, und ordentl. öffentl. Lehrer zu Halle. IIten Theiles IIter Band, nebſt Regiſter über beyde Theile. Halle, im Verlag der Waiſenhaus-Buchhandlung.* 1790. *gr.* 8. *pag.* 856. *und* 2. *Bog. Tabellen.*

h. e.

h. e.

Compendium vniuerſae chemiae ſyſtematicum in vſum praelectionum ſuarum edidit F. A. C. GREN, Phil. et Medic. Doct. Prof. Publ. Ord. Halenſis. P. IIdae Vol. IIdum, cum Indice in vniuerſum opus. Halae 1790. 8 mai.

Quo magis eo, quo alterum huius libri egregii volumen *) legeremus, tempore id optauimus, vt mox totum hoc abſolueretur opus, eo alacriores iam ad vltimam hanc partem, quae finem huic enchiridio imponit, lectoribus indicandam accedimus. Duo vero reſtant adhuc capita de bituminibus, et de metallis.

Sectio octaua quidem *bitumina et alia corpora* p. 1.
mineralia, quae flammam capiunt, tractat. Bitumina ea corpora appellat mineralia, quae ſe incendi patiuntur, atque ſub deſtillationem fluidum oleoſum offerunt. In recenſendis iisdem Auct. Cl. ſecutus eſt WERNERVM, qui in hanc claſſem naphtham, petroleum, aſphaltum, lithanthraces, ſpiſſaxylon, ſuccinum, lapidem melleum retulit. Noſter vero ſub finem ambram, adamantem et plumbaginem (vtpote loco maxime congruo hic) ſubiunxit. Ideo enim, quod ex hisce corporibus, quorum oriendi ratio nondum diligenter ſatis detecta atque explicata eſt, oleum extricatur, ipſorum origo a corporibus organiſatis deducenda eſt. Accedit, quod examina chemica admodum ſint manca.

Naphtham natiuam GR. Cl. oleum ſubtilius em- p. 4.
pyreumaticum aliorum bituminum habet, quod calore ſubterraneo fuerit productum. Analogia inprimis cum oleis rectificatis lithanthracum, aſphalti et ſuccini hoc aſſertum comprobare videtur. Conſti-

*) Comment. noſtr. Vol. XXXII. pag. 128–151.

tuitur vero phlogiſto, aqua, aëre fixo et acido, quod haud dubie naturam acidi vegetabilis elementaris ſiue acetoſi tenet.

p. 5. *Petroleum* iisdem, quibus naphtha, efficitur partibus; maiori ſolummodo acidi quantitate differt, vt eandem cum naphtha habeat originem, vel oleum empyreumaticum aliorum bituminum maiori caloris vi euolutum conſtituat.

p. 7. *Aſphaltum*, a quo *cedria terreſtris* ſola mollitie, et *gagates* duritie differunt, phlogiſton, aërem fixum, et acidum, cuius natura nondum ſatis definita eſt, partes alit neceſſarias.

p. 11. Modi *lithanthraces* in carbones commutandi enarrantur duo, vel in furnis hoc conſilio exſtructis, vel more ligni. Conſtituuntur phlogiſto, acido aëreo, alcali volatili, acido, terra argillacea, ferro, quarum quidem partium inter ſe relatio nondum accurate ſatis definita eſt. Incongrue ipſis ſeuum vel reſinam ineſſe nonnulli aſſeruerunt. Alcali volatile animalibus tribuendum eſſe videtur particulis, quae illis inhaerent.

p. 13. *Ligna*, *terrae*, *radices* plantarum paludoſarum ſaepe bitumine imbuuntur et corpora conſtituunt bituminoſa, quae ſi bitumen ſpectes nihil a bituminibus differunt.

p. 14. *Succinum* eiusque praeparata. Sal ſuccini Auct.
p. 21. noſtro acidum ſui generis efficere mediusque ipſi inter vegetabilia atque mineralia acida locus aſſignandus eſſe videtur. Baſin habet acidum vegetabile. Salia neutra et media quae conſtituit, enumerantur,
p. 34. horumque ad alia acida rationes. Varii modi, quibus hocce ſal deprauari ſolet, per acidum tartareum, ſaccharinum, ſal ammoniacum, alcali volatile, ſal commune, acidum vitriolicum, ſaccharum, exponuntur, viaeque, has fallacias detegendi ingenue monſtrantur. Color olei ſuccini pro diuerſa rectificatione admodum variat.

Cum

Cum *lapis melleus* hucvſque nondum chemico examine accurate fixerit tractatus, eiusdem natura tenebris adhuc obuoluta eſt. p. 36.

Similiter quoque quominus *Ambrae* indoles atque ortus diligentius inquiri potuerit, et raritas et deprauatio eiusdem obfuerunt. Auct. Cl. animalem ipſi tribuit ortum, ſententiamque argumentis munire ſtuduit. Acidum quidem, quod ex ipſa elicuerunt, huic non aduerſatur. p. 38.

Adamas natura ſua mirum in modum a reliquis lapidum terrarumque generibus diſcrepat. Nullum prorſus menſtruum vim in illam exſerit. BVRNAE hypotheſis, adamantem forte terra ſilicea et acido fluorato conſtitui, non ſtatim reiicienda eſſe videtur. p. 46.

E *plumbagine* phlogiſton et acidum aëreum, vt partes conſtituentes, extricarunt. Iure vero, cum hae partes maſſam igni ita fortiter reſiſtentem vix formare poſſint, de acidi cuiusdam Auct. concludit praeſentia, quod examinibus ſe hucuſque ſubtraxerit, eoque ipſo effecerit, ne plumbaginis naturam diligentius rimari potuerint. p. 51.

Nona, eaque vltima ſectio agit de *metallis*, tum in vniuerſum, tum de ſingulis. *Virtutes* metallorum in ſenſus incurrentes, vt denſitas, ſiue grauitas ſpecifica, opacitas, ſplendor proprius, tenacitas, ductilitas, fuſio plane ſingularis, aliaeque diligenter exponuntur. p. 52.

Diuiſio metallorum in metalla et ſemimetalla eo praecipue nomine, quod limites inter vtrumque genus non accurate finiri poſſint, Auct noſtro improbatur. p. 56.

Miſtiones metallicae, harumque pro diuerſa metallorum natura varietates. p. 60.

Ferruminationes, earumque formae. p. 62.

De *calcibus*, *vitris*que metallicis, quae tum fuſione, tum detonatione e metallis ignobilioribus obtinemus. p. 63.

Metallorum reductio. Grauitatem calcium metallicarum ſpecificam, expoſitis antea, quae ſub calcinatione et reductione eueniunt phaenome- p. 72.

nis, Auct. Cl. ex theoria sua, qua in prioribus saepius fultus est, per leuitatem phlogisti, quod sub calcina-
p. 81. tione abiit, explicare studuit. Subiunxit quoque reliquas, quas alii excogitarunt, hypotheses. Omnes alienum quoddam corpus accedere quidem statuunt, in natura vero eiusdem finienda ita differunt, vt alii ad particulas igneas, alii ad principium aëriforme, alii ad principium aëris purissimi, alii ad aquam, BERALDVS denique ad particulas terrestres salinas vel
p. 91. sulphureas in aëre circumuolitantes confugiant. Calces metallorum nobiliorum, in igne fusorio nullo alio corpore adiecto reduci per phlogiston, quod hac via formetur, simili ratione explicat. Principium enim caloris cum principio lucis propter insignem affinitatem hic copulari, atque phlogiston hoc modo constitui asserit.

p. 92. *Menstrua* metallorum efficiunt acida, quorum soluendi vis pro varia, qua in phlogiston trahuntur affinitate, metallorumque indole, insigniter differt. Euoluuntur sub solutione aër et hepaticus, et in-
p. 96. flammabilis et nitrosus. Inflammabilis quidem a reliquis inflammabilium aërum generibus, quae ex organicis corporibus extricantur, admodum differt, vt nomine aëris inflammabilis metallici iure insigniatur. Neque enim purum euoluitur phlogiston, sed parti-
p. 100. culis acidi adhibiti inquinatum est. Acida, quibus metalla soluta fuerunt, salium metallicorum induunt naturam, quae ipsa pro diuersa basi metallica, insignem admittunt differentiam.

p. 101. Ortus *praecipitatorum metallicorum* modo e sim-
p. 104. plici, modo duplici affinitate explicandus est, multis-
p. 109. que illustratur exemplis. Ex eo, quod in metallo praecipitato et praecipitante phlogiston rationem diuersam tenet, BERGMANVS relatiuam phlogisti in acidis quantitatem definire studuit, eiusque tentamina digna sunt, quae vlterius inquirantur. KIRWA-

NI

ni vero phlogiſti ſpecifici definitionibus, quippe quae infirmis nituntur principiis, Auct. nihil tribuit. Ipſa vero haec praecipitatio non ſolum a maiori acidi in calcem metalli praecipitantis niſu, ſed a maiori quoque calcis metallicae ad phlogiſton affinitate, quin ab vtraque cauſſa repetenda eſt.

Ratio metallorum *ad alia corpora*, atque inprimis ea, quorum in prioribus mentio iam facta eſt. p. 112.

Metalla *conſtituuntur* phlogiſto et calce. Hae quidem calces, cum nulli hucuſque easdem permutare contigerit, natura ſua ita differunt, vt quisque ad ſummum gradum dephlogiſticatus, principium formet elementare, neque tale elementum, quale nonnulli habuerunt, terra metallica omnibus metallis communis, aſſumendum erit. Optime igitur exinde quaeſtio: num metalla in alia permutari poſſint, vel e corporibus, non metallicis, metallum produci poſſit, diiudicanda eſt. p. 118.

Subſectio II. *De ſingulis metallis*, eorumque tum cum corporibus hucuſque expoſitis, tum inter ſe copulatione. p. 122.

Virtutes *auri* diligentius enarrantur. Fuerunt, qui per vitrum cauſticum, calorem et tubum ferruminatorium mediante aëre dephlogiſticato ſe aurum ex parte volatile reddidiſſe, aſſiererent. — Relatio auri ad acida. Aquam regiam ſolummodo vi menſtrua gaudere ſtatuunt, idem vero acidum ſalinum dephlogiſticatum, quippe quod acido regalino inhaeret, praeſtat. Videtur enim acidum ſalinum calcem auri, nitroſum vero phlogiſton excipere, quocum aërem format nitroſum. Acidum ſalinum dephlogiſticatum arripit phlogiſton, iamque phlogiſticatum abit in guttas, calcemque auri ſoluit. Idem quoque aqua acido ſalino dephlogiſticato imbuta praeſtat. Ex hiſce ſolutionibus per praecipitationem aurum fulminans prodit, ad quod vero conſtituendum p. 122. p. 125.

dum alcali volatile ſimul requiritur. Non prius enim hocce alcali calcem auri, in quam magna trahitur affinitate, linquit, donec in aëris formam per conuenientem caloris gradum fuerit mutatum, aëremque vrinoſum inflammabilem effecerit, qui ſub acceſſum aëris atmoſphaerici fulminandi vim exſerit.

p. 136. — Calx auri mediante alcali fixo praecipitata omnibus denuo ſoluitur acidis, quibuscum ſalia metallica conſtituit, quorum natura atque indoles maximam

p. 139. partem adhuc latet. — Aliorum corporum vt alcalium, principii vegetabilis adſtringentis, lixiuii ſanguinis, oleorum variorum, ſalium mediorum et neutrorum, ſulphuris, hepatis ſulphuris, ad aurum relatio.

p. 140. *Platinae* breui hiſtoria, virtutibusque primum expoſitis, acidorum in eandem effectus enarrantur. Acidum ſalinum dephlogiſticatum maxima vi menſtrua gaudet, vt ideo aqua regia ex aequali acidi ſalini et nitroſi portione parata optime ipſam excipiat. Ex hac ſolutione per alcalia calx praeceps datur, cuius virtutes et rationes hic diligentius enarrantur. Pleraque quae ad naturam huius metalli explicandam faciunt, ex obſeruationibus MARGGRAFII, MACQVERI, BEAUMEI, BERGMANI, COMITIS DE SI-

p. 149. CKINGEN, repetuntur. — Variorum corporum ad platinam ratio. Fuerunt, qui platinam impuram, acido regalino ſolutam ab aethere exceptam fuiſſe aſſererent; Auct. vero hocce ipſum experimentum cum platina ab omni ferreo inquinamento accuratiſſime depurata inſtituendum eſſe ſuadet, cum forte ſolum ferrum ab aethere fuerit ſuſceptum. —

p. 151. Auri vis in platinam.

p. 154. *Argenti* virtutes tum phyſicae, tum chemicae

p. 156. proponuntur. — Inter acida praecipuam vim nitroſum exſerit. Vis cauſtica argenti nitrati ab efficacia, qua calx argenti phlogiſton acidi nitroſi attrahit,

repe-

repetenda eſt; ideoque illa eo vehementior eſt, quo auidius phlogiſton arripit, vt, ſi aqua cryſtalliſationis fuerit abacta. Cum acido ſalino luna formatur cornea, quae qua naturam atque reductionem in metalli formam deſcribitur. Alia vero ſalia metallica, quorum baſis argentum efficit, vt argentum fluoratum, boracinum, phoſphoratum, tartariſatum, benzoinum, vlterioribus adhuc examinibus exploranda ſunt. — De aliorum corporum in argentum efficacia, atque inprimis de auri et platinae effectibus diſſeritur, vbi tres illi modi aurum ab argento ſeiungendi, quartatio, caementatio, fuſio, eorumque vſus docetur. p. 168. p. 170. p. 173.

Affectiones *Mercurii*, depuratio; aethiops per ſe; mercurius praecipitatus ruber. Quae ſub praeparatione mercurii per ſe praecipitati, eiusque reſtitutione ſine vllo additamento eueniunt phaenomena, ad ſuam de phlogiſto, calcinatione et aëris fixi geneſi ſententiam muniendam Auct. Cl. pluribus expoſuit. Geneſin enim mercurii per ſe praecipitati veram habet calcinationem. Medius inter metalla nobiliora et ignobiliora locus hydrargyro noſtro, ſi eiusdem attenderis calcinationem, aſſignandus eſſe videtur. Caloris enim et aëris reſpirabilis ope, quemadmodum metalla ignobiliora, calcinatur, phlogiſtoque orbatur, calx vero eiusdem ſine vlla corporum inflammabilium ope, ſi aër arcetur, in morem nobiliorum metallorum reducitur. — De vi acidorum in mercurium, et praeparatis illis multis, quae hoc modo parantur. Spiritum vini mercurium nitratum vel prorſus non, vel copia vix finienda excipere ſuis intellexit tentaminibus, atque hac in re cum MACQVERO atque WENZELIO conſentit. Mercurium rite dulcificatum hac via Auct. Cl. parare ſuadet, vt mercurius ſublimatione prima paratus in crucibulo multa aqua deſtillata digeratur, cuius librae vni, quo melius mercurius ſublimatus corroſiuus ſoluatur, ſalis p. 182. p. 189. p. 195. p. 196. p. 203. p. 224.

ammo-

ammoniaci drachmae duae adduntur, maſſa tum
p. 227. edulcoretur. Variis de cauſſis formulam SCHEELII
p. 232. admodum commendat. Vanam eſſe virtutem illam, quam nonnulli pulueri Conſtantini, quod vi argentum in aurum commutandi gaudeat, tribuerunt, ſuis experimentis confirmat, in eoque LEONHARDO at-
p. 234. que WIEGLEBIO aſſentitur. Effectus illos, quos acidum formicarum ſecundum MARGGRAFII aſſerta in mercurium praecipitatum rubrum eo exſerit, quod eum in viuum reducat, GR. Cl. a phlogiſto et principio oleoſo, quod huic acido inhaeret, deducere ſuadet.
p. 238. — Varia mercurii ad alia corpora atque metalla re-
243. latio. BEAVMEI aſſerta, mercurium minori auri co-
p. 245. piae iunctum ſolius ignis ope eam prodere virtutem, vt aurum cum mercurio in calcem abigat, vlteriori-
p. 249. bus examinibus comprobanda ſunt. Mercurium argentum in acidis ſolutum praecipitare admodum veriſimile eſt. Quod enim quidam ſtatuerunt, mercurium ſublimatum corroſiuum per argentum vivum via humida praecipitem reddi, vlteriori probandum eſt examine, inprimisque ad id attendendum, num acidum mercurii ſublimati liberum hic ſolummodo agat, vt ideo per lunam corneam ſimile quoque praecipitatum album prodiret.
p. 251. *Plumbi* affectiones, virtutes, eiusque calces enar-
p. 255. rantur. Color minii rubicundus Auct. Cl. non ab aëre dephlogiſticato, vt plerique opinantur, ſed a iuſta humoris aquoſi copia, quae in plumbi calce re-
p. 258. manet, explicandus eſſe videtur. — Variorum acido-
p. 266. rum in plumbum effectus. Ceruſſam BERGMANVS plumbum habet aëratum; Auct. vero noſter acidum aëreum ab acido acetoſo repetit, quod vel componitur, vel per calcem plumbi ad ſummum gradum
p. 274. dephlogiſticatur. — Copulatio plumbi cum aliis cor-
p. 276. poribus. Quae SCHEELIVS aſſeruit: ſolutionem ſalis communis aquoſam lithargyrio decomponi, vt

alcali

alcali liberum euadat, tum aliorum, tum Auct. noſtri tentaminibus non comprobatum fuit. Olea aethe- p. 279.
rea ſub digeſtione calces plumbeas, quamuis exigue, ſoluunt. Mutationes vero, quas oleum in ſua miſtione ſubit, diligentius vt examinentur, operae pretium eſt. — Metallorum in plumbum effectus. p. 281.
Virtutes *Biſmuthi*, acidorumque in ipſum actio. p. 285.
Qui ſub ſolutione biſmuthi in acido nitroſo fun- p. 287.
dum petit puluis ſubniger e BEAUMEI mente ſulphur, vel potius biſmuthum ſulphuratum conſtituit.
Vtrum acidum, ſalinumne, an nitroſum maiori in p. 291.
biſmuthum trahatur affinitate, nondum experimentis demonſtratum eſt. Fortiſſime vero phoſphori- p. 292.
num in calcem agit. — Spiritus vini, aetheris, et p. 296.
oleorum aethereorum in noſtrum metallum efficacia nondum firmis demonſtrata eſt experimentis.
Niccolum recentioribus temporibus diligentius p. 300.
quidem examinatum fuit, plura tamen, in quibus diligentia chemicorum verſari poſſit, relicta ſunt. Affectiones atque ad acida relationes hic exponuntur. Horum inprimis vis, affinitatisque gradus nondum exacte ſunt definiti. — Efficacia aliorum corporum p. 305.
atque metallorum. Tentamina, quibus CRONSTED- p. 308.
TIVS atque BERGMANVS regulum niccoli purum parare tentarunt, diligenter enarrantur. Vim vero magneti obſequendi GR. noſter eſſentialem forte habet niccoli virtutem, quae huic metallo cum ferro communis ſit.
Affectiones *Cupri*, eiusdemque fuſio. Calx cupri p. 311.
virideſcens, quam viride aeris vulgo quoque appel- p. 314.
lare ſolent, qua cuprum aëri expoſitum obducitur, non ab acido aëreo, quod quidem huic calci ſemper inhaeret, effici videtur. Non aeque magna enim calcis quantitate diuerſa cupri genera induuntur. — Acidorum minus vſitatorum ad cuprum affinitates multis adhuc obteguntur tenebris. Ad calcem cu- p. 321.
pri

pri maxima acidum ſaccharinum gaudet affinitate.
p. 323. Viride aeris non perfectum cuprum acetatum conſtituit, ſed calcem cupri, cum quadam acidi acetoſi,
p. 327. aërei et aquae parte copulatum. Paradoxon quodammodo noſtro videtur Auctori illud phaenomenon, quod ſucci plantarum acidulati calore ebullientis aquae difficilius cuprum aggrediantur, refrigerati
p. 329. vero ſtatim hanc vim exſerant. — De aliorum corp. 335. porum, atque metallorum in cuprum actionibus. Praecipue hic de operibus metallurgicis, coniunctione cupri cum auro atque argento, eiusque ſeparatione agitur.

p. 367. *Regulus Arſenici* praecipuis quibusdam virtutibus ab aliis metallis facile dignoſcitur. Arſenicum album, calx arſenici, volatilitate ſua, et quod aqua et ſpiritu vini facile ſoluatur, ab aliis calcibus diſcrepat.
p. 373. — Coniunctio reguli arſenici cum acidis, quibuscum propter naturam ſuam acidam, non quemadmodum reliqua metalla, ſalia media conſtituit, ſed miſcelam duorum acidorum format. Difficilius igitur fuerit ordinem, quo varia acida in ipſum aquant, exacte
p. 380. finire. — Relatio ad alia corpora. Sedimentum al-
p. 382. bum, quod per lixiuium ſanguinis e ſolutione arſenici regalina praeceps redditur, ex Auct. ſententia arſenicum refert phoſphoratum, quod, eo etiam conſilio, vt partes lixiuium ſanguinis conficientes, certius finiantur, vlteriori examine tractetur, dignum
p. 384. foret. Nitrum praecipue fortiter admodum in arſenicum agit, efficitque vt phlogiſto iam orbatum, naturam acidi egregie prae ſe ferat. Inprimis MACQVERI ſtudiis in hoc capite multum debemus.
p. 390. Cauſſam, cur arſenicum flauum ex BVCQVETI obſervationibus per fuſionem rubrum induat colorem, Auct. Cl. exinde repetit, quod arſenicum album ex
p. 392. parte per calorem abigitur. — Singulari quoque arſenicum, qua coniunctionem cum aliis metallis, gaudet

det virtutibus; calx enim eiusdem propter ſummam, qua in phlogiſton trahitur, affinitatem, facillime cum aliorum metallorum regulis connubium init. — Omnem *acidi arſenicalis* cognitionem ſtudio SCHEELII debemus. Hoc ipſum ſi igne fortiore in crucibulo obtecto fuerit tractatum, efferueſcit, abit in arſenicum album et auolat. SCHEELIVS exinde materiam caloris phlogiſton continere argumentatur, GR. vero noſter hocce phaenomenon per vim explicat, qua acidum arſenici ad phlogiſton fertur, per quam ſub incandeſcentia e materia caloris et lucis phlogiſton rurſus conſtituit atque vaſis clauſis phlogiſticatur. — Salia neutra et media, horumque ad reliqua acida relatio. — Vis in metalla. p. 403. p. 407. p. 415.

Propter inſignes, quae *Ferrum* admittit, varietates, ſingularum affectiones, virtutes, vt cuſi crudi, chalybis, diligentius ſunt expoſitae. Chalybs quidem medium quaſi locum tenet inter ferrum cuſum et crudum; modus ipſam parandi multis deſcribitur. Cum ex illis ferri mineris, quibus magneſii aliquid admiſtum eſt, chalybs facilius parari poſſit; quaeſtio hic mouetur, numne per magneſii additamentum ferrum ad chalybem parandum aptius reddi poſſit. Quae cauſſa ſit differentiae illius, quae inter ferrum crudum cuſum et chalybem obtinet, nondum ita explicata eſt, ne dubitationi locus ſuperſit. Variae enim fuerunt chemicorum pro diuerſis temporibus atque diſciplinae amplitudine ſententiae. Auct. Cl. aſſentitur RINMANO, qui cauſſam diuerſitatis in diuerſa phlogiſti quantitate, quae calci ferri inhaereat, ponit, atque plurima phaenomena ſecundum has regulas egregie explicat. Si phlogiſti in ferro crudo imminuta fuerit copia, chalybs, ſimiliter ſi in cuſo aucta fuerit, eadem prodit. Alia, quae inter ferrum obtinet, differentia ea eſt, qua aliud calidum fragile, aliud frigidum fragile appellatur. Cauſſam huius diuerſi- p. 422. p. 436. p. 440. p. 447.

tatis plerique cum RINMANNO ab acido vitriolico, quod ipſi inhaeret, deducunt, huius vero cauſſam BERGMANVS atque MEYERVS peculiarem agnoverunt materiam, quam hydroſiderum vel ſiderum nominant, atque ſemimetallum ſtatuunt; re ipſa vero ferrum phoſphoratum conſtituit, vt MEYERVS
p. 452. et KLAPROTHVS poſtea probarunt. Ratio ferri ad aërem et aquam. Terra, quae baſin ferri conſtituit, naturae eſſe videtur ſalinae, quae communibus aquae aërisque effectibus eo redigitur, vt humiditatem, aër vero phlogiſton excipiat. Per aquam ferrum ex parte in calcem mutatur, euoluiturque aër inflammabilis. Quo tentamine LAVOISIERIVS per analyſin probare ſtuduit, aquam ex principio aëris inflammabilis et dephlogiſticati conſtitui. GR. vero hoc ipſum experimentum theoriae eiusdem adverſari ſatis docuit. Aër inflammabilis non partem aquae conſtituit, ſed aqua pars modo eſt aëris inflam-
p. 460. mabilis. — Ferrum cum acidis. Saccharinum ſum-
p. 475. ma prae omnibus gaudet affinitate. — Coniunctio
p. 478. cum aliis corporibus. In atramento conficiendo Auct. noſter, cum omne acidum liberum obſit, ab omni acido praeter vitriolum, vt aceto, alumine, nos
p. 488. abſtinere ſuadet. Ad flores ſalis ammoniaci martiales parandos, ſedecima iam ferri pars, quamquam plerumque maiorem copiam impendere ſolent, ſuf-
p. 492. ficit. — Coniunctio cum aliis metallis.
p. 504. Affectiones reguli et calcis *Cobalti* primum enarrantur, praecipue modus, quo in conficiendo ſmalto
p. 511. verſari ſolent. — Tum de relatione ad acida. In atra-
p. 514. mento ſympathetico HELLOTI cobaltum ſalitum per calorem ſeſe prodit, propter ſummam vero in aërem affinitatem, facillime humiditatem attrahit atque deliqueſcit. Natura plerorumque ſalium, quae e cobalto formantur, vt fluoratum, phoſphoratum, tartariſatum, ſuccinatum, nondum diligenter inueſtigata ſunt.

ſunt. — Ratio cobalti ad alia corpora atque metalla. p. 518.
Fuerunt, qui regulum cobalti non ſui generis metal- p. 520.
lum, ſed ex aliis conflatum haberent. Cui quidem ſententiae fauet, quod magnetem ſequatur, ferrum ſub quibusdam conditionibus caeruleo colore imbuat. Alia vero, eaque grauiora ſunt momenta, quae contrariam ſententiam ſuadeant.

Stanni virtutes, ad acida ratio, initio enarrantur. p. 525.
Menſtruum ſtanni fortiſſimum Auct. illam aquam 28.
regiam habet, quam ex aquae fortis puri duabus partibus et acidi ſalini communis ferro non inquinati vna parte parari iubet. Cum vero omnia eo redeant, ne ſtannum omni orbetur phlogiſto, variae adiectae ſunt cautelae. Praecipue in arte tinctoria hac ſtanni ſolutione vtuntur. Coccionella enim hac ſolutione eo viuidiorem colorem rubro-flaueſcentem induit, quo plus acidi nitroſi inhaeſerat, ſtannum vero acido ſalino ſolutum colorem carmini rubrum cum coccionella efficit. — Coniunctio cum p. 537.
aliis corporibus atque metallis. In explicanda pur- p. 542.
purae mineralis ortu atque natura Auct. noſter BERGMANO et LEONHARDIO aſſentitur. Spiritum LIBAVII p. 548.
fumantem iuſta ſub tractatione gas ſui generis euolvere, magna cum veri ſpecie Auct. ſtatuit. Vapores vero, quos emittit, exinde eſſe explicandos, quod aër atmoſphaericus plenaria dephlogiſticatione huius gas miſtionem decomponat. Tollitur igitur ſtatus aëriformis, acidum ſalis ſtanno imbutum forma vaporis praecipitatur, et materia caloris ligata ex parte libera redditur.

Zinci virtutes. Non temere in zinco acidum p. 564.
quoddam principium, forte phoſphoratum, vt DE LASSONE et WENZELIVS ſuſpicati ſunt, ſtatuitur.
— Summa acidum ſaccharinum praeter reliqua aci- p. 576.
da in calcem zinci gaudet affinitate. Multorum tamen acidorum virtus atque efficacia nondum dili-

p. 578. genter explicata eſt. — Ratio zinci ad alia corpora,
p. 581. vt alcalia, ſalia, ſpiritum vini, ſulphur. — Cum aliis metallis vt auro, platina, argento, hydrargyro, cupro, faciliora, difficiliora cum aliis, plumbo, wiſmutho, arſenico, ſtanno, connubia init.
p. 595. De *Antimonii* regulo, floribus, calce. Tinctura antimonii acris a tartariſata, qua vires medicas, prorſus non differt, ideoque formulae ipſam parandi iu-
p. 599. ſto longiores ſunt. — Reguli ad acida relatio, e qui-
p. 605. bus regulinum fortiſſime in ipſum agit. — Efficacia aliorum corporum. Cum ſulphure conſtituit antimonium crudum, cuius tractandi ratio, natura, atque
p. 609. praeparata vberius exponuntur. Praecepta ad vitrum antimoniale bonum ex antimonio crudo parandum, hic diligenter enarrantur; BERGMANI tamen via tutior cenſetur. Ex Auct. mente illud ipſum refert regulum antimonii non omni phlogiſto orbatum, cum ſulphuris adhuc particula inhaereat. In conficiendo tartaro emetico methodum BERGMANI ex puluere algarothi probat quidem, alteram tamen ex antimonii vitro non plane reiicit. Tartarum tartariſatum antimoniatum, qua naturam ſuam, ab emetico vulgari prorſus non differre, Auct. Cl. ex illius
p. 627. natura declarauit. Inter tincturas antimoniales praecipue illa, quam HERMBSTAEDTIVS nuper commendauit, reliquis praeferenda eſt. Tinctura THENARDII mera eſt terrae foliatae tartari in ſpiritu vini ſolutio. Regulus antimonii medicinalis a crudo,
p. 631. minori ſulphuris quantitate differt. — De connubio, quod tum regulus antimonialis, tum antimonium
p. 638. crudum cum aliis metallis ineunt; puluis algaroth calcem refert antimonii, quae phlogiſticata vi emetica adhuc gaudet. Mercurius per accidens modo huic puluri inhaeret tunc, quando butyrum antimonii mediante mercurio ſublimato corroſiuo paratum fuit.

Magne-

Magneſium, ſiue regulus magneſiae vitriariorum, quamuis ſui generis metallum vere habendum ſit, nondum tamen ab omni purgari potuit ferro. — Cauſſa egregie illius colorum mutationis, quae, ſi calcem magneſii cum boracis maiori vel minori quantitate modo propius, modo remotius a flamma fuderis. euenit, in auiditate magneſii phlogiſton attrahendi quaerenda eſt. Hoc ipſo quoque fundamento nititur vſus magneſii in arte vitriaria, et in aëre dephlogiſticato conficiendo. — Ex acidis acidum ſacchari ſumma in ipſum fertur affinitate, quod tum regulum magneſii, tum ipſum magneſium fortiter aggreditur. Hoc magneſio vitriariorum habet proprium, quod acidis eatenus ſoluatur, quatenus connubium cum phlogiſto inire poſſit, ſiue illud ipſi iam inſit, ſiue in acido lateat. — Ratio ad alia corpora. Cum nitro format chamaeleon minerale. — Coniunctio cum reliquis metallis. Deſcribitur praecipue modus ferrum a magneſia vitriariorum purgandi et magneſiam ab admiſto ferro puram reddendi. p. 647. p. 651. p. 656. p. 658.

Molybdaena, eiusque *acidum*. Illius habitus et affectiones, vbi tentamina SCHEELII, ILSEMANNI et HEYERI cum hoc corpore inſtituta enarrantur. De natura acidi molybdaenae et ratione ad alcalia, terras, et alia acida. Ipſam molybdaenam puram GR. Cl. regulum huius metalli habet, cum per ſulphur non ſit mineraliſatum, ſufficientem phlogiſti copiam contineat, ſplendoremque vere metallicum ſpargat. Exigua partium cohaeſio identitatem eiusdem ſuadet. Praecipue coniunctio huius metalli cum aliis metallis diligentioribus inueſtiganda erit tentaminibus. p. 670. p. 684.

Regulus ſpumae lupi, cuius terra metallica partem lapidis ponderoſi et ſpumae lupi efficit. SCHEELIVS primus acidum e lapide ponderoſo elicuit, cuius ipſius natura hic deſcribitur. Fratres vero D'EL- p. 687.

HUYAR acidum eduxerunt purius, eiusque indolem diligentiſſime rimati ſunt.

p. 700. Sub finem paucis modo noui metalli iniicitur mentio, quod KLAPROTHVS nuperrime nomine *Vranitis* deſcripſit. Auct. Cl. vero potius Vranii nomen placet.

Huius enchiridii egregii vtilitas mirum in modum eo adhuc augetur, quod indice copioſiſſimo vſui eiuſdem optime conſulatur. Tabulae duae, quae in fine annexae ſunt, ſeriem affinitatum chemicarum tum ſicca, tum humida via offerunt.

V.

Einleitung zur allgemeinen Scheidekunſt, entworfen von CHRISTIAN EHRENFRIED WEIGEL, *erſtes Stück. Vorbegriffe, Anfang der allgemeinen Bücherkunde. Leipzig bey Siegfried Lebrecht Cruſius, pag. 556. gr. 8. 1788. Zweytes Stück. Fortſetzung der allgemeinen Bücherkunde. pag. 920. 1790. ebend.*

h. e.

CHR. EHR. WEIGELII introductio in vniuerſam chemiam. P. I. II. Lipſiae. 1788. 1790. 8. mai.

Quod ante plures iam annos et ab eo inde tempore, quo munus profeſſoris chemiae publicum in academia Gryphiswaldenſi in ſe ſuſceperat, ſibi Auct. Cl. animo propoſuerat conſilium; vniuerſam chemiam omnesque eiusdem partes non compendio modo adumbrandi, ſed inſigni opere amplificandi, illud iam edendo hoc libro perficere ſtuduit. Brevem quidem huius totius operis conſpectum ante plures iam annos libro *) minori cum erudito communicauit

*) *Grundriſs der reinen und angewandten Chemie zum Gebrauch*

nicauit orbe, iamque hisce annis primis huius operis tomis publicandis rem ipsam aggressus est. Introductio, quae singulare aliquod opus constituet, quatuor absoluetur voluminibus, quibus notiones quaedam vniuersales proponuntur, libri omnem chemiam spectantes recensentur, quo pertinent systemata atque compendia chemiae, opuscula atque collectiones tractatuum minorum, a singulis auctoribus editorum, commentarii academiarum atque societatum scientiae naturalis, collectiones tractatuum a diuersis auctoribus editorum in libros quosdam periodicos, bibliothecae, ephemerides et annales litterarii, tum historia chemiae fusius pertractabitur, tandemque signa chemica explicabuntur.

In ipsis vero chemiae praeceptis tradendis id inprimis spectauit, vt quisque, qui partem chemiae applicatae colit, quaecunque ad illud caput spectant, ordine quodam concinnata atque collecta inueniret. Quo quidem consilio omnem chemiam in puram et applicatam diuisit. Pura de principiis chemiae modo simplicioribus, modo magis compositis, de instrumentis, operationibus, earumque effectibus agit; applicata vero modum, quo haec disciplina ad artes amplificandas impendi possit, monstrat. Applicatae quidem initium chemia technica constituet, qua tanquam genere comprehendentur georgia vel lithurgia, quae terras atque lapides, halurgia, quae salia, phlogurgia, quae corpora inflammabilia, chemia metallurgica, quae metalla tractat, quo cognitio metallofodinarum, minerarumque tractatio, docimasia metallorum, alchymia spectant; porro hyalurgiae, quae de vitris agit, chemiae partes, quae in superficiebus corporum, in coniungendis corporibus versantur,

Gebrauch academiſcher Vorleſungen entworfen von CHRIST. EHRENFR. WEIGEL, *I. II. Band. Greifsw.* 1777. 8.

ſantur, zymotechnia, quae fermentationes tractat, et chemia architectonica huc trahendae ſunt. Alterum applicatae caput chemia phyſica explebit, quae doctrinas tum in phyſice generali, tum in ſpeciali ſiue hiſtoriali naturali obuias illuſtrabit. Tertium chemia oeconomica occupabit locum, qua de cultu vegetabilium, de bonitate agri, de ſyluarum atque hortorum cultura, de animalium vſu diſſeret. Quartum denique caput, chemia medica, omne abſoluet opus, quae commode in phyſiologicam, pathologicam, pharmaceuticam, (quae rurſus materiam medicam, pharmaciam atque artem formulas concinnandi complectitur); diaeteticam et therapeuticam diſpeſcitur, quibus ea, quae ad medicinam politicam et forenſem ſpectant, ad finem ſubiungi poſſunt.

Vol. I. p. 1. Initio ſtatim diſtincta chemiae notio, atque differentia, a reliquis ſcientiae naturalis partibus, matheſi, phyſice et hiſtoria naturali proponenda erat. Haec ipſa notio vberius explicatur. Verſatur inprimis chemia in reſoluendis et componendis corporibus.

p. 3. Diuerſa eſſe principia, quae per examen chemicum obtinemus, variis illuſtratur exemplis. Si in componendis corporibus principia eiusdem naturae ac indolis, eodem numero atque ratione copulaueris, ea-

p. 13. dem prodibunt corpora, ſin minus, diuerſa. Iure igitur illae partes, quae e corpore quodam antea elicitae, illud rurſus conſtituunt, conſtitutiuae partes, diſſimilares, principia appellantur. Mixtio vero eſt

p. 15. complexus omnium harum partium. Decomponuntur corpora per alia, quibuscum vel partes ſeiungendae connubium ineunt, vel quae magna in partes relinquendas trahuntur affinitate, atque reliquas dimittunt. Neque vero ſemper ad naturam partium conſtituentium intelligendam decompoſitione indigemus, ſaepiſſime illarum indoles ex ipſarum connu-

p. 21. biis intelligitur. Altera naturam corporum indagandi

gandi via in compoſitione verſatur, qua partes conſtituentes vel ſimpliciter copulantur, vel per decompoſitionem demum vniuntur. Partes, quas decom- p. 24.
poſitione corporum obtinemus, modo eductae, modo productae ſunt, difficilius vero fuerit, propter mixtionem corporum interdum obſcuram, cuius naturae partes productae ſint, accurate finire. Diuiſio- p. 26.
ne contra corporum mechanica partes integrantes, ſimilares, mechanicas obtinemus. Quae quidem ſi in corpus aliquod coniunguntur, aggregatum appellamus. Ad partes conſtituentes recte diſtinguendas p. 32.
diſcrimen inter propiores et remotiores, quod veteres chemici neglexerunt, probe erit notandum. Hae quidem in principia et elementa rurſus diſtinguuntur. Pro vario partes conſtituentes copulandi mo- p. 37.
do ſequens conſtitui poſſet ordo: corpora mixta, compoſita, decompoſita, ſupra-decompoſita. Ordines vero corporum aggregatorum propter diuerſam et multitudinem et magnitudinem partium congeſtarum nondum ſatis ſunt definiti. Magna cum diligentia Auct. Cl. hasce notiones paullo abſtractas exemplis exquiſitis illuſtrare, lucidioresque reddere ſtuduit. — Exinde igitur, quod chemia in reſoluen- p. 40.
dis componendisque corporibus verſatur, omnia omnino corpora ipſius ſubiecta eſſe ditioni patet, ipſiusque vſum quam latiſſime patere. Non enim ſolum hoc cum reliquis diſciplinis commune habet, vt vires animi colat, obſeruandi ſtudium augeat, iudicium poliat, ſed ad ſingulas quoque diſciplinas amplificandas multum facit, ad phyſicen, hiſtoriam naturalem, medicinam eiusque partes ſingulas, technologiam, oeconomiam, diſciplinas camerales, commercium. — Inſtrumentorum atque operationum p. 91.
chemicarum notio explicatur. — Diuiditur chemia p. 92.
vel ſecundum methodum, qua tractatur, in theoreticam et experimentalem, vel pro diuerſa, quae tra-

ſtantur, corporum natura in puram et applicatam. Haec quidem vel ſecundum ipſa corpora, vel ſecundum mutationes, quas ſubeunt, varie diuiditur. Suum quoque, quem Auct. Cl. ſibi elegit ordinem, vberius hic expoſuit.

p. 121. Alterno introductionis huius capite fontes recenſentur, e quibus chemica cognitio haurienda eſt. Diuiſit vero Auct. in compendia atque enchiridia chemiae, in opuſcula a ſingulis auctoribus edita, in commentarios, ab academiis ſcientiarum et ſocietatibus eruditorum conſcriptos, in collectiones a variis auctoribus compoſitas, in libros, qui hiſtoriam literariam ſpectant, ephemerides, bibliothecas, annales, catalogos, lexica, quibus ſingula explicantur. In allegandis libris Cl. w. titulos accurate transſcripſit, varias editiones, verſiones ſtudioſe collegit, annales litterarios, quibus libri recenſentur, commemorauit, breuibus iudicium de bonitate libri expoſuit, hinc inde dubia ſua ſigno interrogationis ingenue faſſus
p. 122. eſt. — Compendiorum quidem numerus ad 185 vſque accreuit, ſimiliterque 391 opuſcula, quibus tractatus minores ſingulorum auctorum congeſta ſunt, recenſentur.

Vol. II. Altero huius introductionis volumine commentarii atque acta ab academiis, ſcientiarumque ſocietatibus edita, ordine chronologico enumerantur. Ad inſignem enim inde a medio hocce ſeculo ſocietatum huius generis numerus creuit multitudinem.
p. 11. Praecipuarum modo hic iniiciamus mentionem. So-
p. 74. cietas regia Londinenſis, ſocietas imperialis naturae
p. 141. curioſorum, academia ſcientiarum Florentina, Pari-
p. 300. ſienſis, Berolinenſis, Lugdunenſis, Inſtitutum Bono-
p. 397. nienſe, academia Petropolitana, medicorum Edin-
p. 474. burgenſium ſocietas, academia Suecica, Diionenſis,
p. 548. Haunienſis, Gedanenſis, Gottingenſis, Harlemenſis,
p. 609. Moguntina Erfurti, Londinenſium medicorum, Turicenſis,

ricenſis, oeconomica Bernenſis, Bauarica; ſocietas p. 626.
agriculturae Pariſiis atque in aliis Francogalliae lo- p. 641.
cis, Theodoro-Palatina, ſocietas oeconomica Lip- p. 671.
ſienſis, phyſico-oeconomica, quae *Lauternae* eſt, ſo- p. 698.
cietas, naturae ſcrutatorum Berolinenſis. p. 824.

Diligentia, qua Auct. Cl. in hiſtoria huius diſciplinae literaria enarranda, verſatus eſt, de toto hoc opere in nobis ſpem alit dulciſſimam, fore, vt ipſum, ſequentibus annis abſoluendum, omnium huius artis cultorum vſui egregie ſit inſeruiturum.

VI.

Mémoires de l'academie royale des ſciences. Années MDCCLXXXIV -- LXXXV. Première partie. A Turin. Chez Jean Michel Briolo, imprimeur-libraire de l'academie. MDCCLXXXVI. 4. pagg. LVI. et 497.

h. e.

Acta academiae regiae ſcientiarum Taurinenſis. Ann. 1784-85. P. I.

Quae priuatis ſtudiis ſocietas Auguſtae Taurinorum diſciplinas maxime phyſicas et mathematicas ornauit auxitque editis quinque miſcellaneorum philoſophico-mathematicorum voluminibus, nunc regia auctoritate de iisdem diſciplinis ſcribendo agendoque bene mereri pergit. Iam aliquot actorum ſuorum volumina, ex quo academiae regiae titulo ornata eſt, publici iuris fecit, quorum primum nunc recenſebimus, reliquorum contenta propediem daturi.

Praemittitur huic volumini *commentatio hiſtorica*, in qua tum de academiae inſtitutione refertur, tum ea narrantur, quae per annos 1784-85 ei acciderunt.

I. *De acidorum vi et efficacia in varia corpora me-* p. 1-18.
tallica ac ſalino-terrea naturae vitriolicae, auctore
Com.

Com. DE SALUCES. Conſtat, complures ſales et perfecte ſaturatos ab vberioris tamen acidi connubio neutiquam abhorrere. Quae hac ſuper re in chemicorum ſcriptis paſſim leguntur, mouerunt illuſt. auctorem, vt inde ab anno 1761. varia tentamina cum ſalibus metallicis et terreſtribus hoc conſilio inſtitueret. Quem laborem etſi ad finem perducere auctor non potuit, illorum tamen tentaminum fructus noluit omnes intercidere. Hac itaque diſſertatione commemorantur experimenta capta cum oleo vitrioli et vitriolo viridi: cum ſpiritu ſulphuris et vitriolo viridi: cum ſpiritu vitrioli et vitriolo viridi: cum oleo vitrioli et vitriolo caeruleo: cum ſpiritu ſulphuris et vitriolo caeruleo: cum ſpiritu vitrioli et vitriolo caeruleo: cum oleo vitrioli et vitriolo albo: cum ſpiritu ſulphuris et vitriolo albo: cum ſpiritu vitrioli et vitriolo albo: cum oleo vitrioli et alumine: cum acido nitri fumante et vitriolo viridi.

p. 19. – 30. II. *De formulis analyticis geneſin ſuperficierum curuarum exprimentibus, auctore* MONGE.

p. 31. – 33. III. *De integratione aequationis differentiis partialibus* $L\frac{ddz}{dx^2}+M\frac{ddz}{ddxy}+N\frac{ddz}{dy^2}=0$, *in qua coëfficientes* L, M, N *ſunt quilibet.* Auctore MONGE.

p. 34. – 50. IV. *Indagatio phyſica naturae ac cauſarum morbi, qui equos equitum regiorum leuis armaturae (dragons du roi) Foſſani menſe Martio anni* 1783 *infeſtauit.* Auctore BRUGNONE. Fuit *febris maligna, peſtilentialis et contagioſa*, iam a BERTINO deſcripta, quae tum demum ſiſti potuit, cum animalia veneno infecta

p. 38. necarentur. In cadaueribus cruor repertus eſt admodum niger, ſpiſſus, viſcoſus, qui nihil ſeroſi exhiberet, etiamſi per dies integros in vaſis quiete ſeruaretur. Nihil foetoris cadauera ſparſerunt; ſub corio in contextu celluloſo, in muſculis, ventriculo, inteſtinis, pulmonibus, ipſoque corde, maculae nigrae

grae viſae ſunt. Lien fuit ſolito nigrior vaſisque admodum dilatatis: hepar renesque ſani: veſica vrinaria, membrana pituitaria et pharynx fere ſemper inflammati: meninges cerebrumque ſana: pulmones toti gangraena corrupti, ac ſanguine nigro, ſpumoſo referti, certe maculis nigris aut liuidis infecti: glandulae lymphaticae pleraeque obſtructae, nigrae quaſique aduſtae: contextus celluloſus his glandulis vicinus humore flauido et gelatinoſo fartus. — Cenſet auctor, lymphae inſpiſſationem inter cauſas morbi proximas referendam, neruosque atoniam quandam paſſos eſſe. Haec vero vitia repetit a totius ſanguinis deprauatione, quae, vnde originem traxerit, parum conſtat. Suſpicio quidem erat, morbum e pabuli inſalubritate ortum eſſe: nam loco auenae ſecale equis datum fuerat, quod praeter alia grana peregrina, ſed innocua, ſemina lolii temulenti, papaueris rhoeados, cynoſuri echinati, bromi ſecalini, centaureae cyani, allii roſei contineret, quae ſanitati equorum nocere potuiſſe videbantur. Sed repugnant huic opinioni tentamina auctoris cum quatuor equis ſanis inſtituta. Igitur veroſimilius mali origo a ſecalis fermentatione deriuatur: nam detectum eſt, qui equorum paſcendorum curam ſuſceperat, grana, vt volumine creſcerent, priusquam equis darentur, aqua maceraſſe. — Nullum remediorum in morbis ſimilibus vſitatorum quicquam valuit, adeoque inoculatio ab auctore fruſtra tentata fuit.

p. 39. p. 40. p. 44. p. 46.

V. *Experimenta et obſeruationes ſuper aëre dephlogiſticato, auctore Com.* DE SALUCES. *Pars I. Cur calx viua cum acidis non efferueſcat, deque phaenomenis, quae ab aëris fixi abſentia et tranſitu vulgo repetuntur.* Parum placet ill. auctori, calcis viuae cauſticitatem inque acidis ſine efferueſcentia ſolutionem ab acidi aërei abſentia repeti. Non negat, fruſta maiora

p. 51. — 94. p. 53.

maiora bene exuſtae acido cuilibet immiſſa aut eo perfuſa vix ſenſibiliter efferueſcere: ſed idem experimentis fultus affirmat, ſi calx in moleculas ſubtiliores redacta ſit, etiamſi aëris atmoſphaerici contactum diligenter arceas, tamen acido adfuſo efferueſcentiam ſatis acrem cieri, aëremque plus minusue mephiticum expelli; quod ipſum de alcali fixo cauſtico
p. 59. aſſerit. Cum calcem viuam aqua deſtillata exſtingueret, aër euolutus eſt naturae cauſticae, quem dephlogiſticatum eſſe cognouit. Vnde concludit, in calce viua, quemadmodum in mercurio praecipitato
p. 63. rubro, aërem dephlogiſticatum ineſſe, indeque eius proprietates, efferueſcendi vim (quae ſemper exſeratur, ſi modo calcem viuam, antequam fluidum contingit, vt puncta contactus augeantur, in moleculas ſatis exiguas redegeris) et cauſticitatem, deriuari. — Adduntur plurima de aëre dephlogiſticato, ſiue, vt auctori placet, elementari, reliquisque aëris ſpeciebus, ſed talia, quae potius coniectura, quam experimentis nituntur.

p. 95. — VI. *De percuſſione fluidorum.* *Auctore* DE LA
108. GRANGE.

p. 109. VII. *De montium altitudine barometro menſuran-*
— 130. *da.* *Auctore Abb.* DE CALUSO.

p. 131. VIII. *Inquiſitio anatomico-pathologica in aneuryſ-*
— 152. *mata arteriarum cruralis et poplitaeae.* *Auctore* PENCHIENATI. Praemittitur breuis harum arteriarum, earumque ramorum ac ramulorum deſcriptio anatomica, comprehendens nouas auctoris obſeruationes
p. 138. de illorum ortu, diſtributione et anaſtomoſi. Si aneuryſma verum aut ſpurium arteriae cruralis ab arcu crurali illoque loco, vbi arteria profunda femoris exoritur, quantum ſatis, diſtat, compreſſionis vel ligaturae beneficio ſanatio ſperari poteſt: tot enim anaſtomoſes ramis arteriae hypogaſtricae cum ramis arteriarum circumflexarum intercedunt, vt ſatis ſuper-

que

que ſanguinis ad femur et crus nutrienda illis aduehatur. Pari modo vulnera et aneuryſmata vera ar- p. 141.
teriae cruralis inter arteriam profundam et poplitaeam ſaluo femore ob anaſtomoſes arteriae circumflexae externae cum ramo inſigni ex inferiore arteriae cruralis extremitate aut arteriae poplitaeae initio exoriente curari poſſunt. — Aneuryſmata poplitis, p. 143.
quae MARCVS AVRELIVS SEVERINVS primus videtur commemoraſſe, in Italia frequentiſſime occurrunt: quam morbi huius frequentiam a tibialium vinculis iuſto arctius conſtrictis repetendam eſſe, auctor coniicit. Primum tentanda eſt compreſſio, p. 144.
quamdiu tumor modicus eſt, ſed ita tentanda, vt ſolus tumor parsque membri tumori oppoſita comprimantur. Sin tumor nimis excreuit, ad ligaturam arteriae poplitaeae ab HEISTERO et HALLERO com- p. 147.
mendatam recte confugitur, ſi modo aneuryſma verum non totam poplitis cauitatem occupat, in ſpurio autem apertura arteriae non per totum ſpatium inter arterias articulares ſuperiores et inferiores extenditur: in his enim caſibus ligaturam gangraena certo ſequeretur. Si tumor aneuryſmaticus ad eum vſque locum procurrit, vbi tendo muſculi tricipitis arteria crurali perforatur, pariter eſt ligatura abſtinendum. Si nec compreſſioni nec ligaturae locus p. 149.
eſt, cruris amputatio ab auctore commendatur.

IX. *Inquiſitio anatomico-pathologica in aneuryſ-* p. 153.
mata. De diuiſionibus, ramificationibus et aneuryſmatibus arteriarum humeri et brachii. Auctore eodem. — 190.
Hac diſſertatione aneuryſmata arteriarum axillaris ac brachialis pertractantur. Si aneuryſma ſupra fle p. 153.
xuram brachii prope axillam ſitum eſt, ab auctoribus in vniuerſum tanquam vnicum mali remedium brachii aut amputatio aut exſtirpatio commendatur. Nihiloſecius ob anaſtomoſes, quae inter arterias humeri, brachii cubitique intercedunt, noſter iure ſuo

ſibi

ſibi videtur contendere, ſaepiſſime membrum ſervari, ſaltim exſtirpationi aliam operationem, cui ma-
p. 154. gis confidas, ſubſtitui poſſe. Ac primum quidem, vt ſuam confirmet ſententiam, arteriarum humeri et brachii anatomicam deſcriptionem ex praeſtantiſſimis petitam auctoribus ſuisque obſeruationibus firmatam et auctam ac tabulis aeneis illuſtratam ſiſtit.
p. 178. Tum indicantur varii caſus, in quibus membro ſaluo
p. 181. aneuryſma ſanari poſſe videtur. Poſtremo de mediis arteriarum haemorrhagiam cohibendi ac vulne-
p. 183. ra curandi diſputatur. — Sub finem diſſertationis de aneuryſmatibus in vniuerſum exponitur.

p. 191. X. *Deſcriptio geographica, mineralogica et doci-*
– 304. *maſtica terrarum regis Sardiniae ditioni in continenti ſubiectarum. Auctore Equ.* NICOL. DE ROBILANT. *Cum charta mineralogica luculenta.* Miſſis obſeruationibus geographiam illuſtrantibus, ex vberrimo penu adnotationum praeſtantiſſimarum ad mineralogiam ac docimaſiam pertinentium pauculas depromere
p. 197. lubet. Quod de aliarum regionum montibus notiſſimum eſt, etiam in his terris granites ima montium ſtrata efformat. Saxorum primitiuorum fragmenta
p. 198. vbiuis ſparſa adeoque in ſummis montibus obuia ſatis declarant, quanta vis telluris cortici inundatione vniuerſali illata fuerit. De hac terrae noſtrae mutatione montibusque inde oriundis fuſe ill. auctor diſſerit. Indidem repetuntur antiquorum temporum
p. 207. terrae motus crateresque igniuomi: nam cenſet ill. auctor, aquam, cum a terra biberetur, mineris pyriticis oblatis feruorem concitaſſe, qui terrae corti-
p. 210. cem quaſſaret ac flammam gigneret. — In montibus calcareis primitiuis nulla occurrunt petrefactorum veſtigia. Praeter calcem ac graniten quarzum, ſteatites, lapis corneus etc. montes primitiuos conſtituunt. Strata argilloſa cupri minerarum feracia ſunt. Nec fontes ſalis marini, qui aquae ſalſae concentra-

tione

tione et coctione paratur, ac lithanthracum optimorum ſtrata deſunt. Prope Curiam maiorem (*Courmayeur*) exſtant luculenta foſſarum ac puteorum a Romanis, vt probabile eſt, admirabili arte actorum veſtigia, de quibus noſter accurate exponit. Ibidem ſcaturiunt aquae medicatae, quarum duo fontes ab auctore indicati ſunt. Vnius aqua ſedimentum flavidum, alterius albiſſimum demittit. Haec guſtu eſt ſpirituoſo, partesque calcareas, ſalem alcalinum et acidum aëreum, ſed nihil ferri continet. Illa, vt videtur, ferrum vehit. Thermae ad St. Theodoricum (*St. Didier*) admodum laudantur: ſulphuris hepar non olent: calcem ferrumque tenent: quam deponunt ochram martialem, a mineris pyriticis inflammatis videtur proficiſci: quae inflammatio cum calcem (mons, vnde thermae ſcaturiunt, calcareo lapide ſcatet) exurere videatur, caloris aquae ratio facile patet. Vallis Sturenſis (*la vallée de Sture*) thermae pariter celebrantur: ex lapide marmoreo proſiliunt, multum calent, ochram deponunt ſubrubram, indolis hepaticae ſunt, pauxillum ſalis marini continent, nec aëre carent ſpirituoſo (*gas ſpiritueux*), qui morbis, inprimis vulneribus, mire medetur. Montes prope Derthonam (*Tortonne*) ſulphure abundant, quod paſſim effoditur deſtillandoque purgatur. — Sequitur copioſa atque accuratiſſima relatio de minerarum principiis docimaſtice exploratis, cui hic illic adſperſae ſunt obſeruationes mineralogicae et chemicae, e. g. de cryſtallis montanis acus exiguas pro antimonialibus habitas concludentibus, de aquae ſalſae fontibus etc. Finem facit diſſertationis explicatio chartae mineralogicae.

p. 225. p. 229. p. 246. p. 254. p. 258. p. 289. p. 294.

XI. *De rore productisque aëreis ex eo elicitis. Auctore Com.* MOROZZO. Calor minor illo, quo aqua ebullit, ex rore aërem extricat, qui quoad magnam partem aër fixus eſt. Tinctura heliotropii cum rore

p. 305. –312.

commixta rubeſcit: aqua calcis eodem addito calcem aëratam demittit: vt de aëris fixi in rore praeſentia dubitari nequeat. Vnde intelligitur, quomodo ferrum rore in crocum vertatur (*ſafran de mars à la roſée*): ſcilicet aër roris fixus ferrum calcinat coloremque ei rubrum iuducit: ſimilisque crocus obtinetur, ſi ferrum aqua aërata tractatur. Praeter aërem fixum ex rore purus, inflammabilis et phlogiſticatus extricari poſſunt.

p. 313. XII. *Experimenta eudiometrica de aëre puro re-*
–320. *ſpiratione animalium corrupto. Auctore Com.* MOROZZO. Experimentis ſuis edoctus ill. auctor aſſerit, animal in aëre puro, in quo iam aliud animal mortuum ſit, diutius, quam in aëre atmoſphaerico, viuere, aëremque purum nunquam adeo vitiari poſſe, vt animal, ſimulac eum hauriat, ſuffocetur, quemadmodum in aëre atmoſphaerico accidere nouimus. Nec minus didicit, aërem purum quantumuis vitiatum, ſi vitam animalium in eo incluſorum ſpectes, tamen flammam optime alere. Perexigua huius aëris copiola fere omnes aëres mephiticos, etſi non reſpirabiles, tamen ad flammam alendam idoneos reddidit. — Ipſa experimenta eudiometrica tabula compre-
p. 316. henſa ſunt. Haec vero vulgari de eudiometro theoriae prorſus repugnant. Scilicet aëris puri, in quo animal mortuum eſt, maiorem eſſe, quam eiusdem aëris reſpirationem animalis non experti, bonitatem, eudiometrum ſignificat, ſi illi theoriae fides habenda eſt. Hac de re auctor alibi diductius diſſeret.
p. 318. Sub finem adduntur experimenta cum phoſphoris Bononienſibus in variis aëris ſpeciebus inſtituta, de quibus noſter in actis ſocietatis Italicae fuſius diſputat *). Phoſphorus Bononienſis in aëre dephlogiſticato

*) Memorie di matematica e fiſica della ſocietà Italiana. Tomo III. Verona. 1786. 4. (pag. 420–438.)

ſticato clarius, quam in aëre vulgari, lucet: in aëre fixo mox exſtinguitur: in phlogiſticato lucet, ſed minus, quam in atmoſphaerico: in inflammabili ab initio fere eodem ſe modo, vt in vulgari, habet, ſed horis circiter 36 elapſis, lumen eius minuitur, aërque ſaepiſſime non amplius accendi poteſt, flammam tamen candelae alit, nec animalia ſuffocat: in aëre nitroſo protinus eius lux exſtinguitur, poſtque 24 horas aër nitroſus, ſi vulgari admiſcetur, non amplius vapores rubros gignit. Phoſphori fragmenta, quae aliquamdiu in aëre nitroſo aut fixo iacuerunt, etſi tum aëri libero exponuntur, non amplius lucem emittunt, denuoque prunarum igne per duas horas calcinanda ſunt, vt lucendi facultatem recuperent. Animal in aëre dephlogiſticato, vbi phoſphorus Bononienſis duodequinquaginta horas fuit, propemodum tamdiu, quamdiu in aëre dephlogiſticato puro, durat; ſed candela mortuo illo immiſſa exſtinguitur, licet aliud animal eidem vaſi inditum diutiſſime viuat; hoc quoque mortuo candela introducta pariter exſtinguitur, necdum tamen aër adeo corruptus eſt, quin tertii animalis vitam ſatis diu conſeruet.

XIII. *Diſſertatio ſuper acidi phoſphorei ex oſſibus extricati depuratione, complectens experimenta, vnde inteligatur, qua ſit indole vltima terrae portio acido phoſphoreo adhaerens. Auctore* BONVOISIN. *Pars I.* p. 321. – 328.

Vt auctor acidum phoſphoreum purius obtineret, minus olei vitrioli, quam vulgo praeſcribitur, ad oſſa decomponenda adhibendum putauit, quippe ſperans, fore, vt hac ratione cum totum acidum vitriolicum ad ſeleniten formandum impenderetur, adeoque euaporationis alioquin neceſſariae taedio ſuperſederi poſſet, tum omne inquinamentum terreum, quod gypſeae eſſe naturae legerat, ob acidi ſuperſaturantis abſentiam minus ſolubile in fundum vaſis decideret. Itaque tantummodo quatuor libras olei vitrioli p. 322.

cum ſex libris oſſium vitulinorum ad albedinem exuſtorum ac pulueratorum commiſcuit. Sic ſane nihil propemodum acidi vitriolici in liquore remanſit, quod euaporatione abigendum eſſet. At vero acidum phoſphoreum inquinamento conſueto neutiquam caruit. Etenim ad certum gradum concentratum magnam vim albi praecipitati demiſit, et licet tum percolaretur, adque mellis conſiſtentiam inſpiſſaretur, adeoque in vitrum funderetur, non tamen claritatem perfectam, quae ſolius acidi puri eſt, nanciſci potuit. Vt igitur noſter hoc inquinamentum, quod ſeleniticum ei videretur, amoueret, alcali volatili aërato vtendum primo cenſuit. Sed cum ingentem copiam terrae, quae inter euaporationem continenter delaberetur, conſideraret, ſuſpicio ei nata eſt, quod tantopere ſolubile eſſet, vix eſſe poſſe indolis feleniticae. Itaque alcali volatile cauſticum tentauit: quo infuſo magna vis praecipitati decidit. —

p. 324. Hac igitur methodo ad acidi phoſphorei depurationem vſus eſt. Quatuordecim vnciis acidi phoſphorei concentrati alcali volatile cauſticum paullatim adfudit. Duabus eius vnciis adfuſis, nihil amplius praecipitatum eſt. Hoc praecipitatum diligenter edulcoratum ſiccatumque duarum vnciarum fuit. Liquor euaporatione tum cryſtallos dedit, tum ſedimentum terreum demiſit. Vnde cum noſter intelligeret, alcali volatile cauſticum non omne inquinamentum amouiſſe, liquori aëratum inſtillauit, quo pariter praecipitatum obtinuit. Hoc edulcoratum et ſiccatum vnciam cum duabus drachmis pependit. Poſt liquor euaporatione cryſtallos eiusdem cum prioribus naturae exhibuit, ſed nihil amplius ſedimenti apparuit. Vnde auctor concludit, alcali volatile aëratum ad acidum phoſphoreum ex oſſibus extractum omni inquinamento terreo purgandum ſufficere. — Iam noſter cryſtallorum iſtarum, quas

alcali

alcali volatile phoſphoratum eſſe apparet, naturam diligenter deſcribit, acidique phoſphorei earum fuſione parati ab eo, quod vulgari modo ex oſſibus elicitur, differentiam exponit.

XIV. *Eiusdem diſſertationis pars altera, comprehendens experimenta cum ſedimentis ex acido oſſium phoſphoreo alcali volatili cauſtico alcalibusque aëratis excuſſis capta, una cum nonnullis obſeruationibus de proprietatibus acidi ſaccharini.* p. 329. – 340.

Quod ex acido oſſium phoſphoreo alcalibus aëratis (nam fixi eadem, quae volatilis, vis eſt) praecipitatur, nihil eſt aliud, quam terra calcarea aërata. Ad alterius praecipitati naturam inueſtigandam auctor plurima inſtituit experimenta, quae hic ordine recenſentur. Ex his conſequitur, primum errare eos, qui acidum phoſphoreum gypſo contaminari arbitrantur, tum ſedimentum terreum alcali volatili cauſtico deturbatum veram eſſe terram animalem. De huius ſalis analogici indole noſter copioſe diſputat. p. 333. — Iam de acidi ſaccharini cum terra calcarea affinitate calcisque ſaccharatae natura diſſeritur. Acidum ſaccharinum non ſemper calcis praeſentiam prodit: nam ſi calcis ſolutio acido ſuperſaturata eſt, acido ſaccharino addito nihil calcis ſaccharatae fundum petit. p. 337. His in caſibus auctor ſuadet, vt calcis menſtruum abundans alcali volatili cauſtico ſaturetur, priusquam acidum ſaccharinum addatur. — Ad finem explicatur, quid diſcriminis inter acidum phoſphoreum methodo auctoris paratum illudque, quod phoſphori deflagratio gignit, intercedat. Hoc ei phlogiſto inquinatum adeoque minus purum illo videtur. p. 339.

XV. *Deſcriptio mineralogica montium in tractu Canavois ſitorum. Auctore Equ.* NAPION. Eſt haec deſcriptio tanquam ſupplementum diſſertationis ill. DE ROBILANT, de qua ſupra retulimus, ſic vt, quae p. 341. – 374.

in illa de iſtis montibus generatim dicta ſunt, hic
p. 345 ſpecialius tradantur. Pyritas primitiuos, hoc eſt eos, qui in montibus primitiuis habitent, admodum difficulter efflorescere, auctor aſſerit. Cum montium, quorum auctor deſcriptionem ſiſtit, pyritae omnes aurum contineant, ſuſpicatur noſter, omnes
p. 347 pyritas primitiuos auriferos eſſe. His in pyritis aurum ex parte vere mineraliſatum eſſe, idem contendit. — Pyritis cupri vidit adhaerere viride montanum, tum vulgare, tum ſtriatum (*mine de cuivre ſoyeuſe, Atlaserz*), mineramque cupri lazuream: vt facile appareat, has mineras ab illorum decompoſi-
p. 352. tione originem trahere. — In ſerpentino reperit cryſtallos priſmaticas, quas tubo ferruminatorio exploratas ſteatiten eſſe intellexit. — Hic illic deprehenduntur veſtigia fodinarum antiquorum tempo-
p. 361. rum, de quibus noſter obiter diſſerit. — In ripa Morgi (*Orco*) ad radicem montium mineris ferri albis fartorum fons martialis ſcaturit, qui quem aërem fixum continet, ex noſtri ſententia ab illarum minerarum decompoſitione repetendus eſt.

p. 375. XVI. *Deſcriptio foetus petrefacti. Auctore* REY-
– 380. NERI. *Cum tabula aenea.* Mulier ruſtica, quae iam aliquoties feliciter pepererat, cornu a tauro in dextro latere percuſſa abortum patiebatur. Anno poſt, cum ſe denuo in vtéro gerere crederet, frequenter nauſea vexabatur, vomebat, inque parte vulnerata vehementes ſentiebat dolores. Halitus graueolentia quae quarto menſe grauitatis ſuperueniret, et vteri haemorrhagiam diem integrum durantem ſequeretur, acerrimis doloribus ſtipata foetus aut membranarum eum inuoluentium putredinem ſignificare videbatur. Cum per quatuor annos mulier tam miſere vitam traxiſſet, tandem per vaginam foetus petrefacti fragmenta pedetentim exoluſa ſunt.
p. 378. Credit noſter, ſedem huius foetus tubam Fallopianam dextram percuſſione illa laeſam fuiſſe.

XVII.

XVII. *Analyſis chemica eiusdem foetus. Auctore* BONVOISIN, M. D. Reperit in eo auctor clariſſ. ſubſtantiam gelatinoſam ac terram animalem ſiue calcem phoſphoratam; vt huius foetus principia cum oſſium principiis prorſus conueniant, niſi forte proportione differunt, qua de re noſter ob exiguam foetus portionem ſibi ad experimenta traditam nihil definire audet. p. 381. 382.

XVIII. *Analyſeos huius ſupplementum. Auctore eodem.* Quo magis appareat, corpus illud durum per mulieris vaginam excluſum verum fuiſſe foetum petrefactum, non, vt alicui rem parum accurate intuenti videatur, ſubſtantiam calculoſam: auctor docet, quibus notis ſubſtantia oſſium a materia calculorum differat. Sua igitur experimenta cum calculis vrinariis inſtituta enarrat, quae ab analyſi foetus petrefacti mire diſcordant. Cum SCHEELII tentaminibus fere congruunt. Solummodo noſter contra SCHEELIVM aſſerit, acido ſalis aliquam eſſe in calculos vrinarios vim, hosque terra calcarea neutiquam carere. p. 383. – 386.

XIX. *Obſeruatio anatomica de puella, quae ſine vmbilico nata putabatur. Auctore* PENCHIENATI. Situs fuit vmbilicus eo in loco, vbi more conſueto clitoris ſedem ſuam habet. Ob vrachum nondum concretum vrinae excernendae inſeruiebat. Quatuor annos cum dimidio puella vixit. Mortuae cadauer diſſectum eſt. Cyſtocele apparuit: ſed nec clitoris nec nymphae viſae ſunt. Illuſtrantur haec duabus tabulis aeneis. p. 387. – 390.

XX. *Cogitata de nonnullis ſeriebus. Auctore Abb.* GIANELLA. p. 391. – 474.

XXI. *De lapide hydrophano Pedemontii. Auctore* BONVOISIN, M. D. Hydrophani Pedemontii maxime in achatis reperiuntur. (Noſter in achatis conſtituendis fere WALLERIVM ſequitur, cuius ratio- p. 475. – 497.

p. 484. nem probari non posse satis nunc constat.) Centenarius docimasticus huius lapidis secundum nostri experimenta continet terrae siliceae partes 60 ½ argillae 35 ¾ calcis 3 ½ ferri ¼. Adduntur coniecturae de achatarum Pedemontii lapidisque hydrophani genesi.

VII.

Supplément au Dictionnaire des Jardiniers, qui comprend tous les genres et les espèces des plantes non détaillées dans le Dictionnaire de MILLER, avec leurs descriptions puisées dans les meilleurs auteurs, ou prises sur les plantes mêmes, et l'indication de la manière de traiter un grand nombre de ces plantes. Par Mr. DE CHAZELLES, Chevalier, Conseiller du Roi en ses Conseils, Doyen des Presidents à mortier au Parlement de Metz, Membre et ancien Directeur de l'Académie des Sciences et Arts de la même ville. A Metz, chez Marchal, 1789. 4. de 731 pages.

h e.

Supplementum dictionarii hortulanorum, complectens genera speciesque plantarum in dictionario MILLERI neglectarum, eorumque descriptiones ex optimis auctoribus depromtas aut ex ipsis plantis deriuatas, vna cum methodo plurimas harum plantarum colendi. Auctore DE CHAZELLES.

Hoc supplementum sistit descriptionem exactam claramque plantarum MILLERO, botanico clarissimo, omissarum aut ignotarum vna cum bonae notae obseruationibus ex praestantissimis auctoribus tempo-

temporum nouiſſimorum hauſtis. Docentur hic hortulani, quibus characteribus plantae noſcantur, ſintne perennes an annuae, lignoſae an herbaceae, quo tempore floreant, qua ex regione originem traxerint, quo caloris gradu indigeant, denique in quonam ſolo laetiſſime creſcant. Etenim ex his notionibus felix plantae cuiuslibet cultura dependet.

Ne arctos recenſionis cancellos, quibus dictionarii vbertas concludi non poteſt, transgrediamur, paucula delibare iuuat.

Ill. auctor duas ſpecies *Adonis* deſcribit ſucco tam acri cauſticoque repletas, vt cantharidum loco poſſint adhiberi. Sunt hae *Adonis capenſis* atque *Adonis veſicatoria.*

Conyza anthelminthica accurate deſcribitur. Eſt ex India oriunda, ac ſemen fert amarum, cuius virtus anthelminthica mirum in modum laudatur.

Datura laeuis, planta annua, a botanicis non ita pridem deſcripta, primum in Abyſſinia reperta fuit. Etſi calidarum regionum incola, tamen Galliae hiemes fert, ſoloque credita parum curae expoſcit. Semina annuo ſpatio matureſcunt, dummodo locus, in quo planta ſata fuit, calore modico tepeat. Ineunte vere, cum plantae nouellae ſatis roboris nactae ſunt, vna cum terra radicibus adhaerente euelluntur, inque ſolum bonum transplantantur. Datura laeuis, vti ceterae huius generis ſpecies, odorem nauſeabundum exhalat. Pericarpio glabro, inermi a ceteris ſpeciebus facile diſtinguitur.

Cynomorium coccineum eſt planta paraſitica, creſcitque in radicibus arborum quarundam in Iamaica, Mauritania, Melita et Sicilia. Vis eius adſtringens eſt.

Omnino inſignis botanices ſcientia hoc in opere elucet, credimusque, neminem, qui dictionario MILLERI vtiliſſimo vtitur, eo carere poſſe. Exponitur in eo cultura plantarum rariſſimarum, quae cum plu-

rimum curae ac ſtudii efflagitet, tamen hucuſque fere ignorata fuit.

VIII.

Adreſſe à Noſſeigneurs de l'Aſſemblée Nationale ſur la néceſſité et les moyens de perfectionner l'enſeignement de la médecine. Par Mr. JADELOT, Profeſſeur de la faculté de médecine en l'Univerſité de Nancy. A Paris, chez Croullebois, Libraire rue des Mathurins. 1790. 8. de 57 pages.

h. e.

Ad ſenatum nationis Francogallicae relatio de ſtudio medicinae perficiendo. Auctore JADELOT.

Praeclariſſime ſane de genere humano merentur, qui in detegendo ſtudii diſciplinarum vtiliſſimarum abuſu ac defectu modoque illud perficiendi inquirendo elaborant. Laudandus eſt, ſi quis alius, hoc nomine clariſſimus JADELOT, qui hoc in libello de vitiis erroribusque in artis medicae ſtudio obuiis fuſe diſſerit. Libellus praeſtantiſſimus ideo ſenatui ſplendidiſſimo nationis Francogallicae inſcribitur, vt ipſe vitiis tollendis manus ferat auxiliatrices.

p. 3. „Cum veſtra ſapientia, veſtro feruore veſtraque „auctoritate, inquit clar. auctor, baſis firmiſſima in„concuſſaque regiminis ac felicitatis publicae iacien„da ſit; vtpote quibus hoc munus veſtri ciues de„mandarunt: ſtudiorum perfectio a veſtro refor„mandi regenerandique conſilio nullo modo poteſt „ſeiungi. Optamus omnes vno animo, vt vitiis, qui„bus illa adhuc inquinata fuere, correctis methodo „cum efficaciori tum faciliori tractentur.“

His praemiſſis, clar. auctor ordine exponit, qua ratione medicinae ſtudium de ſua ſententia reformandum

mandum perficiendumque ſit. Et primum quidem oſtendit, quantopere neceſſarium ſit, cum medicinae ſtudium, tum candidatorum praxeos medicae tentamina emendari. Enumerat, quae diſcenda faciendaque ſint, antequam morbis curandis manus recte admoueantur: inter haec maxime noſocomiorum frequens viſitatio refertur. Tum ſingulas artis medicae partes breuiter recenſet: indicat docendi methodum maxime fructuoſam: recta inſtitutione venalitatem graduum ſupprimendam cenſet: docet, triennium ad medicinam rite addiſcendam non ſufficere, ſed quinque ad id annos requiri: vult, vt quaeuis facultas ſex profeſſores habeat: formam ordinemque proponit actorum probatoriorum (*actes probatoires*), quibus caueatur, ne humani generis detrimento ignorantia ſibi vindicet fidem aegrorum ſoli verae ſcientiae debitam: denique fuſe exponit, quae a legumlatoribus agenda ſint, vt ſtudii medici ratio ad formam propoſitam emendetur.

Iam ex libello vtiliſſimo nonnulla excerpamus. Quae noſter de ſtudiis ad medicinam recte diſcendam praeparantibus cenſet, huc redeunt.

„Etſi non neceſſarium eſt, vt, qui ad artem me- p. 15.
„dicam animum appellit, orator, aut poëta, aut hi-
„ſtoricus ſit: tamen nequit in medicina recte inſti-
„tui, quicunque literarum adeoque ſtudii humani-
„tatis ac philoſophiae expers eſt. Hoc ſtudium ad
„diſciplinas ſublimiores addiſcendas animum prae-
„parat vtiliterque eos annos occupat, qui alioquin
„ſine fructu pereunt. Qui hoc ingenii cultu negle-
„cto annum ſuae aetatis decimum quintum aut de-
„cimum octauum attigerunt, diſciplinis tractandis
„minus idonei reperiuntur. Praeterea maximopere
„neceſſe eſt, vt medici linguam latinam teneant, quo
„libris latine ſcriptis, quibus carere nequeunt, vti
„poſſint. Studio philoſophiae, id eſt, logices et meta-
phyſices,

„phyſices, ratiocinandi vis perficitur. Phyſice prin-
„cipia medicinae tradit, eiusque baſis eſt. Non
„poteſt quisquam eſſe medicus, niſi idem phyſicus
„ſit. Iam ipſis legibus hoc ſancitum eſt.“

P. 17. „Neceſſe eſt,“ pergit cl. auctor, „vt quaeuis me-
„dicinae facultas ſuorum candidatorum profectus
„exploret, priusquam eos ſtudioſorum albo inſerat.
„Hoc candidatorum examen latine inſtituendum
„eſt ſuper bonarum literarum principiis, philoſophia,
„maximeque phyſica. Sic ingenium viresque eo-
„rum, qui artis ſalutaris ſtudium amplecti volunt,
„innoteſcunt. Hoc verò examen ſit rigoroſum opor-
„tet, ne quisquam vlla ratione vlloue artificio id ſub-
„terfugiat.“

P. 19. „Fierine poteſt, inquit noſter, vt quisquam me-
„dicus euadat, qui lectionibus medicis tres per an-
„nos interfuit, quorum tantummodo vnus theoreti-
„ca morborum tractatione abſoluitur? Natio, cui ſui
„regeneratio curae cordique eſt, tam immanem ab-
„uſum ferre nequit. Ab illis vero ipſis, qui medici-
„nam docent, hic abuſus indicandus, eiusque aboli-
„tio flagitanda eſt. Praxis, niſi theoria eam adiuuet,
„non caret periculo: at theoria praxi deſtituta for-
„taſſe magis metuenda eſt. Vt diſcrimen inter me-
„dicum verum et theoreticum tollatur, vtque caue-
„tur, ne quis titulo medici ornetur, qui officio me-
„dici ſatisfacere nequit, neceſſe eſt, vt tirones cum
„in theoria tum in praxi inſtituantur. Alioquin
„quae didicerunt, ad aegrorum non ſalutem, ſed
„perniciem conuertent. Scilicet qui aegrorum le-
„ctis nondum viſitatis ad morbum ſanandum voca-
„tur, multitudine ſymptomatum obrutus nulla pot-
„erit ratione de morbi natura certo iudicare: ſem-
„per titubabit, ſaepe a via recta aberrabit, vſquedum
„praxeos diuturnitas certam morbi ſanandi rationem
„expiſcari eum doceat. Non ſufficit, elementa artis

„ſalutaris

„ſalutaris tenere; reſtat res longe difficillima, h. e. „eorum, quae didiceris, recta applicatio: haec tan„quam character eſt veri medici. Atqui nemo non „fatetur, iſtam tam neceſſariam praecepta medica ad „morbos ſanandos applicandi facultatem non poſſe „quemquam adipiſci, niſi mature ad praxin animum „aduertat, eique ſumma diligentia, ac peruicaci pa„tientia, quae omnes ſpernat labores, operam nauet. „Cur igitur Gallia ſchola medicinae practica caret? „Non negatum fuit hoc beneficium picturae, ſcul„pturae, arti veterinariae, nonnullis ſcientiae milita„ris diſciplinis, aliisque artibus minus neceſſariis. „Omnia docentur, ſi ſanandi artem excipias. Itaque „fit, vt ad noſocomia Pariſina tam parum ad medi„cum formandum inſtituta tironibus artis ſalutaris „recurrendum ſit.“

Iam noſter diligenter recenſet varias optimorum ſcriptorum opiniones, qui de hierarchia medicinali expoſuerunt, atque ex opinionum diuerſarum conflictu elicit, quae hanc partem iatrices eſſentialem et elementarem noua luce colluſtrent. Nulla motus aduerſus chirurgiam inuidia, ſed ſolam ſpectans humani generis felicitatem, ſequenti modo loquitur.

„Apud ruſticos, in exercitibus, in nauibus, deni- p. 31.
„que apud plebem egenam chirurgus medicinam „facere tenetur. Itaque neceſſe eſt, vt chirurgia ac „medicina ſibi inuicem opitulentur.“

Arbitratur auctor, numerum vniuerſitatum in Gallia maiorem eſſe (ſunt viginti duae), quam vt quaeuis facultas medica multos medicinae cultores habere queat. — Conſtat, noſtrum iam pridem pluribus libris de arte ſalutari euulgatis nominis celebritatem nactum eſſe: inprimis vero illis inclaruit, quae de ſtudiis medicis reformandis et corrigendis in diario medicinae Pariſino olim diſputauit. Quae etſi omnium rei peritorum plauſum promeruerunt,

tamen

tamen in nullum ſunt vſum conuerſa, vitiaque antiqua intacta manſerunt. Re denuo penſitata noſter credidit, reformandi modum illic propoſitum poſſe reddi tum ampliorem tum meliorem. Iam quae nunc eſt in Gallia rerum conuerſio, cum hominum animos ad vtiliſſima quaeque humano generi convertat, ſpes ei ſubnata eſt, conatus ſuos non omni ſucceſſu carituros eſſe, ſi modo conſilium ſuum a medicis probetur, hique vnanimi voce a ſenatu francogallico vitiorum reprehenſorum correctionem poſtulent. Hoc ſi euenerit, ſtudiique medicinalis ratio conſtituta fuerit, noſter fortaſſe elementa completa medicinae promulgabit: quod opus ſane nunc deſideratur, atque a noſtro iam abhinc 25 annos inceptum eſt. Sed huiusmodi opus vix ab vno homine ſperaueris, cum ad id perficiendum ea opus ſit auctoritate et adhortatione, quae in priuatum hominem vix cadere poſſit. Itaque melius foret, ſi talis labor a pluribus medicis ſuſciperetur, qui coniunctis viribus diuerſarum artis medicae diſciplinarum codicem elementarem componerent, in quo non omnia, quae vnquam dicta ſunt, ſed quae in libris medicorum ad inſtitutionem in arte medica conſtituendam vtil a proſtant, legerentur. In hoc medicorum ſenatu, qui maiore iure quam noſter, ſedeat, neminem ſcimus. Nec inuidebit, quicquid cognitionis rerum medicarum tum docendo tum ſanando ſibi comparare potuit. Quod ſi omnes ſcientiae pari modo tractarentur, inſtitutio mirum quantum perficeretur. Omnino res eſt digna eius nationis attentione, quae tanto im etu ad ſui regenerationem fertur. Sane vix poterit quidquam ad ſtudii medici reformationem melius excogitari, clariusque ac diſtinctius exprimi.

Finem faciemus huic recenſioni, vbi retulerimus, qua ratione clar. auctor medicinam tradat.

„Primis

„Primis profeſſionis meae annis, quemadmodum p. 41.
„anteceſſores mei facere ſoliti fuerant, ſatis habebam
„librum, qui tanquam baſis erat mearum lectionum,
„explicare. Sub finem anni admodum mirabar, iu-
„venes, quos nec ingenio carere nec ſtudio ſciebam,
„quique etiam meis ſcholis aſſidue interfuerant, cum
„in examinibus tentarentur, perquam male reſpon-
„dere. Itaque vt eorum attentionem figerem, ar-
„gumentum, de quo eſſet lectio habenda, interro-
„gando explicui. Huius rationis tantam cognoui
„vtilitatem, vt, ſi anatomes curſum excipias, eam vbi-
„que ſequendam putarem. Sic librum, qui baſis eſt
„lectionum, latine cum meis auditoribus ſermoci-
„nans explico. Tali ratione non modo diſcentes
„linguae latinae vſum adipiſcuntur, ſed etiam eorum
„attentio figitur, atque iudicandi de iis, quae ſciunt,
„facultas exercetur.“

IX.

Journal des ſciences utiles, par une ſociété de gens de lettres. Rédigé et mis en ordre par Mr. l'Abbé BERTHOLON, Profeſſeur de phyſique expérimentale de Languedoc, et membre de pluſieurs Academies nationales et étrangères. A Paris, chez M. Periſſe le jeune, et à Hambourg pour toute l'Allemagne, chez Mr. Daclin, et chez Mr. Faulche, Libraires, au Bureau des poſtes Imperiales. 1790. 8.

h. e.

Diarium ſcientiarum vtilium editum a ſocietate virorum doctorum. Cura abb. BERTHOLON.

Praeterierunt tempora, quibus mens humana phantaſmata vana perſequens ſolisque ſe paſcens inanibus commentis omnia repudiaret, quibus ſolius vtili-

vtilitatis ſignum eſſet impreſſum. Speculationes otioſae, ſyſtemata hypotheſesque metaphyſicae non amplius omnibus placent: ſcientiae noſtrae aedificium non iuuat amplius niſi baſi firmae, h. e. obſervationi et experientiae ſuperſtruere, ſemperque praefertur, quicquid vtilitatem priuatam publicamque promouet. Et ſane illae diſciplinae, quae ad generis humani felicitatem conducunt, ſolae dignae ſunt, quibus operam laboremque impendamus.

Iam hac noſtra maxime aetate, qua mens humana ingentem molitur reuolutionem, conuenit diarium in vulgus emittere, quod dicatum ſit felicitati humani generis, modoque efficaciſſimo ſemper renaſcentes neceſſitates ſubleuet. Cum enim, quae nos vndique circumdant, eorum vires corpori noſtro plus minusue prodeſſe aut nocere poſſint, oportet ſalutarium a noxiis diſcrepantiam bene noſſe, vt illa in vſus noſtros conuertere, haec fugere poſſimus. Maxime neceſſarium eſt, vt homo vaſtiſſimi huius regni, cuius eſt dominus conſtitutus, ſtatum probe ſciat, nec quicquam eorum ignoret, quae innumerabiles animantium caela, terram aquasque incolentium greges, varias plantarum vegetabiliumque omnis generis ſuperficiem globi noſtri contegentium familias, denique ingentem illum foſſilium in terrae viſceribus reconditorum nobisque tam vtilium numerum conſeruant ac tuentur.

Agricultura, ars omnium maxime neceſſaria, quae ſola ſine ceſſatione reproducit, conſtantequer omnibus et locis et temporibus multiplicat, vnae verae hominis diuitiae, digna ſane eſt, quae in diario ſcientiis vtilibus dicato primum locum occupet. Permutatio et circulatio productorum naturalium, quibus noſtris ſuccurritur neceſſitatibus, artes in elaborandis his productis occupatae, vt neceſſitatibus noſtris ſecundariis ſatisfiat, artes, quae voluptati inſeruiunt,

quasque

quasque in tanta seculi nostri luce ignorare non licet, omnes omnino disciplinae, quae audiunt astronomia, geographia, nauigatio, historia naturalis, quam late patet, hoc est zoologia, botanica, mineralogia, denique chemia, physica et mathematica cum disciplinis inde pendentibus hoc in diario tractabuntur, cuius editio pluribus viris eruditis librorum ab ipsis editorum praestantia in vulgus iam satis cognitis credita est.

Quorum in vsum hocce diarium maxime editur, hi sunt. 1) Institutores patresque familias, qui educanda iuuentute occupantur. In horum commodum subinde inserentur elementa disciplinarum, distributiones methodicae studium earum facilius reddentes, adnotationes historicae de viris doctis antiquorum recentiumque temporum vna cum doctrinae eorum expositione.

2) Feminae, quae cum a scientiis vtilibus percipiendis colendisque neutiquam alienae sint, hoc seculo praeiudicii, quod eas ab illarum studio olim alienarat, obstacula feliciter superarunt. Nam cum suorum felicitatem promouere tuerique debeant, vt hunc scopum assequantur, rerum vtilium cognitionem sibi parandam esse facile intelligent.

3) Omnes praediorum possessores. Hi experimenta, principia methodosque ad agriculturam in vniuersum, hortorum vinearumque cultum omnino que totam oeconomiam ruralem domesticamque spectantia in hoc diario reperient.

4) Verbi diuini ministri, quorum admodum refert nosse, quicquid vtilitatem praestat. His cum semper rerum ad populi necessitates pertinentium cognitio necessaria fuit, tum maxime hoc tempore necessaria est, quo ad partem administrationis tuendam vocati sunt. Habebunt hoc in diario morborum maxime obuiorum remedia simplicia vsuque facilia

cilia a medicis doctis, qui diarii vtilitatem ſuis ſtudiis augere conſtituerunt, propoſita et commendata. Praeterea reperient proceſſus illis ciuibus vtiles, qui varii generis neceſſitatibus oppreſſi ad ipſos ſemper confugiunt. Magna ſane felicitas, humani generis miſerias poſſe ſolari!

5) Magiſtratus municipales variarum vrbium. Hi diſcent inſtituta vtilia ſupremi Gallorum ſenatus (*aſſemblée nationale*), eorumque immutationes, quas conditio ſingularum vrbium efflagitat.

6) Denique ciues diuerſarum claſſium, qui academiarum labores nouaque in ſcientiis artibusque vtilibus inuenta noſſe, atque obſeruationes et experimenta virorum doctorum Galliae, Italiae, Angliae, Hiſpaniae, Germaniae, adeoque vtriusque Indiae, quibuscum editoribus huius diarii literarum commercium intercedit, collecta habere volent. Haec collectio, quae quoddam veluti promtuarium erit, breui poterit pro ſcientiarum vtilium bibliotheca haberi, quae vſum non momentaneum, quemadmodum tot ſcriptiones ephemerae, ſed conſtantem perpetuumque praeſtabit.

Tanquam ſupplementum accedent relationes de optimis operibus, quae ſingulis annis prodibunt.

X.

Oeuvres complettes de Mr. le Comte DE BUFFON. A Berne, chez la nouvelle Société typographique; à Lauſanne, chez Jean Pierre Heubach et Compagnie, libraires, 1790. 8. 40. volumes avec figures.

h. e.

Operum omnium BVFFONI editio Bernenſis.

Noua haec operum omnium BVFFONI editio ſuo quasque loco inſertas habet additiones, quae in prio-

prioribus editionibus per varia volumina diſperſae iacent; qua ipſa re lectores non parum iuuantur: nihil tamen in auctoris verbis immutatum fuit Tota operum collectio tres in partes diſpeſcetur. Prima continebit theoriam telluris generalem, epochas naturae et mineralogiam a theoria telluris pendentes: altera hiſtoriam hominis animaliumque mammalium: tertia ornithologiam. Quaelibet pars indicem habebit generalem ſumma diligentia compoſitum, qua re numerus ingens tabularum generalium et particularium compendii fit, quibus volumina aliarum editionum inutiliter grauantur. Tabularum aenearum elegantia haec editio Pariſinas forma octaua et duodecima ſuperabit. Charta erit bona literarumque formae nouae. Totum opus ſex in miſſus diviſum prodibit, quorum vnus alterum breui ſequetur, quoniam maxima figurarum pars iam abſoluta eſt. Primum volumen ornabit illuſtris auctoris effigies, ceteraque volumina pariter in fronte figuram aeri eleganter inſculptam gerent. Subſcriptio eſt ſex librarum Gallicarum, quae a pretio vltimi miſſus deducentur. Poteſt ſeparatim pro hiſtoria animalium quadrupedum, itemque pro ornithologicis voluminibus ſubſcribi.

XI.

Acta Academiae Caeſ. Reg. Ioſephinae medico-chirurgicae Vindobonenſis. Tom. I. Vindob. 1788. pagg. 376. c. LXIV. praef. prooem. et tabb. XI. aen. aliisque iconibus.

In huius libri, cui exterorum quoque obſeruationes rariores, diſtincte proponendae, teſtimoniis fide dignis comprobandae, ſi fieri poſſit, obſeruationis obiecto illuſtrandae, propriis tamen obſeruatoris ſumtibus ad academiae directorem vel ſecretarium mittendae, inſerentur, prooemio omnia, quae in ora- p. VII. p. IX.

tione I. A. EQV. A BRAMBILLA academiae ſolemniter apertae die habita exponebantur, denuo repetuntur. Quae quidem cum iam a nobis *), iudicio noſtro adiuncto **), indicata ſit, nunc mittamus, et ſolam membrorum academiae faciamus mentionem.

Praeſes perpetuus: IO. ALEX. A BRAMBILLA, S. R I. Equ. Carpiani feudatarius, Chir. D. Conſil. et Chirurg. actual. Imperat. etc.

Vices Praeſidis p. t. gerit IO. HVNCZOVSKY, conſil. chir. D. operatt. chir. art. obſtetr. chir. forenſ. prof. publ. ord. etc. *Secretarius perpetuus* IOS. IAC. PLENCK conſil. chir. D. chem. et bot. prof. publ. ord. etc.

Membra fixa.

IOS. DE GABRIELY, conſil. chir. et med. D. theor. et prax. clin. prof. publ. ord. etc.

WILH. BOECKING, conſil. chir. D. anat. et phyſiol. prof. publ. ord. etc.

p. LXI. HENR. STREITT, conſil. chir. D. pathol. et inſtit. chir. prof. publ. ord. etc.

VAL. GOEPFERTH, chir. D. etc.

Membra actualia.

ANT. DE BRAMBILLA, Imperat. chir. ord.

SIM. JENNAT, ſtat. milit. chir. ſupr. ciuil. noſod. Vindob. dirig.

GEO. PROCHASKA, med. D. anat. phyſiol. et doctr. d. ocul. morb. in reg. vniu. Prag. prof. publ. ord. etc.

p. LXII. ANT. SCARPA, chir. et med. D. in reg. Ticin. archigymn. anat. et chir. prof. publ. ord. reg. ac ſc. Berol. caeſ. Leop. ac nat. cur. et reg. ſoc. med. Pariſ. membr.

GEO. STAHLY, chir. D. in reg. vniu. Peſth. chir. et art. obſtetr. prof. publ. ord. fac. med. p. t. Dec.

Membra

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXVIII. p. 163. ſqq.

**) ibid. p. 166. ſq.

Membra adſociata.

ANT. LOUIS, phyſiol. prof. noſoc. charit. olim chir. prim. etc.

HENR. DE KELCHEN, Ruſſ. Imper. chiriat. et conſ. in reb. ad ſtat. publ. ord. ſ. Wladim. equ. praeſ. ac chir. Petrop. noſoc. regn. inſp. pag. LXIII.

VINC. MALACARNE, therm. dir. Taurin. praeſid. chir. prim. chir. prof. publ. ſoc. ſc. Veron. et ac. Foſſan. membr.

WILH. CRVIKSHANK, anat. et phyſiol. prof. Lond. et coll. med. membr.

Membra correſpondentia.

ANT. BEINL, caeſ. reg. leg. ped. I. B. de Preiſs chir. prim.

GEO. VERING, ped. qu. ſ. ſ. caeſ. reg. mai. nomen, leg. chir. prim.

IOS. SCHERER, in ac. caeſ. reg. Ioſeph. inciſor anat. et lect extraord.

IO. AD. SCHMIDT, in caſtr. protoch. reb. med. chir. ſecret. pag. LXIV.

BALTH. MOLITOR, ſtat. milit. chir. ſupr.

CAR. HABERLEIN, chir. D. caeſ. reg. ped. qu. Caroli archid. Hetrur. nomen, leg. chir. prim.

IOS. ZIMMERMANN, caeſ. reg. leg. Illyr. chir. prim.

Continentur in hoc primo tomo ſequentes diſſertationes et obſeruationes.

I. I. A. EQV. A BRAMBILLA *de fungo articulationis genu.* Eo ab aquoſis aliisque folliculatis tumoribus rite diſtincto, et ad frigidos lymphaticos relato, oriri eum a lympha mucilaginoſa glutinoſa inter ſubtillimas telae celluloſae laminas in modum gelatinae ſtagnante; latius ſe ſupra rectum, quam vaſtos, inprimis internum, expandere; fungi nomen ipſi ob elaſticitatem ſuam competere; alium mollem, interdum periodicum, in quo materia ſaliuae ſub lingua in hypogloſſide condenſatae ſimilis; alium durum p. 1. p. 4. p. 5. p. 6. p. 8.

et profundum, materia, vti cadauera doceant, cruſtae ſanguinis phlogiſticae, lamellatim et in ſtratis ſibi invicem impoſitis conſpicuae, (velut in aneuryſmatis veri interna parte videre liceat) ſimili inſignem eſſe,
p. 9. docetur: cauſaeque internae, et, quae frequentiſſi-
p. 17. mae, externae; tranſitus mollium in duros, ratio fungi partim mollis, partim duri, adeoque quaſi compoſiti, vt et fungi dolore, rubore, eroſione capſulae ligamentorum, et carie complicati, rationalisque iis medendi methodus probe exponuntur, variisque ob-
p. 19. ſeruationibus illuſtrantur. Suppurationem molliorum fungorum bis feliciter ideo forte eueniſſe, quod
p. 20. in loco a tumore remotiori enata fuerit; BELLIVM cauſam fungi ſcrophuloſam aſſumentem *) errare, ſcrophulas enim Anglorum ad lymphaticos tumores neutiquam pertinere, cancrum potius benignum imi-
p. 21. tari; linimento, de quo infra D. STREITT **), mol-
p. 22. liorem fungum ſanatum eſſe; in fungis durioribus inueteratis et neglectis amputationem membri in ſa-
p. 23. na parte citiſſime inſtituendam, non ſemper tamen
24. tutam eſſe; inciſionem fungi, vti ſeptem obſeruationes docent, et ipſe expertus, ſemper inferre mor-
p. 31. tem; ſetacea, cauſtica, antidota, ſpecifica aeque in-
p. 33. felicem edere effectum; digeſtionem laeſam inter-
p. 48. narum cauſarum eſſe frequentiſſimam; in vnico tantum caſu trochiſcos ex mercurio praecipitato rubro, alumine vſto, et gummi Arabico paratos profuiſſe.

p. 55. 2. D. IOS. IAC. PLENCK *de vſu corticis Chinae,*
p. 56. *mercurii et opii in tetano a vulnere.* Tetani, vel ſpaſmi totum corpus, inprimis ſpinam dorſi, per plurimos dies continuos infeſtantis quatuor eſſe ſpecies;
p. 57. tetanum ſtricte dictum, emproſthotonum, opiſthotonum, pleurothonum; eum oriri neruis vel vulneratis,
p. 59. vel, vt ipſe bis in ſubligatione funiculi ſpermatici

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXV. p. 39. ſq.
**) in hac Recenſione No. 13. p.

tici in ſarcocele maligna facta expertus, vehementer p. 60.
ligatis, vel corroſiuo laeſis, ligamentisque articulari- p. 59.
bus, quod inprimis in luxatione digitorum manus et
pedis, valde laceratis, non ita, ſi ſciſſa. Riſum ſpaſ-
modicum militum vulneribus praecordiorum mor-
tuorum, de quo PLINIVS, potius ex contuſione
neruorum ſtomachi explicandum, ſine eo enim mo-
rientem ſeipſum vidiſſe aegrum in diaphragmate
grauiter vulneratum. Diſponere ad tetanum clima p. 60.
calidum, aërem putridum corruptum, humidum no- p. 61.
ctiurnum frigus; ſuas ipſiusque HIPPOCRATIS ob-
ſeruationes huius aphoriſmum de prognoſi in tetano
refellere; ſe trium illorum medicamentorum virtu- p. 62.
tem in tetano curando tantum fuiſſe expertum. In
praxi enim ſua tricennali inter quinque exempla te-
tani a vulnere articulorum vnum a vulnerato digito
maiore pedis, et inter tria ab amputatione cruris
vnum corticis Chinae, cui per diem tria vel quatuor p. 64.
tantum opii grana addita, vſu ſanaſſe, aliis, quibus
per diem ad duodecim vſque grana opii propinata,
mortem non euadentibus; opium vero in iſtis re- p. 65.
gionibus ob putridam vulnerum, quibus tetanus ac-
cedit, indolem cum Chinae cortice eſſe combinan-
dum. In tetano a clauo in plantam pedis intruſo
binis his remediis per triduum fruſtra propinatis p. 66.
mercuriale vnguentum, a STAHLY etiam in tetano
vtile expertum, doſi eius ſenſim imminuta, proſpero
cum euentu eſſe inunctum. Praeter vndecim haec
enarrata tetani exempla adhuc vnum a vulnere faciei
conquaſſatae. Adiectae duae EQV. A BRAMBILLA
obſeruationes, altera de tetano complicatae fracturae p. 68.
tibiae nono die accedente in grauida, die ſeptimo poſt
partum ſaniſſimae puellae, pede ex ciſtula pro fra-
cturis licet non remoto, menſe poſt tetani initium
e apſo feliciter abſolutum plane profligato vnguento p. 71.
ex tribus vnciis olei hypericonis, tot drachmis axun

giae caſtorei, decemque granis opii parato maxillae, nuchae, et temporibus illito, et cortice Chinae cum
p. 75. pauxillo extracti Thebaici interne adhibito; altera de tetano a leui digiti vulnere ſolo opio ſanato. Quo et cum oleo amygdalarum propinato tetanus a vulnere digito diſcipuli in coſta cadaueris frangenda
p. 77. inflicto nono iam die mitigatus, tandem plane ſublatus eſt.

3. ANT. DE BRAMBILLA *de aneuryſmate venoſo.*
p. 85. Huius, ab HILDANO iam ita denominati, ſignum characteriſticum in eo ponitur, quod mollius, digitoque facilius cedat. Lanceola, inſtrumento in vena ſecanda vtique praeſtantiori, arteria vlnaris in loco a trunco brachiali aliquot lineas diſtante laeſa, et aneuryſma nucis iuglandis minoris magnitudinem
p. 86. habens enatum vna cum ecchymoſi oui magnitudinem aequante ſuper aneuryſmate, et alio tumore dolente non autem inflammato totam bicipitis, cuius aponeuroſis perforata, extenſionem occupante. Aneuryſma glomo, quinque graduatis pannis, et faſcia circulari oblique ſe decuſſante, omnibus aqua
p. 87. vulneraria papali frequenter madefactis, rite compreſſum, ligatura primum quatriduo, tum octiduo, tunc quindecim diebus, tandem tribus ſeptimanis elapſis, prout nempe dolores infra laeſum locum id
p. 88. exegerunt, ſoluta; ſexque menſium ſpatio ſanguinis via ex arteria plane deleta, ſeptem ſeptimanis poſt etiam relicta cubiti articuli immobilitas, antibrachiique atrophia ſublata. Aegra interea bis peripneumonia, febre intermittente et conuulſionibus affe-
p. 89. cta, valde debilitata infantem exiguum quidem, valde prolixis tamen capillis inſignem, vere decimeſtrem edidit, nunc validum. In altero aegro, cuius exemplo ſe edoctum fuiſſe Auctor fatetur, aneuryſma maiorem iuglandem magnitudine aequans pari modo ab EQV. A BRAMBILLA, quindecim diebus poſt

poſt venaeſectionem vocato, tractatum, et quatuor p. 90.
menſibus cum dimidio elapſis perfecte ſanatum eſt,
cicatrice tamen ita dura, vt tangendo piſum ſubeſſe
credideris. In tertia aegra primum tribus menſibus
poſt venae ſectionem auxilium petente aneuryſma
iam oui gallinacei magnitudinem habuit, omnes ve- p. 91.
nae ſub eo multum varicoſae, compreſſione palpita-
tiones cordis et animi deliquia enata, et aegra ideo
ligaturas reſpuens, iam vltra quinquageſimum an-
num prouecta, ſeptem annis poſt tabe obiit. Diſſeri-
tur poſtea de aneuryſmatibus non diu ſine notabili
vitae diſcrimine ferendis; de arteriis a peritiſſimis p. 92.
chirurgis, periculum autem eique obueniendi mo-
dum ſtatim intelligentibus, frequentius, quam ab
imperitis laeſis; de inſtrumentis ad comprimenda p. 93.
aneuryſmata inuentis omnibus facile negligendis; p. 95.
ſoloque glomo ex linteis carptis patulae arteriae
quam maxime conueniente applicando.

4. D. VALENT. GOEPFERT *de pareſi.* Variis de p. 96.
pareſi et paralyſi auctorum ſententiis diſtincte expo-
ſitis oſtenditur, pareſin, certe eam eius ſpeciem, de
qua hic ſermo, nondum rite cognitam, nec leuiorem p. 102.
eſſe paralyſeos gradum; ab eaque multum differre.
Praemiſſis etiam de motu et ſenſu phyſiologorum p. 105.
ſententiis et allata opinione, quod vi ſentiendi a ſolis p. 109.
neruis pendente ſenſus rarius motu pereat, quod
differentia inter motorios et ſenſorios neruos neu-
tiquam aſſumenda ſit, et quod cauſa motus efficiens p. 110.
ſit vis ex neruea et muſculari compoſita; ſtatuitur, p. 111.
pareſin ſtricto ſumtam ſenſu eſſe imminutionem vel
remiſſionem vis muſculos extremitatum mouentis,
ſenſim inuadentem, et increſcentem, coniunctam
dolore modo maiore, modo minore, nunquam peni-
tus ceſſante, ſenſu interdum integro permanente,
plerumque aliquantum laeſo; egregieque de cauſa
eius proxima, et remotioribus, ſymptomatibus, pro- p. 113.
gnoſi

p. 116. gnosi et cura disputatur, quam in eo esse, vt causa
p. 117. functiones organorum impediente sublata primum calefacientia, resoluentia, emollientia, aperientia, in malo non adeo inueterato sola sufficientia, neruinisque nonnisi vel vna cum illis, vel diuturniori illo-
p. 118. rum vsu praegresso, adhibendis praeferenda, ad sedem causae detectam, et quidem saepe per plures menses applicentur. Neruo autem diuulso omnia frustranea esse, nisi forte succedente tempore per ramos laterales vitium inde enatum corrigatur; FONTANAE enim, MICHAELISII, ARNEMANNIque de reproductione neruorum asserta experientia nondum esse comprobata. Ex anatome egregie docetur, in
p. 124. paresi brachii, ad vertebras colli quatuor inferiores, primamque dorsi, vel scapulam, in illa femoris ad lumbares vertebras, os sacrum, ipsumque femur ap-
p. 125. plicanda esse remedia. Dicta illustrantium obseruationum prima agit de paresi a violento lapsu ab equo
p. 138. versus lapidem angularem in acromion cum atrophia brachii dextri; altera de paresi cum atrophia
p. 141. femoris et cruris a lapsu per scalam; tertia de paresi femoris a trochantere lapide angulari in labendo
p. 144. percusso; quarta de paresi brachii a callo deformi fractam clauiculam et acromium conglutinante. Posteriores duae sunt Ill. EQV. A BRAMBILLA, omnes exempla exhibent morbi vel in initio, vel absentibus obseruatoribus in decursu peruerse tractati, diuturniori tamen et indefesso studio feliciter superati.

p. 152. 5. D. IO. ALEX. A BRAMBILLA *de colica saturnina.* Colicae in genere et saturninae in specie historia et descriptione tradita ad emollientium oleorum,
p. 159. pauxillo opii coniungendorum, vsum comprobandum affert trium puellarum cosmetico ex saturno parato abutentium, quarum duae medico ob verae morbi causae ignorantiam rectam medendi rationem negligente mortuae, tertia ab Auctore ex matris facie

cie cauſam morbi ſuſpicante ſanata fuit. Commendat coſmetica ex glacie Mariae, vel matre perlarum, vel calce biſmuthi, vulgo ceruſſa Hiſpanica dicta. p. 166.

Enarrat alia duo exempla pictoris, et filiae pictoris feliciter curata, tandem et puellae impetiginem miliaribus ſimilem vnguento ex terebinthina, butyro, et extracto ſaturni ad mammas repellentis, quarum ſiniſtra ſeroſo humore ſex per dies per papillam efluente ſana reddita, dextra autem in exteriori praeſertim latere induruit, inciſione facta primum quidem, vti Auctor etiam praedixiſſe gloriatur, pauxillum tantum ſanguinis, noctu tamen diebusque ſequentibus pus fudit, et aegra duorum menſium ſpatio perfecte reſtituta. p. 171. p. 172. p. 173.

6. D. GEO. PROCHASKA *obſeruationes de vaſis ſeminalibus, eorum valuulis, et via noua, ſemen virile in ſanguinem admittente.* Rete ex vaſculis teſtis paratum a MONROO filio multo ſimplicius et tenuius, quam ab HALLERO, depictum eſſe; eundemque epididymidem ex vnico tantum ſeminifero vaſe conſtantem recte ſtatuere, iudicat, et aſſeuerat, ſe diuerſis vicibus mercurium per totam epididymidem in rete, nec raro etiam in ductulos rectos, quorum plures quam viginti non recta, ſed ſerpentina via in ſubſtantiam teſtis intraſſe obſeruauerit, propuliſſe. Rationem vero, cur diametro licet vaſorum rete et conos HALLERI conſtituentium multo maiore quam epididymidis, ductulorumque rectorum capacitate mercurio capiendo non obſtante, rarius tamen, nec in omnibus ſubiectis aequali ratione hi ductuli repleantur, in eo eſſe, quod valuulae adſint in quibusdam mox in principio retis accurate conniuentes, indeque vaſcula occludentes, in aliis vero pauciores magisque dehiſcentes. In priori enim caſu vaſa retis a mercurio in multiplices expandi nodos, ex quorum aliquo interdum aliquid in vaſculum ſubterfugiat. p. 180. p. 181. p. 182. Tab. I. fig. 3. Tab. I. fig. 1. 2. T. I. f. 1.

p. 181. giat. Horum nodorum, licet a pictore neglecti non videantur, HALLERVM non meminisse, forte serius
p. 183. ad eos attendisse. Valvularum illarum vero fluxum seminis in epididymidem adiuuantium, refluxum pylori ad instar impedientium officium praestari praesertim cremaste testem versus abdominis annu-
T. I. f. 1. lum attollente et apprimente. Transitum seminis
3. vel immediate ex reti testis, vel ex ipso epididymi-
p. 184. dis principio in varios conos diuiso in venas sperma-
T. I. f. 2. ticas confirmat duobus experimentis, in quibus ad
3. epididymidem facilius replendam testiculi antea aliquanto diutius macerati.

p. 189. 7. ANT. BRAMBILLA *de spasmo cynico fortui-*
p. 190. *tam nerui laesionem insecuto.* Tumore duro glandularum submaxillarium praesertim dextri lateris, oui anserini magnitudinem habente, a perspiratione subito suppressa enato, angina, suffocationisque pe-
p. 192. riculo coniuncto, rite tractato, et fluctuatione per-
p. 193. cepta inciso, duobus diebus post sinus detectus est ad mediam vsque laryngem porrectus, quo caute
p. 194. licet dissecto ob quendam forte ex ramulis ab acustico duro neruo ad latissimum colli missis laesum, (vti in alio aegro etiam expertus) statim insequuta est conuulsiua oris sinistra versus distorsio sex per dies durans cum risu Sardonio tribus minutis post iam cessante, curata inuncto lateri sinistro linimento ex vncia vna vnguenti althaeae, duabus drachmis olei hyoscyami, totque olei florum verbasci parato.

p. 196. 8. *Animaduersiones de monstris humanis, et in specie historia grauiditatis quatuordecim annorum.* Monstra, ad quae et hermaphroditos refert, tantum ea vo-
p. 197. cat, in quibus forma externa peccat, deformitates internas lusus naturae appellans. Copiosa asseruari in museo academiae non raritatis, sed scientiarum
p. 198. illustrandarum gratia. De excrescentia carnea, anni spatio in fungum cum duobus ossificatis punctis in centro

centro extenſa, locum cruris a natiuitate tenente, feliciter amputata. De rite curato labio leporino vnum digitum cum dimidio lato et complicato cum fiſſura maxillae ſuperioris et palati. Reprehenſis p. 200.
auctoribus monſtrorum deſcriptiones tradentibus ſolus PROCHASKA laudatur, et promittitur inferenda cuilibet iſtorum actorum tomo deſcriptio cuiusdam monſtri in muſeo aſſeruati cum icone eius, ſequenti vero tomo expoſitio grauiditatum abdominis. Femina biennio poſt felicem partum denuo grauida, motum foetus debiliorem, ſenſim penitus ceſſantem, tum vero deſcenſum corporis grauis mutato ſitu ab vno latere in alterum cadentis, ad mortem vſque manifeſtum, percipiens, vndecimo grauiditatis menſe per triduum dolores ad partum ſenſim minores, tandem plane ceſſantes, aquis interea copioſe fluentibus, ſentiens, prolapſum et inflammationem p. 202.
vaginae ob vim ab obſtetrice adhibitam perpeſſa, rite tamen curata, praeter abdominis in regione vmbilicali dilatationem nullis incommodis affecta quatuor- p. 203.
decim adhuc annos cum dimidio vixit, tumque demum febre putrida correpta eſt. D. MÜHLBECK ſecto cadauere reperit vterum perfecte induratum, quatuor lineas craſſum, coeruleum, corrugatum, in ſecando valde tenacem, ex vtraque fundi eius parte appendices membranoſas, quae tamen pariter ac ouaria, tubaeque Fallopii non dignoſcendae, veroſimiliter tamen ligamenta vteri exſiccata referebant. Foe- p. 204.
tus capillati, placenta carentis, dorſum recta verſus os pubis deſcendit, facies retrorſum inteſtino recto innixa fuit. Orificium vteri, cum ima vteri parte Tab. II.
plane oſſificatum, repraeſentauit longum cornui III.
ſimilem conum, alte in vaginam deſcendentem, et ex conuolutis membris inferioribus conflatum. In foetu iſto, quem tabula ſecunda a dextro, tertia a ſiniſtro latere, quarta vero perpendiculariter fiſſum oſtendit,

trimeſtri

trimeſtri poſt ad academiam miſſo vterus cum amnii et chorii tunicis, communibusque foetus integumentis in vnum quaſi inuolucrum tam denſum concre-
Tab. II. tus apparuit, vt difficulter dignoſcenda fuerint duo
Tab. III. brachia, quorum dextrum introrſum contortum, tres-
IV. que pedes, quorum tertii diſtinctioris genu cum cubito ſiniſtri brachii concretum tuberculum obtulit.
p. 205. Omnes exteriores partes oſſificatae, caput perma-
Tab. IV. gnum, oculis, auribus, naribus, ore deſtitutum, in cranio fiſſuris carente ſubſtantia cerebri adhuc aliquantum pinguis et glutinoſa; lingua diſtincta, nullum medullae oblongatae et cauitatis thoracis veſtigium, corpore ſpinam dorſi varie flexam in parua quaſi oſſea ſpecu contentum, cauitas abdominis viſceribus plena, inter quae tamen ſolus ventriculus diſtinguendus.

p. 209. 9. D. IO. HUNCZOVSKY *de vtilitate decocti corticum nucum iuglandium ſiccatorum in tractandis vlceribus.* Variorum de vulnerum et vlcerum cura ſen-
p. 210. tentiis expoſitis, et puluerum, vnguentorum, ſpiri-
p. 212. tuoſorum, ſaturninorum, emplaſtrorum noxa demonſtrata, exſiccantium ea tutiſſima cenſentur, quae
p. 213. aequaliter adſtringunt et fugunt. Qua virtute pollere, et praeterea adhuc humorem e vaſis promanantem, cicatricemque formaturum lente condenſare decoctum illud; ſub eius enim vſu in vlcerum latiorum medio enaſci membranulas, quarto die iam ſine ſanguinis effuſione non diuellendas, ſenſim craſſiores factas cum ſimilibus a marginibus productis membranulis ſe coniungentes. Parari illud, putaminum nucum, in quibus ſiccandis nullum alteri incumbat, vnciam vnam tres quatuorue per horas in vna aquae libra macerando, tum per quadrantem horae ebullitioni committendo. Extractum, cuius aquoſi duas vncias ſeptemque drachmas, ſpirituoſi dimidiam vnciam ex quatuor ſiccatorum corticum

vnciis

vnciis PLENKIVS obtinuerit, cum mercurio in morbis venereis ab EQV. A BRAMBILLA adhibitum esse, longoque abhinc tempore in iisdem decoctum, cuius praecipuum ingrediens cortices nucum, vt novum praedicari arcanum. Spongiosas protuberan- p. 214.
tias in vlceribus obortas nullo egere caustico, sed mox abire in gelatinam. Ad decocti, quo lintea carpta et splenia humectanda, in humidis herpeticis a quadam cutis acrimonia obortis, nulla inflammatione coniunctis, latis et flaccidis, omnibusque simplicibus et planis vlceribus vtilitatem comprobandam ex plusquam triginta exemplis afferuntur septem p. 215.
obseruationes, quarum prima EQV. A BRAMBILLA, p. 221.
tertia BOECKINGIO debetur, tandemque decoctum in eo laudatur, quod non vti vnguenta et alia aërem p. 226.
nosocomiorum, in militaribus Austriacis ob simplicem deligandi modum semper purum, non corrum- p. 227.
pat, leuissimique sit pretii.

10. *Dissertatio de praeternaturalibus quibusdam* p. 228.
structuris cordis vasorumque illi proximorum. Prae- p. 229.
missis variis de latentibus morborum causis inuestigandis traduntur obseruationes illae, vt si praeterna- p. 232.
turalis structura causam morbi remotam praebere visa fuerit, morbi historia addatur, et casuum analogorum ab aliis enarratorum breuis simul mentio iniiciatur. Prima est D. ROTHII *historia duplicis ve-* p. 233.
nae cauae inferioris seu ascendentis, et insolite dilatatae auriculae cordis dextrae. Duplicaturae illius hoc vnicum esse exemplum in viro quinquagenario, gra- p. 235.
cili, valde cholerico, non nisi in pueritia aegroto octo per menses variis hepatis obstructionem comitantibus incommodis, inprimis asthmate, vexato. In p. 236.
medio frontis, in quo perpetua titillatio aegro vivente obseruata, dura mater a cranio remota fuit, p. 237.
lobi anteriores cerebri vtrinque collapsi, complanati; plura aneurysmata, inprimis in dextra carotide

infra

infra eius diuaricationem, pulmo colore plumbeo,
Tab. V. exſiccatus; cor, cuius auricula dextra ſaccum craſ-
fig. 1. ſum ſubcylindricum formauit, vna cum vaſis ſuis
p. 238. praeter modum magnum, et in tranſuerſum ſitum
quaſi tractum a canali atro coagulato ſanguine ple-
no, ambitum monetae viginti cruciferorum habente,
cylindrico, maiorem pollicem craſſo, digitum longo,
in ea conuexi hepatis regione, in qua viuente aegro
eminentia elaſtica, pro coli expanſione habita, anim-
aduertebatur, reperto, ibi tres exiguos canales in he-
patis ſubſtantiam immittente, oblique quidem e re-
gione venae cauae aſcendentis vna cum hac ad cor
Tab. V. tendente, margini vero anteriori ventriculi anterio-
fig. 2. ris immediate inſerto, infra quem oſtium eius rotun-
dum, valuulis tribus ſemilunaribus paruis plana con-
vexa parte canalem, concaua cor ſpectantibus dona-
p. 239. tum, deprehendebatur. Hepar permagnum ventri-
culum deorſum preſſit, ſplen exiguus induratus,
p. 241. omentum plane conſumtum fuit. Altera hiſtoria
eſt D. KLINZII, *praeternaturalis* nempe *conſtitutionis*
ſitusque viſcerum thoracis et ſtructurae peculiaris vaſo-
p. 242. *rum cardiacorum.* Huius ſtructurae id vnicum eſſe
p. 243. exemplum in milite, qui ante decimum ſextum aeta-
tis annum ex arbore lapſus tuſſi violenta haemo-
ptoidea affectus, inde, vti putauit, dextro lateri in-
cumbere non potuit, praeterea ſanus quarto anno
poſt febribus intermittentibus pertinacibus cum ob-
ſtructionibus viſcerum abdominis, inprimis lienis,
p. 244. coniunctis, per trimeſtre eum angentibus, e viuis
ereptus, nulla ſymptomata paſſus eſt, ex quibus tho-
racis malum colligi potuerit, praeter pulſationem
in epigaſtrio dextro, quae latens aortae aneuryſma
p. 245. indicare viſa eſt. Indicauit autem ſitum cordis in
T. VI. dextro thorace perfecte perpendicularem, quod in-
fig. 1. ferius incubuit parti latiori concauae pulmonis dex-
tri ſani. Ad quem directe tendit truncus arteriae
pulmo-

pulmonalis indiuiſus, ſolo manifeſto aliquo veſtigio canalis arterioſi quondam praeſentis in loco ſiniſtrae pulmonalis arteriae, vna cum ſiniſtro pulmone deficientis. Cuius locum tenuit humor albicans, gelatinoſus, inodorus, mediaſtinum, pleurae ad inſtar muco flauo craſſo obductum, arrodens, et dextrorſum premens. Vena pulmonis dextri in ſiniſtram cordis auriculam abiit. Aorta trunco pollicem lato, quatuor digitos longo, non arcuata, recta ſurſum aſcendit, poſt crucis in formam diuiſa fuit in horizontales duos, ſubclauias repraeſentantes, vnumque perpendicularem ramum, carotidem ſiniſtram conſtituentem, dextra ex ſubclauia dextra enata. Ex trunco aortae poſteriori loco orta eſt deſcendens, vna cum ramis ſuis diametrum ſolito minorem habens, ita, vt arteriarum iliacarum maxima diameter vix calamum excederet. Lien permagnus, induratus, omentum conſumtum fuit. Adiecta eſt obſeruatio D. HABERLEINII de militis, ab incunabulis continua tuſſi vexati, pulmone ſiniſtro ampliori omnia vaſa recipiente, dextrique loeum latice aquoſo occupante. Confirmantur porro obſeruationes LOBSTEINII et LEVELINGII circa indolem valuulae Euſtachianae et foraminis oualis factae obſeruatione D. BEINLII *de valuula* EVSTACHII *perfecte integra et foramine ouali* in milite quadragenario *prorſus aperto* reperto, aliaque in trigenario milite. Quae duae obſeruationes ab illis in eo diſcrepant, quod in priori foramen rotundum magis, quam ouale, diametro tranſuerſa quinque lineas aequauerit, a dextris ad ſiniſtra ita oblique directum fuerit, vt canali cylindrico ſimilius, ſpatiumque interiectum nouem decemque lineas effecerit; valuula ei propria, parieti auriculam ſiniſtram ſpectanti adnata, non ita magna, valdeque tenuis fuerit, veſtigiumque nullum adfuerit, vnquam extitiſſe diſpoſitionem ſanguinis tranſi-

p. 244.
p. 245.
p. 246.
T. VI.
fig. 2.
p. 242.
p. 243.
p. 249.
p. 252.
p. 253.
p. 252.
T. VII.
fig. 1.
fig 2

tum impediendi: in vtraque foſſa oualis plana et integra, non reticulata, annulus oualis muſculoſus
p. 253. valde robuſtus fuerit; foramine poſterioris obſeruationis illi prioris nec diametro nec longitudine aequali. Foſſae oualis integritatem et reticulationis
p. 254. abſentiam ab ampliori foraminis diametro dependere iudicat auct. Et in corde caſtoris, cordi infantis trimuli magnitudine aequali, foramen ouale apertum repertum eſt, an id ſemper reperiatur, affirmare Auctor non audet, licet caſtores diu ſub aqua delite-
p. 256. ſcere ipſe viderit. Vltima hiſtoria eſt *officuli conchi-*
p. 259 *formis, fibris cordis ibi, vbi ventriculi in apicem coëunt,*
T. VII. *firmiter inhaerentis*, craſſitie dorſum cultri, ambitu
fig. 3. ouum gallinaceum aequantis, in milite triginta et quinque annorum, nunquam de pectoris, frequenter de capitis doloribus conquerente, extinctoque morte ſubita, cuius origo vix niſi oſſi illi adſcribenda eſſe videatur, MORGAGNIO licet aliter ſentiente.

p. 263. II. D. WILH. BOECKINGII *diſſertatio de pertinacia vlcerum venereorum acrimonia ſcabioſa complica-*
p. 266. *torum.* Haec vlcera, militibus Auſtriacis praeſertim,
p. 281. quod multi eorum in vno eodemque contubernio
p. 267. verſentur, admodum familiaria, in quibus mercurius, in ſcabie efficax falſo creditus, nil efficere valeat, dif-
p. 268. ficulter ſaepeque tantum ex anamneſi eſſe dignoſcenda; iuſtam vero ſuſpicionem materiae ſcabio-
p. 269. ſae verae adiunctae mouere vlcera illa, quae ſordida, ſubflauo muco obducta, lardacea, ichorem rodentem ex lata ſuperficie mittant, profunde ēroſa margines exeſos habeant, leuiter tacta ſanguinem fundant, mercurialibus aliisque non depurentur, ſed peiora
p. 270. fiant, ſcorbutique ſignis careant. Non raro ſe etiam animaduertiſſe tumorem ſub vlcere in panniculo adipoſo profundius haerentem, durum, in ambitu vlcere ipſo latiorem, plus minusue dolentem. Ex quatuor ad dicta comprobanda adiectis obſeruationibus

patet,

patet, ſcabiem duos tresue per annos in corpore latuiſſe; aegris mane tres pilularum ex vna vncia mercurii viui puri, dimidia gummi Arabici et quatuor micae panis albi ad trium granorum pondus paratarum, veſperi vero puluerem ex ſcrupulo vno florum ſulphuris duobusque granis camphorae datum fuiſſe; aegro quartae obſeruationis, cuius ſcabies ab Auctore primum pro venerea habita, ob malum venereum per biennium eum iam male habens, tumoremque oſſis frontis valde dolentem, praeter illas pilulas et vnguenti mercurialis drachmas duas alternis diebus fuiſſe inungendas: Cel. WICHMANNI de ſcabie ſententia plane affirmatur; veram ſcabiem nunquam caput; veneream, efflorescentiae nomine potius appellandam, nunquam manus digitosque afficere; ſcabioſum, vel quondam ſcabie infectum a contagio venereo non immunem eſſe. p. 271. p. 272. p. 276. p. 279. p. 277. p. 279. p. 280. p. 281.

12. D. IOS. IAC. PLENCKII *obſeruationes circa vires antiſpaſticas ipecacuanhae in conuulſionibus grauidarum et parturientium.* Ipecacuanham, vtique opio, in hoc morbo nocente, praeferendam et adhibendam eſſe in conuulſionibus, a ſanguine ad cerebrum congeſto obortis, ſi venaeſectio, clyſmata, lotio capitis frigida, partusque promotio fruſtranea fuerint; vna cum larga tincturae cinnamomi doſi in conuulſionibus ab haemorrhagia magna vteri, non tamen in alia haemorrhagia vteri, quam quae ſpaſmis debetur, propinandam, in conuulſionibus a ſaburra biliosa, vna cum croco, aloë, et nitro in conuulſionibus a ſubita lochiorum ſuppreſſione; vna cum magna doſi arcani duplicati, et nitro camphorato in conuulſionibus a lactis ad cerebrum metaſtaſi; in aliis denique conuulſionibus, quae ab ignoto neruorum ſtimulo pendent. In conuulſionibus vero a nimia neruorum irritabilitate, feminam quatuor in partubus male habentibus, nec niſi abſoluto partu ceſſan- p. 285. p. 287. p. 288. p. 289. 90. p. 288.

tibus, quinto imminente partu aquarum profluuium accelerauit, opiumque feliciter propinauit; nec in
p. 289. his, nec in iis hyſtericarum, nec in iis a lotii diutiori retentione, vel rupto vtero ipecacuanham aliquid
p. 290. efficere putat Cel. Auctor. Cui tres, Steidelio duae,
p. 296. debentur obſeruationum ad praeſtantiam ipecacuanhae in illis conuulſionibus, a D. STAHLYO etiam expertam, confirmandam adiectarum.

p. 297. 13. D. HENR. STREITT *de vſu et effectu linimenti alicuius in tumoribus ſcrophuloideis.*
p. 298. Remedium iſtud VALLISNERIO a CHERLIO commendatum, a FRANC. RONCALI *) deſcriptum, obliuioni hactenus datum, omnibus aliis praeſtare in tumoribus illis glandularum ſucceſſiue modo tardius, modo ci-
p. 299. tius enatis, globoſis, varie magnis et duris, indolentibus, plerumque mobilibus et cuti concoloribus, a ſucci glandularum congeſtione et inſpiſſatione, vel parenchymatis obſtructione obortis, non ſtricto igitur illo plerorumque medicorum, inprimis Anglorum, ſenſu intelligendis, magis ad communes, quam proprias ſcrophulas pertinentibus, non haereditariis et congenitis, ſed accidentalibus, a ſtrumis et ſcir-
p. 300. rhis probe diſtinguendis, Gallicienſibus Carniolicisque
301. ob ſpiritus vini abuſum, iisdem et Styriis tironibus
p. 303. militibus ob noſtalgiam ſolemnioribus, in collo a fri-
p. 304. gido humidoue vento cito ſaepe orientibus, tunc vero ſolum forte parenchyma occupantibus, militibus ſaepe ob collaria rigida valde adſtricta familiari-
p. 306. bus. Remedium hoc, a RONCALI quoad ingredientium proportionem, non accurate deſcriptum, componi ex ſex vnciis dimidiaque fellis bouini, ſeptem drachmis olei nucum, decemque ſalis communis, hyeme calori fornacis per triginta et ſex horas, aeſtate ſoli per tres dies expoſitis, tum in mortario bene
p. 307. commixtis, complecti ſimul reſoluentem, ſtimulantem,

*) vid. Eius Hiſt. morbor. Brixiae 1741.

tem, emollientemque virtutem; reſolutione impoſſibili ſaltem adiuuare ſuppurationem; hac non perficienda imminuere tamen tumorem; reſoluere denique facillime tumores a perſpiratione frigore ſuppreſſa cito obortos, fotui ſicco et diaphoreticis non cedentes; eſſe vero tumorum cauſas ſimul removendas, aptam diaetam, et interna medicamenta, inprimis in glandularum meſaraicarum obſtructione pilulas ex gummi ammoniaco, ſapone Veneto, et rhei extracto non negligendas, ſaepe etiam, ſi duries inſignis, ſimplicia emollientia externa praemittenda; neceſſariam etiam lenem frictionem; ſufficere inunctionem bis de die inſtitutam; pluries enim tentata ob rubedinem ortam vſum linimenti ſaepe per aliquot dies intermittendum fuiſſe. Annexarum obſeruationum priores quatuor plenariam variorum tumorum reſolutionem, ſexta tumoris inſignis colli curationem ſuppuratione perfectam, quinta, ſeptima, et octaua ſolam tumorum imminutionem, nona et decima mollioris fungi articuli genu reſolutionem linimento praeſtitam teſtantur. p. 308. p. 309. p. 323. p. 311. p. 317. p. 315. p. 319.

14. D. IO. ALEX. DE BRAMBILLA *obſeruatio peculiaris cuiusdam ſpeciei elephantiaſis.* In puellae duos annos nouemque menſes natae, per totum corpus, capite excepto, nigerrimae, cute tactu dura et aſpera armatis oculis apparuerunt mera puncta nigra, ſpiſſe locata, oblonga, ſetas craſſas propius reſectas referentia, granorum milii inſtar eleuata, in manuum volis plantisque pedum duas lineas alta, in peripheria craſſiora, verrucas inferentia liuidas copioſas, digitos verſus tamen pauciores; aegra manibus pedibusue vti annitente ortae ſunt in cute rhagades decem vel duodecim lineas longae, dolorificae, ſanguinem fundentes, quare aegra dorſis manuum corpora prehendit; faciei color fuit naturalis, tantumque circum oculos profundos fuſcus, frons p. 324. p. 326.

p. 327. rugis exarata, totum corpus tumidulum. Parentes praeter patrem, ſcrophulis ante matrimonium laborantem, ſani primum non niſi ſubflauum, ſexta ſeptimana poſt inſigniter fuſcum, anno elapſo tandem atrum colorem in filia obſeruarunt, balnea ex herbis roborantibus, et acre quoddam medicamentum, ſquamarum nigrarum delapſum, colorisque atri aliquam remiſſionem tantum efficiens, fruſtra adhibue-
p. 328. runt. Suadente Auctore vnguenti althaeae duarum partium cum vna mercurialis mixtarum portio nucis auellanae magnitudinem aequans quotidie mane et veſperi primum manuum volis, pedumque plantis, tum ad ſuram vſque, denique et brachiis inuncta eſt, balneis ex herbae maluae decocto ſimul adhibitis, doſique vnguenti ſenſim aucta; interne vero lenibus purgantibus, decocto radicis bardanae et liquiritiae, perque decem tantum dies duodecim granis aethiopis mineralis vigintique quatuor florum ſulphuris propinatis. Quibus per quatuordecim ſeptimanas
p. 333. peractis aegra naturali colore praedita ad Caeſarem adducta eſt; poſtea adhuc vnguento ex ſex drachmis butyri cacao, totque recentis ordinarii, et decem granis praecipitati rubri compoſito, lotionibus et
p. 334. balneis, negligenter tamen, vtens. Pater enim lucri cupidus, quo filiam tanquam monſtrum per exteras regiones circumducere queat, reditum morbi ſperauit, ideoque et xenodochium a Caeſare oblatum recuſauit. Puella autem, ſolis volis manuum, plantis pedum, aliisque quibusdam corporis locis fuſcis et aſperioribus, a morbo libera manſit. Eam
p. 324. aegram tab. VIII. ſanam IX. repraeſentat. Negat et Auctor formationem foetus vi imaginationis deturpandam, inprimis ſi omnes eius partes iam integre euolutae.

p. 337. Tab. X. et XI. 15. D. ANT. SCARPA *de neruo ſpinali, ad octauum cerebri acceſſorio.* Traditis auctorum de hoc neruo ſenten-

ſententiis, Auct. miratur, quod dexterrimi anatomici
WILLISIO repugnauerint, iteratisque ſuis obſerua- p. 341.
tionibus docet, neruum hunc oriri tenuiſſimo fila- p. 342.
mento, per piam matrem translucente, frequentiſſime Fig.I. 1.
ſupra radicem poſticam ſexti paris ceruicalium, ar-
mato oculo in nonnullis prope ſeptimum, nudo ſem-
per prope quintum conſpicuo; in vno latere ſaepe
longiori, tum vero illo oppoſiti lateris ſemper craſ-
ſiori; aſcendere pene recta inter ligamentum denti p. 344.
culatum et radices poſteriores ceruicalium, in ſingu-
lisque harum interuallis nerueo filamento a ſpinali
medulla recepto, prope primum ceruicalium in in-
ſignem craſſeſcere truncum; primi ceruicalium pa- Fig.I. 2.
ris anteriori faſciculo vnum alterumque filamentum, e.
munere radicis poſticae huius paris fungens, mutua-
ri; non tamen perpetuo, haud raro enim ſine hac p. 345.
anaſtomoſi cranium ingredi; interdum etiam ex faſ-
ciculo ſtaminum neruorum ſpinalis medullae in eo
interuallo erumpentium filamentum vnum vel alte-
rum neruum acceſſorium ſuperſcandens radici ante-
riori primi ceruicalium ſocium ſe addere, reliquis
faſciculi ſtaminibus acceſſorio inſertis; in copioſis
cadaueribus bis tantum viſam eſſe communionem
acceſſorii cum radice poſtica ſecundi ceruicalium,
a MONROO iuniore pro perpetua habitam. Neruum p. 346.
porro acceſſorium cranium ingreſſum extrorſum in-
clinari, ſenſim a medulla oblongata recedere; ex
eius latere quatuor fibrillas conſtanter primum fiſ- Fig.I. 3.
ſas, ſaepeque ſingulis tribus quatuorue diſſectis te-
nuibus ſtaminibus de medulla erumpentes, quod
raro in filamentis a medulla ſpinali ortis, quae et
breuiora, fiat, colligere; cum nono cerebri nullam
in cranio communionem habere; per aliud fora- p. 347.
men, quod raro, quam vagum, e cranio egreſſum ſta-
tim iterum vno eodemque inuolucro cum vago con-
iungi; huius externo lateri arcte inhaerens ante,

quam de foramine lacero cum vago prodeat, in duos
p. 348. findi ramos. Quorum internum, vago arcte copu-
Fig. I. 5. latum, duo emittere filamenta, alterum ſuperius, alte-
III. a. rum inferius, oblique antrorſum procedendo fibris
Fig. I. 7. vagi anterioribus immediate incumbentia, et cum
III. b. ſat craſſo et conſpicuo vagi filamento vnum faſcicu-
Fig. I. 8. lum conſtituentia; ex quo oriatur pharyngeus, ab
III. c. interiori vagi latere ad pharyngem procedens. In
Fig. IV. vno tamen cadauere ab vno tantum interni illius
b - e rami filamento cum illo vagi; in duobus a ramo in
Fig. V. filamenta non diuiſo cum duobus vagi filamentis;
VII. a c. in aliis duobus pari modo, plexu tamen antea facto,
Fig. VI. ſemper tamen a vago et acceſſorio interno ſimul
a. b. pharyngeum hunc fuiſſe formatum. Quo miſſo ra-
p. 349. mum internum per poſticum vagi latus, eius telae
Fig. I. 9. cellulosae ante inhaerentem, deſcendere, denuo
aliis duobus filamentis a vago receptis craſſeſcere,
Fig. I. II. breui ad inferiora peracto itinere et paulo infra la-
F. I. 10. ryngei originem in plura ſtamina nerueis vagi funi-
culis intime admixta diſcedere, in ipſo vagi trunco,
p. 350. inde craſſiori, deſinere, oblongumque ganglion for-
mare, de quo tuto determinari queat, vnumquod-
que vagi funiculum infra ganglion ex propriis ſimul
et acceſſorii filamentis aequali proportione coalitum
eſſe. Quae ita in cadaueribus variaſſe, vt in primo
F. II. c d. cadauere faſciculus ille ex ramo interno et vagi fila-
Fig. III. mentis formatus in duos, pharyngeum, et alterum
VII. ganglion efficientem; in ſecundo et ſexto praeter
pharyngeum in duos leuiter flexos ganglion forman-
F. V. c-e. tes; in quarto et quinto praeter pharyngeum in
VI. b. c. duos ganglion facientes, alterum breuiorem mox ra-
moſum, alterum longiorem in imam ganglii partem
F. IV. a. demum abeuntem diuiſus fuerit; in tertio vero ca-
Fig. IV. dauere fibrilla a truncis acceſſorii et vagi copulatis
b. c. ad nonum cerebralium data primum ramus internus
Fig. IV. ortus, qui filamento ad pharyngeum cum alio vagi
c. d. forman-

formandum dato in tres abierit ramos, quorum ter- F. IV. h.
tius ganglion formauerit, priorum duorum alter in Fig. IV.
nonum cerebri deſcenderit, alter cum filamento ad f. g.
vagum viciſſim miſſo ſe coniunxerit. In eodem ca- F. II. e.
dauere itaque, in quo, vt et in primo, a vago fibra ad IV. i,
nonum miſſa, manifeſtam fuiſſe communionem,
quam cum nono hoc ramus acceſſorii internus, vbi
infra caluariam arcte cum vago cohaeret, non raro Fig. V. f.
habeat, vti et in quarto quintoque cadauere ab imo VI. d.
ganglii; in ſexto a poſteriore ramorum ganglion F. VII. e.
formantium ramulum quendam vel tenuem, vel craſ-
ſiuſculum ad idem nonum cerebri par tranſiiſſe. Ra- p. 355.
mum vero acceſſorii externum ad altitudinem duo- Fig. I. 6.
rum circiter pollicum retro venam iugularem inter-
nam deſcendere, tum inter hanc et arteriam occipi-
talem antrorſum et extrorſum emergere; ſupra il-
lius venae anteriorem faciem ſe incuruare; oblique
deſcendendo retro muſculum ſternomaſtoideum in-
cedere, huius carneos faſciculos modo perforantem,
modo ei ſuperficie tenus facie interna alligatum, ma-
gis ad poſteriora ceruicis vergere, ibi ad eundem
muſculum ramos, cum filamentis a tertio ceruicalium F. I. 13.
procedentibus concurrentes, dare; trans eundem ob
ſuſcepta craſſiora inuolucra, neruosque duos a ter- Fig. I.
tio ſecundoque ceruicalium vehementer intumeſce- 14. 15.
re; tum mittere ramum, cum aſcendente ſecundi F. I. 16.
ceruicalium anaſtomoſin facientem, ad ſuperiorem p. 356.
occipitalem trapezii partem, per huius muſculi in-
ternam partem, angularem ſcapulo tranſcendendo,
et ad poſteriora ceruicis ſe reflectendo, totum ſe de-
mittere; in eiusdem ſumma regione a trunco ex
quarto quintoque ceruicalium neruum perlongum F. I. 17.
et craſſum, cum quo, inſula in medio relicta, dupli- F. I. 18.
cem ineat anaſtomoſin, recipere; per totam eiusdem Fig. I.
longitudinem, datis ad eum ab vtroque latere ramis, 19. 20.
quorum nonnulli inter eius carnes altius cum fila-

Fig. I. mentis ſpinalium dorſalium congrediantur, comite
21. 22. arteria ceruicis tranſuerſa deſcendere; mox ſub illa
Fig. I. P. inſula leniter flexum: nullum igitur alium muſcu-
lum, quam ſternomaſtoideum, et trapezium, ramos
ab hoc externo acceſſorio accipere. Inter Auctores,
P. 358. praeter WILLISIVM et LOBSTEINIVM, veram nerui
acceſſorii originem ignorantes, MORGAGNIVM forte
ramum internum laceraſſe, externumque teretem vi
modica trahendo a vago ſeiunxiſſe et ita deceptum
P. 359. fuiſſe. Coniecturis Auctorum de vſu nerui acceſſo-
P. 362. rii pro inſufficientibus declaratis, et comparatione
vagi acceſſorio aucti cum intercoſtali neruo inſtitu-
P. 364. ta, demonſtratur, acceſſorium neruum ſua cum vago
plexuoſa anaſtomoſi huic late extenſam praebere ori-
ginem, totque a ſpinali medulla filamenta aduehere,
quot ab eadem in ceruice ſumat intercoſtalis, qui
P. 365. cum origine, tum compoſitione et diſtributione ma-
iorem, quam huc vſque creditum fuit, cum vago
habeat affinitatem; quaedam porro phaenomena
a conſenſu ventriculi, oeſophagi, et pharyngis cum
dictis muſculis pendentia ex acceſſorii cum vago in-
tima commixtione, pharyngei ex vtroque formatio-
ne, externique acceſſorii ad ſternomaſtoideum et
P. 366. trapezium diſtributione facile explicari poſſe. Quod
et hydrophobi, potu aſpecto ſpaſticam contractio-
nem in ſcrobiculo cordis, dein in oeſophago, pha-
rynge et larynge enatam, demum caput inuolunta-
rie antrorſum depreſſum, ſcapulasque ſurſum et re-
trorſum non ſine dolore tractas fuiſſe narrantis; vt
et dolorum ſcapularum, rigiditatisque trapezii et
ſternomaſtoidei, cum manifeſta capitis et ſcapularum
immobilitate coniunctae, in cardialgiis, anginis veris,
ſpaſticisque pharyngis affectibus animaduerſae exem-
plis illuſtratur; commendanturque altae trapezio,
praeſertim inuſtione, infligendae plagae in atonia
ventriculi et pharyngis.

XII.

XII.

Noua literaria.

Memoriae.

I. ANTONII BRUGMANS.

Is natus quidem est in Frisia A. R. S. CIↃIↃCCXXXII. d. XXII. Octobr. patre Viro plur. reuerendo et doctissimo PIBONE BRUGMANS, in pago Hantum et Hantumahuysen fidelissimo verbi diuini ministro. Prima disciplinarum tirocinia cum sub idoneis posuisset magistris, annorum XIV. adolescens ad academiam patriam, quae Franequerae floret, missus fuit. Ibi cum alios audiuit in literis humanioribus et philologia sacra, tum praecipue SAMVELEM KOENIGIVM, eo tempore philosophiae et matheseos sublimioris professorem celeberrimum. Exacto his in studiis biennio, quam veloces progressus fecerit, luculenter probauit conscripta et d. XXV. Maii CIↃIↃCCXLVIII. publice defensa dissertatione *de essentiarum idearumque absoluta necessitate earumque origine ex intellectu diuino.* Insignius adhuc specimen exhibuit anno sequente, sc. dissertationem *de phaenomeno*, qua d. XXIV. Maii publico examini submissa, summos in philosophia honores promeruit, et praemium reportauit, quo illustres Frisiorum proceres eos honestare solent, qui tam iuuenili aetate laurea doctoris digni iudicantur. Haec dissertatio, gallice reddita, altera vice cum notis doctiss. LUZACII Leidae prodiit CIↃIↃCCLVIII. Luculento hoc eruditionis testimonio ornatus, non tamen praeceptorem suum KOENIGIVM deseruit, sed Hagam Comitum ad docendam philosophiam et ius naturae discedentem secutus est, exeunte anno CIↃIↃCCL. vt ex amico ipsius aliorumque eruditorum consortio maiorem ingenii cultum caperet, et

partas

partas doctrinae copias amplificaret. Simul eo loco, occasione litis admodum celebris inter MAVPERTVISIVM et KOENIGIVM, edidit scriptum physicomathematicum, Leidae typis excusum, cui titulus: *Proeve over de waare Grondwetten der Beweging en ruste.*

Sed ex otio hoc literario euocandus tandem fuit, vt disciplinas, quas animo complexus erat, cum aliis communicaret. Cum enim amplissimus PETRVS CAMPERVS Franequera Amstelodamum concessisset, Perillustres Athenaei Frisiaci curatores ad obeundam professionem philosophicam, quam ille praeter medicam tenuerat, BRVGMANSIVM inuitarunt nostrum. Eam auspicatus est eiusdem anni mense Septembri, et inauguratus d. x. Mart. sequentis, habita oratione *de sensu communi, matheseos et philosophiae matre.* Inde ab eo tempore spartam, quam adeptus erat, vt ornaret, nihil sibi curae et contentionis reliquum fecit, cum docendo studiosam iuuentutem, tum varia ingenii monumenta edendo, qualia sunt schediasma, quo demonstratur, corpora perfecte dura cum principio continuitatis non consistere; nec non tentamina philosoph. de materia magnetica eiusque actione in ferrum et magnetem, quibus novam de magnete proposuit theoriam iuxta nonnullas, antea latentes regulas, simulque puncta primus descripsit, quae *indifferentiae* vocauit, postea a viris doctis, inprimis Cel. VAN SWINDEN, commentariis illustrata. Eius etiam hortatu perillustres academiae Franequeranae curatores nouum exstrui curarunt *theatrum physicum*, et insigni ornarunt instrumentorum adparatu; quod d. XVI. Mart. CIↃIↃCCLVII lectione solemni inaugurauit. Ita crescens Viri clarissimi fama effecit, vt, mortuo Cl. ENGELHARDO, ad Groninganam academiam vocaretur, quo in philosophiae et matheseos cathedra illi succederet. Huic quidem

quidem muneri inauguratus fuit d. XXI. Maii CIↃIↃCCLXVI. habita oratione ſolemni de *proferendis phyſices pomoeriis*, quae vna cum lectione ipſius auſpicali *de incognitis Dei perfectionibus* eodem anno prelo liberata fuit.

Poſt aliquot apud Groningenſes tranſactos annos in methodum incidit facillimam pariter ac peraccuratam, corporum qualiumcunque affinitates cum magnete inueſtigandi, quam praemiſſis diſſertatiunculis ſuper hac materia, et nouellis literariis belgicis (Letter Oeffeningen) inſertis, deinde in ampliori libro, quem *magnetiſmum* inſcripſit, et Leidae A. CIↃIↃCCLXXVII. prelo ſubiiciendum curauit, multo plenius expoſuit. Vtrumque eius de magnete opus, multis obſeruationibus auctum, in Germanicam translatum eſt linguam et Lipſiae editum cura C. G. ESCHENBACHII, Profeſſ. chemiae in acad. Lipſ. ordin. Quale mechanicum opus ab eo phyſici iure exſpectauerint, ex commentario ipſius patet, quo primam HERONIS ALEXANDRINI *operis barulci*, quod perditum putabant, partem donauit, quem *commentationum Societ. regiae ſcient. Gottingenſis* to. VII. inſeruit, ſub titulo *ſpeciminis mechanicae veterum per mechanicam recentiorem plenius expoſitae.* Huic ſcripto occaſionem dederat latina HERONIS, quoad opus barulcum, verſio, nondum penitus abſoluta, quam e mſto arabico parauerat Celeb. GOLIVS, ſed nondum publici iuris fecerat. Obtulit etiam illuſtri academiae Lugdunenſi in Gallia *tractatum de theoria Newtoniana circa refractionem radiorum ſolarium*, ob noua, quae continet experimenta multum laudatum. Cum potiorem vitae, ſtudiique ſui partem conſumſiſſet in corporum naturalium proprietatibus eorumque agendi ratione, praecipue per experimenta inueſtigandis, haud pauca, quae alii inuenerant, illuſtrauerat, haud pauca etiam, plane noua dete-

detexerat; vnde natus ipsi est ingens animaduersionum manuscriptarum thesaurus, quem in lucem emittere decreuerat, nisi praematura mors laboribus terminum imposuisset.

Praeter commercium literarium, quod cum maxime illustribus Europae physicis habuit, memorandum adhuc, BRVGMANSIVM adscitum fuisse in societatem, quae Groningae colligitur pro iure patrio excolendo. Simul ac illi esset adscriptus, recitauit elogium Cl. ENGELHARDI, cuius locum et in ea societate obtinuerat. Editum hoc est in tomo I. actorum (*Verhandelingen ter nasporinge van de wetten en gesteldheid onzes Vaderlands*), cui etiam inserendum curauit sermonem publicum *de monumentis variarum mutationum, quas Belgii foederati solum aliquando passum fuit.* Ab eo inde tempore multis dissertationibus res patriae in conuentu isto illustrauit, quarum vna *de aggeribus antiquis* (over de eerste aanleg der dyken, en's lands gesteldheid voor dezelve) anno proxime elapso sub prelo sudauit, quam mox secuta est altera *de ponderibus atque mensuris* (over de maaten en gewigten). Horum quippe incredibilis varietas et discrimen est in pagis Omlandorum et Oldamtensium: Noster vero rem omnem magno studio inuestigauit et *pedem* Groningae vsitatum variaque mensurae genera cum Romanis, et alibi in Belgio vsitatis diligenter contulit. Consultus etiam fuit a Proceribus prouinciae Groninganae de medio inuestigandi spiritum vini, e frumento adusti, et in hanc prouinciam aliunde inuecti, vt defraudationi vectigalis praecaueretur; quo fine hydrometrum, maxime accuratum, suppeditauit, ab iis nunc vbique vsurpandum, quibus in illa prouincia datum est, vectigalibus inuigilare.

Ingenium pie defuncto erat vere philosophicum, acre iudicium, in mathematicis, physicis ceterisque doctri-

doctrinis, ad Ipsius partes spectantibus, profunda eruditio: caeteroquin vero ille magis ad grauitatem, quam ad hilaritatem, erat compositus, attamen comis, affabilis, aditu facilis, probus praeterea, et maxime candidae fidei. Magistratum etiam academicum, ordine ad ipsum delato, fide summa gessit.

Ex illo, quod contraxerat, matrimonio superstites reliquit duos filios et tres filias. Priorum natu maior est SEBALDVS IVSTINVS, Philosoph. et medicinae professor, et primo in Franequerana academia philosophiae nunc vero in Leidensi botanices et historiae naturalis professor, vbi spartam suam splendidissime ornat; natu minor PIBO ANTONIVS, qui adhuc academiae Groningensis ciuis est, iuris studio operam nauans.

De valetudine beate d. XXVII. Aprilis CIↃIↃCCLXXXIX. anno aetatis suae LVI. defuncti Experientissimus F. VERSCHUIR, celebris in illa academia professor medicinae, haec retulit: „conditio „corporis defuncto talis erat, vt per totum vitae fere „decursum nonnisi morbis leuioribus, idque non fre„quenter, laboraret. Solidae corporis partes, licet „satis firmae, maiori irritabilitatis gradu gaudebant, „et nerui quoque sensibiliores erant, quam quidem „communiter locum habet. Si solida et fluida „simul considerabantur, status plethoricus locum ha„bere inueniebatur, hinc etiam tunica cellulosa pin„guedine repletior obseruabatur. In modo autem „recensitis causa mortis non inuenitur, nisi quis „exin deriuare velit degenerationem quandam in „tunica cellulosa, quae per longam annorum seriem, „adeo vt b. defunctus vix sibi primam istius origi„nem in memoriam reuocare posset, tantummodo „exhibuit tumorem paruum, innocuum, absque cu„tis mutatione, in superiore parte dorsi prope ad „collum. Verum ante quadriennii fere spatium re-

„rum

„rum facies miſere mutata fuit. Malum enim iſtud „latitans intumeſcere, et ſenſim ſenſimque magis „increſcere coepit. Cute diſrupta, varia tubercula „exin pronaſcebantur, quae longe lateque inſtar „fungi ſe diſpergebant, et e deſtructa fungoſa excre„ſcentia, quae radicitus exſtirpari non poterat, ſta„tim maiori rurſus vehementia prorumpebant, for„mando complura luxurioſe protuberantia tubercu„la, adeo, vt tandem vitium iſtud adeo enorme vo„lumen acquiſiuerit, vt longitudine vnius et latitu„dine dimidii pedis menſuram ſuperaret. Malum „iſtud horrendum chirurgis dicitur *Sarcoma:* quod, „nec mirum, vires corporis ſenſim fregit, febrimque „lentam, hecticam excitauit, quae aegro placidam „et exoptatam mortem procreauit.“

II. I. B. L. ROMAEI AB INSVLA.

Natus eſt in vrbe Gray, anno huius ſeculi triceſimo ſexto. Emenſo literarum humaniorum curriculo in ſtudio Pariſienſi, cohorti bombardariorum, in Indiam orientalem miſſae, a literis factus, ab Anglis capta Pondichery captiuus Tranquebarum, in inſulam St. Thomae et in Chinam ducebatur, tandemque poſt quinque captiuitatis annos CIↃIↃCCLXIV. obtinebat, vt in Europam poſſet redire. Redux in Galliam vt amorem hiſtoriae naturalis, qui in iſtis Orientis regionibus eius animum ſubierat, aleret, cum Celeberrimo SAGIO amicitiae vincula nectebat, qui, quamquam annis minor ROMAEO noſtro, tamen iam tum chemiam cum multo auditorum plauſu profitebatur. Haec quidem doctrina cum ante SAGII tempora in Galliis ad medicinae tantum atque pharmaciae commoda transferri ſoleret, ab hoc ipſo viro, qui Suecorum, Germanorumque praeclara hac in re exempla imitabatur, mineralogiae quoque dicabatur. Quam ob rem collegit amplum mineralium

corpo-

corporum apparatum, vt chemiae adminiculo in illa inueſtigare, atque eorum naturam accuratius, quam hucuſque fieri poterat, rimari poſſet. ROMAEVS, qui omnium fere laborum chemicorum, a SAGIO ſuſceptorum, comes et ſpectator erat, formam externam corporum, chemiae ope diſquiſitorum, cum eorum natura, ad cuius cognitionem hac quidem via peruenerat, comparans, ſic prima quaſi ſparſit cryſtallographiae ſuae, optimo cum ſucceſſu poſtea excultae, ſeminia.

Attamen non mineralogici argumenti, ſed alius ex hiſtoria polyporum aquarum dulcium deſumti expoſitione primus in publicum prodibat. Epiſtola ſcilicet eius, ad BERTRANDVM CIↃIↃCCLXVI data, phaenomenorum, quae in polypis TREMBLEY, REAUMUR, JUSSIEU aliique obſeruauerant, explicationem exhibuit ingenioſam, multisque alio um obſeruationibus ſuffultam. — DAVILA, qui tunc theſaurum collegerat corporum mineralium valde amplum, cum conſtituiſſet eius diuenditionem, ROMAEO enumerandorum omnium, quae hoc theſauro continebantur, corporum laborem iniunxit, qui adſumto huius laboris ſocio SAGIO tribus voluminibus elaborauit indicem, ob diiudicationem corporibus enumeratis et in ordinem quendam redactis adiectam apud viros mineralogiae ſcientia claros et nunc adhuc celebratum.

Cum fortuna ipſi opibus haud ita proſpexiſſet, vt ſtudiis incumbere nulla aerumna preſſus poſſet, ad opulentiorum liberalitatem confugere fere ſemper erat coactus. Ac SAGIVS quidem primis a reditu eius ex India orientali annis ſuggerebat ipſi, vnde viuere poſſet: deinde in notitiam venit ENNERYI, viri monetarum colligendarum ſtudio accenſi, et de omnibus, qui doctrinae cuiuscunque excolendae cupidine flagrabant, nec ingenii dotibus deſtituti erant, bene mereri cupientis. Hic vt

suo domicilio et conuictorio vteretur, ROMAEVM liberaliter inuitauit, atque effecit, vt ipsi ideam illam summi LINNAEI, qua omnia corpora regni mineralis secundum characteres a crystallisationis modo desumtos, in ordinem systematicum redigi posse putabat, diu fotam, atque mineralogici DAVILAE thesauri vsu magis efformatam, in opere *crystallographiae* notissimo exponendi otium esset. Quod quidem opus, quamquam imperfectum, tamen longe plures, quam quae LINNAEO cognitae erant, crystallorum formas in publicum produxit, ita, vt et LINNAEVS ipse non posset non illi tribuere laudes meritissimas. Scribebat enim d. XIX. Mai. CIↃIↃCCLXXIII. ad doctissimum crystallographiae auctorem: *inter opera mineralogica, hoc seculo elaborata, certo crystallographia Tua primaria est: testatur acerrimum ingenium Tuum, obseruationum numerum immensum, lectionem stupendam, et tamen, quod rarum est, animum in me mitissimum.*

Quae quidem tam illustria de mineralogia merita apud exteros maioris, quam apud conciues suos, aestimabantur. Nam variae scientiarum academiae, regio-caesarea naturae curiosorum, Berolinensis regia (1780.), Holmensis, electoralis Moguntina, quae Erfurti est (775.), societas aemulationis Leodiensis, inter suos ipsum recipiebant socios, cum contra ea Parisiensis, cui se donata ipsi crystallographia et dissertatione *de mutationibus, quae variis mineris metallicis et inprimis pyritae martiali accidunt*, in consessu societatis solemni praelecta commendauerat, indignum ipsum iudicaret, qui et honoribus, et emolumentis membri huius scientiarum societatis ordinarii frueretur. Anno CIↃIↃCCLXXVIII. explicationem edidit theoriae chemicae, quam tunc temporis SAGIVS adhuc profitebatur, adsumto huius laboris socio celeberrimo DEMESTEO: anno sequenti commen-

commentarium contra ſyſtema ignis centralis promulgabat, qui BVFFONIS ipſius meruit plauſum.

Inter hosce aliosque labores collegit magnam obſeruationum copiam, quibus cryſtallographiae alteram editionem adornare atque augere in animo habuit, quae, niſi plane nouum opus rectius appellare eam malis, anno CIↃIↃCCLXXXIII. quatuor voluminibus formae octauae prodiit. Praeterea quoque elaborauit diſſertationem *de characteribus corporum mineralium externis*, anno ſequenti cum orbe literato communicatam, quae inter labores eius, mineralogiae dicatos, et ab ipſo editos, vltima eſt.

ROMAEVS cum maecenatum ſuperbiae haud adularetur, diu ſine omni ſtipendio et quaſi oblitus latuit, vſque dum ſollicitationibus amicorum eius penſionem librarum Dc. gallicarum, et quadriennio poſt denuo CCCC. librarum extortam ipſe quotannis ex aerario publico dono acciperet. Quae quidem emolumenta eo optatius ipſi contigerant, quo acerbius eum fortuna adflixerat morte, ENNERYVM anno CIↃIↃCCLXXXVI. abſumente.

Eadem tamen ipſa mors ROMAEO nouum, in quo ſuas exercere ingenii vires poſſet, aperuit campum. Nam cum is catalogi editor teſtamento conſtitueretur, quem de monetis magno cum ſtudio collectis ENNERYVS ipſe confecerat, ROMAEVS magnis quibusdam, ex auro cuſis, nummis ad pondus in Galliis vſitatum exacte reuocatis, et cum pondere nummorum, a Romanis reipublicae tempore cuſorum, comparatis, feliciter eruit, quaenam librae Romanae ad illam inter nos receptam ponderis ſpeciem, quam *marcae* nomine inſignimus, fuerit ratio. Sed indefeſſi viri labor hac in re non ſubſtitit, ſed etiam ad finiendum drachmae, talenti rel. inter Graecos vſitatorum pondus, cuiusque ad noſtra pondera rationem vlterius progreſſus eſt. Inter hosce conatus, nouam

ponderibus veterum adfundendi lucem, enascebatur laboriosum *metrologiae* opus, quod, fere totum tabulis constans, superiori anno editum est.

Vita sedentaria et studiis continuis fere occupata sanitatem, quae ROMAEO iam per se minus firma erat, magis adhuc infringebat. Dispositio enim hydropica diu iam ipsum male habuerat; sed videbatur tamen medelae nuper adhibitae feliciter cedere. Attamen hae merae insidiae erant: nam morbus aliquantum sopitus recrudescebat atque ipsum d. VII. Martii rebus humanis eripiebat.

Praeter catalogos, quos confecit, collectionis mineralogicae Dauilanae CIↃIↃCCLXVII. Forsterianae primae CIↃIↃCCLXIX. Boucherianae CIↃIↃCCLXXI. Forsterianae secundae CIↃIↃCCLXXII. Beostianae CIↃIↃCCLXXIV. Gouffierii et Pigachei CIↃIↃCCLXXVI. Forsterianae tertiae CIↃIↃCCLXXVII. et quartae CIↃIↃCCLXXXII. haec est ROMARI nostri scriptorum series, hi tituli:

1. *Lettre de Mr.* DE ROMÉ DE L'ISLE *à Mr.* BERTRAND *sur les polypes d'eau douce.* Par. CIↃIↃCCLXVI. in 12. nunc valde rara.
2. *Catalogue systématique et raisonné du cabinet de Mr.* DAVILA. Paris. CIↃIↃCCLXVII. vol. I–III. 8. ornés de figures en taille douce.
3. *Essai de cryſtallographie, ou déſcription des figures géométriques propres à différens corps du regne minéral, connus vulgairement ſous les noms de criſtaux.* Paris. CIↃIↃCCLXXI. cuius versio germanica prodiit a C. E. WEIGELIO facta CIↃIↃCCLXXVI. Editio altera publicam adspexit lucem CIↃIↃCCLXXXIII. vol. I–IV. 8.
4. *Déſcription méthodique d'une collection de minéraux, ouvrage où l'on donne des nouvelles idées ſur la formation et la décompoſition des mines avec un expoſé des ſentimens des minéralogiſtes*

les plus connus sur la nature de chaque espèce, le minéralisateur, qui s'y rencontre, et la quantité de métal, qu'elle produit. Paris. 1773. in 8.

5. *Lettre relative à la déstription méthodique d'une collection de mineraux* in diario physico, quod celeb. DE LA METHERIE et MONGEZ iunior edunt post Abbatem ROZIERIVM, *to. III. p.* 219.

6. *Lettre du Docteur* DEMESTE *au D.* BERNARD. Par. CIↃIↃCCLXXVIII. 12.

7. *Mémoire ou observations sur les alterations, qui surviennent à différentes mines métalliques et particulièrement à la pyrite martiale,* in eodem diario to. XVI. mens. Octobr. CIↃIↃCCLXXX. *p.* 245.

8. *L'action du feu central bannie de la surface du globe et le soleil retabli dans ses droits contre les assertions de MM. le Comte* DE BUFFON, DE MAIRAN, BAILLI etc. Paris. CIↃIↃCCLXXIX. et edit. altera CIↃIↃCCLXXXI. 8.

9. *Des caractères extérieurs des minéraux, ou réponse à cette quéstion: existe-t-il dans les substances du regne minéral des caractères, qu'on puisse regarder comme spécifiques etc.* Paris. CIↃIↃCCLXXXIV. 8.

10. *Mémoire sur l'ambre gris,* in diario physico to. XXV. p. 372.

11. *Observations sur les rapports, qui paroissent exister entre la mine dite* cristaux d'Etain, *et les* cristaux de fer octaëdre, *in actis acad. scient. Mogunt. quae Erfurti est,* ann. CIↃIↃCCLXXXVI. et in diario physico *to. XXXIII. p.* 39.

12. *Métrologie ou tables pour servir à l'intelligence des poids et mesures des anciens et principalement à determiner le valeur des monnoies grecques et romaines, d'après leur rapport avec les*

poids, les meſures et le numéraire actuel de la France. Paris CIↃIↃCCLXXXIX. 4. Cuius libri dedicatio cum breuis ſit, lubeat eam hic transſcribere: Patriae renaſcenti ſub auſpiciis inclyti regis Ludouici XVI. anno reparatae ſalutis CIↃIↃCCLXXXIX. Neckero calumnia ſublata publicum aerarium feliciter gubernante et natione gallica pro legibus ac fide publica reſtituendis Verſaliis conuocata opus ſuum vouet, dicat, conſecrat I. B. L. DE ROMÉ DE L'ISLE, Francigena.

Mortes.

Abbas L'EPÉE, laboribus ſuis, miſeram illam hominum claſſem, quae ſurda mutaque naſcitur, loquelam facultatemque ſua literarum miniſterio quaſi pingendi cogitata, docendi per triginta annos ſuis ipſius ſumtibus feliciſſime continuatis notiſſimus, diem obiit ſupremum. Quod quidem humanitate digniſſimum inſtitutum ne hac morte diſſolutum corrueret, cauit Lutetia Pariſiorum ſubminiſtratis publice ad illud ſuſtinendum neceſſariis ſumtibus. Rex Ludouicus XVI. ſoli, quod Coeleſtini olim poſſidebant, partem aliosque reditus coenobiales eidem inſtituto pro ſua liberalitate donauit. Cum hac morte coniungendus obitus

SAMVELIS HEINICKE eſt, qui anno huius ſeculi XXVII in pago quodam Thuringiae *Nautſchütz* prope Leucopetram natus, anno aetatis XXIV. nomen inter milites cuſtodes corporis Principis Sereniſſimi noſtri profitebatur. Quod ipſi ſupererat otium, ad literas, quarum tyrocinium iam antea poſuerat, magis excolendas impendebat, et miſeris illis hominibus, qui muti naſcuntur, inſtituendis ſeſe dicabat. Poſt bellum illud ſeptenne, noſtris terris fere exitioſum ſtudiorum ſuorum curſum interruptum vt denuo inchoaret, feliciusque abſolueret, Ienam petiit, et paulo

poſt

poſt Hamburgum, vbi Comiti de SCHIMMELMANN iuueni ſtudiorum comes ita adiungebatur, vt huius patri ſimul a literis eſſet. Cui quidem prouinciae per decem annos cum laude praefuit, vſque dum cantoris munere Eppendorfii prope Hamburgum ornaretur. Ibi nactus occaſionem, ſuam methodum, ſurdos mutosque natos homines inſtituendi, quam multa meditatione excogitauerat, exercendi, eam inuenit ſuis votis, et quidni? votis omnium, quibus humanitas curae cordique eſt, optime reſpondentem. Ea quoque opportunitate vſus eſt ad edendas ſuas obſervationes de mutis factas. Anno CIↃIↃCCLXXVIII. a Sereniſſimo Saxoniae Electore cum ſtipendio annuo ampliſſimo inuitabatur, vt Lipſiae eiusmodi inſtitutum aperiret, quo muti ſurdique reciperentur receptique ita erudirentur, vt et ſua animi ſenſa aliis aperire et ab aliis dicta comprehendere poſſent. Huic inſtituto praefuit inde vſque ad mortem, quae ipſum pridie Cal. Maias huius anni viuis eripuit.

Experientiſſimus IO. BAPT. BONNEFOY, etiam inter nos partim diſſertatione ſua inaugurali; *de l' application de l' électricité à l' art de guérir*, à Lyon CIↃIↃCCLXXX. 8. quae ab horum Commentariorum editore praeſente CIↃIↃCCLXXXV. vna cum Cl. MAUDUYTI libro: *Mémoire ſur les différentes manières d' adminiſtrer l' électricité et obſervations ſur les effets, qu' elles ont produits.* Paris CIↃIↃCCLXXXIV. 8. in germanicam linguam ſub hoc titulo: *Geſchichte der mediciniſchen und phyſicaliſchen Electricitaet etc. Aus den neueſten Schriften zuſammengetragen und mit eigenen Verſuchen vermehrt v.* D. CARL GOTTL. KÜHN. Lipſ. 8. translata eſt, partim reſponſione ſua, propoſito ab academia chirurgica Pariſienſi proemio digna iudicata, ad hanc quaeſtionem: *quinam effectus ab animi influxu in morbos chirurgicos pendent*, notus, anno aetatis XXXIII. menſe Octobri ſuperio-

ris anni obiit. Breui ante mortem ab academia scientiarum Lugdunensi inter socios adscitus erat suos.

GVILIELMVS CVLLEN, qui professionem medicinae practicae Edini magna cum celebritate tuitus est, et orbi literato *synopsi nosologiae methodicae.* Edinb. 772. vol. II. 8. *Lectures of the materia medica.* Lond. 780. 4. *First lines of the practice of physic.* Lond. 776. cuius libri quinta quatuor voluminibus comprehensa editio CIↃIↃCCLXXXV. prodiens a bibliopola CCC libris anglicis redemta fertur; *Institutions of medicine containing physiology.* Lond. 785. ed. tertia. 8. *on the recovery of persons drowned and seemingly dead.* Lond. 776. *A treatise on the materia medica.* London 789. vol. II. 4. optime notus, d. v. Februar. h. a. annos LXXX et quod excurrit natus, mortuus est. De cuius viri vita meritisque de re medica summis alia occasione vberius exponere apud animum constituimus nostrum. Eius opiniones atque theoriae apud exteros maiori, quam apud concives suos, pretio habentur.

GE. CLEGHORN, quondam professor anatomes in collegio Dublinensi, quod a trinitate nomen habet, mense Decembri superioris anni viuis ereptus est. Eius *observations on the epidemic diseases in Minorca from* 1744. *to* 1749 London 751. 8. a Celeberrimo ACKERMANNO in nostram linguam translatae, eruditorum plausum tulere.

ANTONIVS BRVGMANNS, Prof. physices et matheseos Grouingensis, de cuius vita supra retulimus, superiori anno d. XVI. April. diem obiit suum.

PRVDENTIVS HEVINVS, qui in academia regia chirurgorum Parisiensi vicem directoris sustinebat, et de tracheotomia, nephrotomia, abdominis sectione, et chirurgica pathologia atque therapia optime scripsit, anno aetatis LXXV. placide extinctus est.

IOH.

IOH. IACOB. BOSSARTVS, philoſophiae ac hiſtoriae profeſſor in ſeminario Barbyenſi, et hiſtoriae naturalis cognitione haud vulgari praeditus, d. XIII. Nou. ſuperioris anni mortuus eſt. Praeter editionem G. A. OLDENDORPII *hiſtoriae miſſionis fratrum euangelicorum in inſulas Caraibicas St. Thomae, Crucis, et Ioannis, Barb.* 777. vol. II. 8. ab ipſo paratam, edidit etiam *breuem inſtitutionem, corpora naturalia colligendi et tranſportandi*, Barb. 774. 8. et de theſauro rerum naturalium, qui Barby collectus adſeruatur, augendo ordinandoque multum meruit.

IO. IAC. HEMMERVS, Elector. Palatin. a conſil. ſacr. et capellan. primar. aul., Capitularis Heinsbergenſis, muſei phyſici Elector. Manhem. praefectus, ſocietatum Manhemenſis, Bononienſis, Diionenſis, agriculturae Heidelbergenſis ſocius, et ſocietatis meteorologicae Palatinae perpetuus ſecretarius, d. III. Maii h. a. anno aetatis LIV. rebus humanis valedixit.

Honores.

D. ANDREAS DVNCAN, qui priuatim hucuſque docuit artem medicam, GVILIELMO CVLLENO ſucceſſit in profeſſione medicinae practicae.

XII.

Catalogus librorum, qui anno 1788. prodierunt.

ABBILDUNG *der Baeume u. Straeucher, welche in Teutſchland wildwachſen, oder im Freien gezogen werden und dabey auf irgend eine Art einen beträchtlichen Nutzen haben. Erſt. Dutzend. ill. Fol. Regensburg.*

ABBILDUNGEN (*natürliche*) *der merkwürdigſten Thiere nach ihren Geſchlechtern, mit Farben nach der Natur erleuchtet, XXXV. XXXVI. XXXVII. XXXVIIItes Quartal. welche Tab.* 409–456. *enthalten. Berlin u. Stralſund.* 8.

ABHANDLUNGEN *der boehmiſch. Geſellſchaft der Wiſſenſch. für* 1787. *oder Theil* 3. *m. Kupf. Dresden.* 4.

— (*neue*) *der K. Schwed. Acad. der Wiſſenſch. aus der Naturlehre, Haushaltungskunſt u. Mechanik. a. d. Schwed. überſ. v.* KAESTNER. *Band* 8. *m. Kupf. Leipz.* 8.

— (*phyſikaliſche u. philoſophiſche*) *der Geſellſchaft der Wiſſenſchaften zu Mancheſter. a. d. Engl. m. Kupf. Theil* 1. *u.* 2. *Leipz.* 8.

— (*phyſiſche*), *von der mütterl. Pflicht des Selbſtſtillens u. ihrem Einfluß auf das Wohl des Staats. Nach der Vorſchrift* TISSOTS *u. anderer berühmten Aerzte. Augsburg.* 8.

— *über den Stein u. die Gicht, worin die Urſachen dieſer beyden Uebel unterſucht u. ihre wahren Vorbauungs- u. Heilmittel gezeigt werden. Nach der zweiten verb. Ausgabe aus d. Engl. überſ. Zittau u. Leipz.* 8.

— *von den Geheimniſſen keuſcher Liebeswerke. a. d. Franz. des* VENETTE. *neue Aufl. Dresden.* 8.

ABILDGAARD (P. C.) hiſtoria breuis regii inſtituti veterinarii Hafnienſis. Hafniae. 8.

— *Pferde- u. Vieharzt in einem kleinen Auszuge, oder Handbuch der gewoehnlichſten Krankheiten der Pferde, des Hornviehes, der Schafe u. Schweine etc. zweyte vom Verf. ſehr verbeſſ. Ausgabe. Kopenh.* 8.

ACTA Academiae Caeſar. Regiae Ioſeph. medico-chirurg. Tom. I. c. tab. aen. Viennae. 4.

— Academ. Electror. Moguntinae Scient. quae Erfordiae eſt, ad annum 1786. 1787. Erford. 4.

— noua Heluetica phyſico-mathematico-botanico-medica. fig. aen. illuſtr. Tom. Imus. ſiue veter. Actor. Tom. IX. Baſileae. 4.

ADAIR'S (IAC. MAKITTRIT) *phyſiologiſche Bemerkungen über die Natur des Menſchen u. über die Wichtigkeit des medizin. Studiums. a. d. engl. überſ. v. D.* C. F. MICHAELIS. *Zittau u. Leipz.* 8.

AITKENS (IOH.) *Grundſaetze der Entbindungskunſt. a. d. Engl. überſ. u. mit Anmerk. herausg. v.* C. H. SPOHR. *m. Kupf. Nürnberg.* 8.

AEPLI'S (I. M.) Antireimarus, *oder von der Nothwendigkeit einer Verbeſſerung des Medicinalweſens in der Schweiz. Winterthur.* 8.

ALOPAEVS (SAM.) *Beſchreibung der in Ruſſ. Kaiſerl. Carelien befindl. Marmor - u. andern Steinbrüche, Berg u. Steinarten. Petersburg.* 8.

ANHANG *zu der Abhandlung des Hrn. Prof.* GMELINS *in Goettingen, von der Wurmtrokniß, beſtehend in Aktenſtücken, die Trokniß am Harze betr. u. Ausz. aus denſelbigen. Leipz.* 8.

ANLEITUNG (*praktiſche*) *zur ganzen Landwirthſchaft. 2ter u. letzter Theil. Leipz.* 8.

ANSCHÜTZ (I. M.) *über die Gebürgs - u. Steinarten des Churf. Saechſ. Hennebergs, nebſt einem Anhange vom Schneekopf u. Rupberg. Leipzig.* 8.

ANTIMAGNETISMUS, *oder Urſprung, Fortgang, Verfall, Erneuerung u. Widerlegung des thier. Magnetiſmus. a. d. franz. Gera.* 8.

ANWEISUNG, (*auf Erfahrung beruhende, für den gemeinen Landmann noethige*), *wie derſelbe ſeine Schafzucht verbeſſern, die Wolle vermehren u. veredlen, ſeine Schafe geſünder erhalten, auch dieſelben vor der Raute u. andern Krankheiten verwahren könne, nebſt einem ſichern Heilmittel wider die Raude, herausg. v.* C. F. W. *Leipzig.* 8.

APOLLO *u. Merkur, eine mediciniſche Geſchichte, oder das Schickſal der Aerzte, herausg. v.* I. L. H. *Peſt.* 8.

APOTHEKERBUCH (*ruſſiſches*) *nebſt der ruſſiſchen Feld- u. Schiffapotheke. a. d. Latein. überſ. v.* K. FR. SCHROEDER. *Kopenhagen.* 8.

ARBEIT *u. Lohn der auf dem Lande angeſtellten Aerzte, nebſt einem Moenchsbrief u. zwey Doctorsgutachten. Francf. u. Leipz.* 8.

ARBEITEN (*phyſikaliſche*) *der eintraechtigen Freunde in Wien, aufgeſammelt v.* IGNAZ, *Edlen v.* BORN, *Jahrg.* 2. *Quart.* 3. *Wien.* 4.

ARCHIV *für Magnetiſmus und Somnambuliſmus, vom Hofr.* BOECKMANN, *Stück* 3 – 7. *Straſsburg.* 8.

— *für Roſsärzte u. Pferdeliebhaber, herausg. v. Prof.* BUSCH *u. Stallmeiſter* DAUM, *Bändch.* 1. *Marburg.* 8.

— (*neues*) *der praktiſchen Arzneykunſt für Aerzte, Wundaerzte u. Apotheker, von verſchiedenen Verfaſſern herausg. v. Hrn. D. u. Prof.* MEKEL. *B.* 1. *Leipz.* 8.

ARMSTRONG (IOH.) *die Kunſt die Geſundheit zu erhalten, nebſt zwey Sendſchr. a. d. Engl. Zürich.* 8.

ARNEMANNI (IVSTI) Commentatio de aphthis, quae a reg. ſociet. Pariſ. 1787. palmam alteram obtinuit. Goetting. 8.

ARNOLD'S (TH.) *Bemerkungen über die Natur, Arten, Urſachen u. Verhütung des Wahnſinns oder der Tollheit. a. d. Engl.* 2*ter u. letzter Theil. Leipz.* 8.

ARTEDI (PETRI) renovati Pars I. II. i. e. Bibliotheca et Philoſophia ichthyologica, cura IO. IVLII WALBAVM. Grypeswald. 4.

ARZT (*der neue*) *oder Unterricht, ſich ſelbſt, ohne jemands Beyhülfe, von allen Krankheiten des Magens, von der Selbſtbefleckung, vom Scorbut u. von der veneriſchen Krankheit zu heilen etc. v.* I. G. *zu* B. *Magdeburg.* 8.

AUSZUG *aus der Oeconomia forenſis, oder kurzer Inbegriff derjenigen landwirthsſchaftl. Wahrheiten, welche ſowohl hohen, als niedern Gerichtsperſonen zu wiſſen noethig, vom Praeſid. von* BENKENDORF, 2 *Baende. Berl.* 4.

BACH'S (D. ANTON.) *Abhandlung über den Nutzen der Blutegeln. Breslau.* 8.

BALDINGERS (E. G.) *mediz. Journal. Heft* 16 – 18. *Goettingen.* 8.

BALDINGERS *neues Magazin für Aerzte, Band 9. St. 5. 6. u. B. 10. St. 1. u. 2. Leipz.* 8.

BATSCHII (A. I. C.) Diſpoſitio generum plantarum Ienenſ. ſec. Linnaeum et familias naturales. Ien. 4.

— *Verſuch einer Anleit. zur Kenntniß u. Geſchichte der Thiere u. Mineralien, für academiſch. Vorleſ. entworfen, u. mit den noethigſten Abbild. verſehen. Theil 1. allgemeine Geſchichte der Natur, beſonders der Saugthiere, Voegel, Amphibien u. Fiſche. Ebendaſ.* 8.

SENDSCHREIBEN *an Hrn. Hofr. Baldinger über die Manier der Aerzte u. Wundaerzte, ihre ſtreitige Sache zu führen. Wien.* 8.

SIEBOLD'S (CARL CASPAR) *Rede, von den Vortheilen, welche der Staat durch öffentl. anatom. Lehranſtalten gewinnt, bey der Einrichtung des neuen anatom. Theaters im Juliusſpital zu Wirzburg etc. gehalten, m. Kupf. Nürnberg.* 4.

SMITH'S (AMAND. WILH.) *Aetiologie, oder Lehre von den Urſachen der Verderbniß des menſchl. Koerpers. Wien.* 8.

SOM-

SOMMER's (I. C.) *Geſchichte einer Zwillings-Kaiſergeburt. Leipzig.* 8.

SOEMMERING (TH.) *vom Hirn- und Rückenmark. Maynz.* 8.

SPAETH (IOH. LEONH.) *über den Bau, Effect u. die Berechnung einer Walz-Maſchine m. 2. u. 3. Wellen, welche durch die Kraefte des Waſſers in Bewegung geſetzt wird.* 2) *Beſchreibung des Baues u. Effects einer Poliermühle, m. Kupf. Erfurt.* 4.

SPRENGEL's (KURT) *Apologie des Hippokrates u. ſeiner Grundſaetze, Theil* 1. *Leipzig.* 8.

SPRENGER's (B.) *oekonomiſche Beitraege u. Bemerkungen zur Landwirthſchaft auf das Jahr* 1789. *Stuttgart* 4.

STACK's (R. W.) *mediciniſche Fälle mit noethigen Anmerkungen, a. d. engl. Stendal.* 8.

STARCK's (I. C.) *Archiv für Geburtshülfe, Frauenzimmer u. neugeborner Kinder Krankheiten, Stück* 2. 3. *m. Kupf. Jena.* 8.

STEIDELE's (RAPH. I.) *Verſuch einiger ſpezifiſcher Mittel wider den Krebs u. die Darmgicht, oder Sammlung chirurgiſch-praktiſcher Beobachtungen, Theil* 4. *Wien.* 8.

STOIXNER's (L. von) *Abhandlungen vom Seiden-Flachs- u. Hanfbau, ingl. von einer Art Seide aus Spinnewebe. Nürnberg.* 8.

— *praktiſch-oeconomiſche Abhandlungen von der Viehzucht u. dem Federvieh, Theil* 1. *vom Hornvieh, Schweinen, Schafen etc. Theil* 2. *vom Federvieh, als Hüner, Gaenſe, Enten etc. Nürnberg.* 8.

STOLLS (C.) *Abbildung u. Beſchreibung der Cikaden u. Wanzen aus Europa, Aſia, Afrika u. Amerika. a. d. hollaend. Heft* 10. *illum. od. Tabul.* 55–60. *Nürnberg.* 4.

STOLLS (MAXIM.) *Briefe über die Pflicht der Mütter,*

ter, ihre Kinder zu ſtillen, herausg. u. m. Zuſaetzen vermehrt, v. IOS. EYEREL. *Wien.* 8.

STOLLS (MAXIM.) commentarii in ſuos aphoriſmos de cognoſcendis et curandis febribus. Edidit IOS. EYEREL, Vol. I. ibid. 8.

— praelectiones in diuerſos morbos chronicos. Poſt eius obitum edidit et praefatus eſt IOS. EYEREL. ibid. 8.

— ratio medendi. Pars I. II. Edit. noua. ibid. 8.

— *über die Einrichtung der öffentl. Krankenhaeuſer, herausg. v.* G. A. *von* BEECKEN. *Ebend.* 8.

— *Vorleſungen über einige chroniſche Krankheiten. Aus ſeinem Nachlaſſe herausg. u. in das Deutſche überſ. v.* IOS. EYEREL. *Ebend.* 8.

— *Heilungsmethode in dem praktiſchen Krankenhauſe zu Wien, überſ. u. mit praktiſch. Zuſaetzen begleitet v.* G. L. FABRI, *Theil II. Band.* 1. *zwote verb. Auflage. Breslau.* 8.

— de materia medica practica. Aug. Vindel. 8.

— *Abhandlung von der praktiſchen Arzneymittellehre mit Anmerkungen D.* ESSIGS. *Augsburg.* 8.

STRACK, *von dem Milchschorf der Kinder, u. einem ſpecifiſchen Mittel darwider, eine gekrönte Preisſchrift, a. d. lat. m. einigen Anmerk. u. einem Anhange von D.* FR. AVG. WAIZ. *Weimar.* 8.

STRACK (KARL) *das allgemeine Krankenhaus in Wien. Frankf. am Mayn.* 8.

STRAEHL (I. FR.) Diſſert. chem. phyſiol. de bilis natura. Goetting. et Bernae. 8.

STRNADTS (P.) *phyſikaliſcher Witterungskalender. Prag.* 8.

STUMPFS (GEORG) *Nachrichten u. Bemerkungen über die Landwirthſchaft Boehmens, Theil* 1. 2. *Prag u. Leipzig.* 8.

STUNZER (I. K.) *über die goldne Ader, für Unerfahr-*

ne

ne in der Arzneywiſſenſchaft, mit Zuſaetzen vermehret v. D. MASTALIR. *Wien.* 8.

SWIETEN (GER. van) commentaria in Herm. Boerhaave aphoriſmos. Editio nouiſſima, Tom. III–V. Wirzeburgi. 8.

TABELLEN (*neue anatomiſche,*) *wobey die Schaarſchmidtſchen u. andre zum Grunde gelegt, u. mit vielen neuen bereichert ſind, Baende II. Frankf. am Mayn.* 8.

— *über die chemiſchen Verwandſchaften der Koerper auf dem naſſen u. trockenen Wege; wie auch über die Entſtehung der mittelſalzartigen Körper durch Verbindung der Säuren, Erden und Metalle, geordnet u. in zweckmäßige Form gebracht von* F. GERGENS *u.* S. HOCHHEIMER. *Maynz. Fol.*

TABORS (H.) *Abhandlung über die Chinarinde. Heidelberg.* 8.

TASCHENBUCH *für Scheidekünſtler u. Apotheker aufs J.* 1789. *Weimar.* 12.

THEORIE *der Erdbeben u. Vulkane, auf Erfahrungen gebauet. Berlin.* 8.

THOMASSINS *Abhandlung über das Ausziehen fremder Koerper aus Schußwunden, nebſt* LOMBARDS *Beſchreibung eines neuen Inſtruments, das zum Steinſchnitt beym weiblichen Geſchlecht dienlich iſt, a. d. franz. m. Kupf. Straßburg.* 8.

TIMMII (IO. CHR.) prodromus florae Megalopolitanae, exhibens plantas in Ducatu Megalopolitano-Swerinenſi ſponte creſcentes. Lipſ. 8.

TIOSSE (CHRIST.) *praktiſcher Unterricht von Erziehung, Pflege u. Wartung junger Obſtbäume, u. deren Veredlung, gehörigen Verpflanzung u. Anlegung eines Obſtgartens. Nebſt einem Anhange von einigen ſehr guten Mitteln wider das Aufblähen des Viehes. Leipz.* 8.

TODE (*D.* IOH. CLEM.) *arzneykundige Annalen.* 5-8 *Heft. Koppenhagen.* 8.

TRNKA, *von* KRZŌWITZ (WENC.) *Abhandlung über das Magenweh, worinnen alle bisher bekannt gemachte Beobachtungen enthalten ſind. Leipz.* 8.

— *Geſchichte der engliſchen Krankheit, enthaltend die Beobachtungen aller Jahrhunderte, a. d. lat. m. Anmerk. u. Zuſaetzen. Leipzig.* 8.

Reliqua proxime.

Contenta in hac parte.

I. W. CULLEN a Treatiſe of the mater. med. vol. II. p. 385

II. THOMASSIN ſur l'extraction des corps étrangers 436

III. IO. B. BVRSERIVS DE KANILFELD inſtit. med. pract. vol. IV. 443

IV. FR. ALBR. CARL GREN *ſyſtem. Handb. d. geſammten Chemie Th. II. B. 2.* 452

V. CHR. EHR. WEIGEL *Einleitung zur allgem. Scheidek. St. I. II.* 466

VI. Mémoires de l'acad. roy. des ſciences de Turin an. 784. 85. to. I. 471

VII. DE CHAZELLES ſupplément au dictionnaire des Jardiniers 484

VIII. JADELOT ſur la neceſſité et les moyens de perfect. l'enſeignement de la med. 846

IX. BERTHOLON Journal des ſciences utiles 491

X. BUFFON oeuvres complettes vol. I - XL. 494

XI. Acta acad. Caeſ. reg. Ioſephinae med. chir. Vind. vol. I. 495

XII. Noua literaria. Memoria Ant. Brugmanns 519
Memoria I. B. L. Romé de l'Isle 524

XIII. Tituli Librorum, qui anno 1788. prodiere in Germania 533

COMMENTARII DE REBVS IN SCIENTIA NATVRALI ET MEDICINA GESTIS.



VOLVMINIS XXXII. PARS IV.

LIPSIAE, MDCCXC.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Londini apud Pr. Elmsly, Edinburgi apud Elph. Balfour, Lugd. Bat. ap. Fratres Luchtmann, Parisiis apud Barroi Iunior. Venetiis apud Io. Bapt. Pasquali, Mediolani apud Ios. Galeazzi, Augustae Taurinor. apud Guibert et Orgeas, Florentiae apud Ios. Molini, Holmiae apud M. Swederum, Lisbonnae apud M. Borell et Socios, Lausannae apud I. H. Pott.

Jos: Banks

I.

Giornale per ſervire alla ſtoria ragionata della medicina di queſto ſecolo, Tom. III. Venet. 1786. pagg. 504.

i. e.

Diarium inſeruiens hiſtoriae ratiocinanti medicinae huius ſeculi, Tom. III.

Praeter varios a nobis iam recenſitos, aliosque breviter tantum indicatos libros in hoc tomo ſequentes recenſentur libri:

I. ALEX. MONRO *obſſ. de ſtructura et functionibus ſyſtematis neruoſi, Edinb.* 1783. *in fol. c.* 47. *tabb. aen. Anglic. ſcript.* In capitibus XXVIII. loquitur de circulatione ſanguinis in cerebro, de membranis cerebri et cerebelli in genere, de reciproca ventriculorum cerebri communione, de vaſis lymphaticis cerebri, infundibuli, et glandulae pituitariae de cineritia et medullari cerebri ſubſtantia, de neruorum vi et exiſtentia a cerebro non dependente, de ſtructura medullae ſpinalis, de colore et textura neruorum piae matris, de fibris tranſuerſis et ſpiralibus neruorum, de diuerſo nexu neruorum, inprimis de plexibus, de externo inuolucro truncorum nerueorum et funiculorum, eos componentium, de ſtructura gangliorum nerueorum, de corpuſculis ſphaeroideis omnes neruos, paucis exceptis, in piſcis Gadi ſpeciebus circumdantibus, de olfactorio, retina, auditorio, aliisque in ſpecie, de neruorum ſtructura microſcopiis illuſtrata, de vi neruorum, de neruis ſenſus et motus inſtrumentis, de nutrimento ad partes non per neruos, ſed per arterias delato, de ſenſatione duplici, vel cum vel ſine conſcientia, de fibris

p. 1. p. 6. p. 9. p. 12. p. 41. p. 44. p. 46. p. 81. p. 83. p. 84. p. 89. p. 128. p. 129. p. 131.

p. 133. muſcularibus, organis ſui generis, non a neruis productis, de modo et cauſis actionis muſcularis. Profert ſingulares opiniones, hinc inde ab auctore diarii
T. III. refutatas. Ex iconibus laudantur repraeſentationes
IV. foraminis oualis, per quod ventriculi laterales com-
T. VII. municent; cineritiae ſubſtantiae in medio et cruribus cerebri et cerebelli, ſub ventriculis, in protuberantia annulari, et medulla oblongata, in medullarem productae, in qua deſierint vaſa ad medullarem a pia
Tab. X. matre miſſa; ligamenti denticulati; plexus brachia-
XXI. – lis; nerui mediani e vagina ſua perfecte explicati;
XVII. retis ab olfactorio in pituitaria facti; plexus a ma-
– XXIV. xillaris inferioris ramis ante tranſitum in gingiuam
– XXV. formati; diſtributionis mollis auditorii per labyrin-
– XXIX. thum: prae ceteris admiratu digna praedicatur tab.
XXX. XXXI. pulpoſum ad cochleam progredientem funiculum, ex multis minoribus medullaribus radiatim vndique in membrana laminae ſpiralis diſperſis, elegantiſſimum plexum formantibus compoſitum, triginta et ſex vicibus naturali maiorem offerens.

p. 16. 2. IO. GARDINERI *obſſ. de oeconomia animali et de cauſis, et cura morborum, Edinb.* 1784. *Anglic. ſcript. in ind. ad med. theor. relat.* Nouem ſectionibus diſputatur de principio vitali, de neruis, ſympathiis, et
p. 18. ſtimulis, de effectibus caloris et frigoris, de febribus
p. 48. catarrho, febre catarrhali vel continua communi
p. 55. cholera, febre bilioſa et intermittente. Inter ſingulares opiniones has retuliſſe ſufficiat, quod principium vitale ſit fluidum ſubtiliſſimum ſubſtantiae ſolidae neruorum inhaerens, non a ſanguine ſecretum
p. 16. vera vero febrium cauſa proxima ſtimulus nerui
p. 49. ventriculi a muco glandularum eius mutato applicatus.

p. 23. 3. IO. HEINNORHL. *de vſu externo arſenici in cura cancrorum externorum. Regiom.* 1785. 8. *Germanice ſcript.* Non arſenicum proprie dictum, ſed
p. 25. calce

calcem arsenicalem sulphuri iunctam seu auripigmentum, si acriores stimuli haud pertimescendi; sin maior stimulorum metus, sandaracham (*realgar*) saepe adhuc cum sulphure miscendam, esse adhibendam. p. 27.

4. *Epistola D.* IO. BAPT. BORSIERI, *archiatr. archid. Mediol. ad D.* FRANC. AGLIETTI, *Italice script.* Quae cum diarii auctore communicata quatuor continet casus practicos a lithot. et ocular. med. Mediol. D. DOMIN. VECELLI descriptos. p. 28.

I. Monachus dysuriam sat dolorosam passus, et vrinam albidam non foetidam cum sedimento albo farinaceo mittens, ob calculi metum accessit ad VECELLVM; paulo post disquisitionem febre, dolore in pollice pedis, et insequente gangraena et sphacelo cruris correptus est, amputatio necessaria fuit, interea vrina limpida sine incommodo missa, plaga vero amputationis sanata rediit dysuria, licet leuior, cum priori vrinae sedimento. Octodecim mensibus post phthisis pulmonalis orta insanabilis. p. 29. p. 30. p. 31.

II. Capucinus, cui nouitio durante sitin aqua pro lubitu exstinguere non licuit, per decem annos difficulter et cum ardore pungentissimisque in perinaeo doloribus, etiam vrina missa durantibus, lotium excreuit, non raro etiam cathetere vti coactus, frustraque varios consulens medicos tandem accessit VECELLVM. Qui ex sedimento vrinae albido filamentoso et purulento vlcus suspicatus diluentia, demulcentia, et balnea commendauit; iis nil iuuantibus, MOSCATO consentiente, per incisuram vesicae in perinaeo factam quinque vel sex septimanarum spatio apertam emollientia, deinde detergentibus coniuncta, iniecit, hisque ischuriam, et necessitatem cathetere vtendi plane remouit, reliqua symptomata tantum ex parte mitigauit, a quibus aeger, septem sequentibus annis variis remediis frustra vsus, tandem liberatus est, per triennium omni mane pauca intra minuta quinquaginta vncias aquae virginis p. 32. p. 33. p. 34.

montis Ortonis in Paduano bibendo. III. Puer octennis, nullo praesente calculo, dysuria, ischuria et stranguria diu vexatus operatione lithotomiae simili; et
p. 35. IV. puella a quinto anno vrinam frequenter et parce mittens, et per vndeuiginti annos remediis incassum vtens, viro nupta sponte sanata est.

5. *Physica specialis et generalis in tentaminibus aliis analyticis, aliis elementaribus, auctore* CAROL. BARLETTI, *Prof. phys. exper. et gener. in reg. l. univ.*
p. 36. *Pav. Pav.* 1785. 8. *Ital. script.* Tom. I. de calore et principiis thermologiae; calorem absolutum, specificum, sensibilem, et latentem ex varia fluidi vniversalis cum particulis terrestribus coniunctione explicari; lucem vocari momentaneum excessum caloris absoluti, e. s. p. Tom. II. de meteoris et meteorologia. Fulgetra aestate frequentia vere esse reflexa fulgura tempestatum longius remotarum. De nouis methodis, obseruationes meteorologicas, hucusque inutiles, vtiliores reddendi. Ad duplicem electricitatem illustrandam duo assumenda esse fluida. Ictu fulminis aërem dephlogisticatum habitum suum aëreum perdere, et metalla fundi. Tom. III. de aëre, aërologia, luce, et optica. Infectionem aëris non a principio aëri atmosphaerico accedente, sed ab aëre dephlogisticato ex atmosphaerico abeunte oriri.
p. 38. Tom. IV. de physica generali. P. 1. Vim particularum materialium tenuitati ipsarum adaequatam esse; inter fossilia et organica corpora summam existere analogiam, quae euidentius innotesceret, si principium, quod omnia corpora iungit, eorumque mutuum influxum efficit, cognitum esset; diuisionem corporum in aërea, vel sublimia, aquea vel submarina, subterranea etc. velut aptiorem, diuersam
p. 39. p. 359. eorum naturam melius esse explicaturam. P. 2. astronomica est, legesque attractionis, et phaenomena terrestria a coelestium corporum influxu pendentia,

tia, inprimis fluxum et refluxum maris perluſtrat.
P. 3. de vera ratione phyſicam colendi, quam in eui- p. 360.
tanda diuinatione cauſarum omnium phaenomenorum, quam methodum metaphyſicam vocat, ſtrenuaque mathematica methodo, theoria vero ex exemplis illuſtranda ponit. Tomorum trium priorum pars prima tantum prodiit.

6. *Tentamen obſeruationum et experimentorum de* p. 58.
facultatibus medicis aquae per artem gazoſae et martialis factae. Vtin. 1785. *Italice ſcript. Auctor D.* BORTO- p. 59.
LO CHRISTIANOPOLI, a prof. Vtin. BERNABITA multum huius aquae obtinuit, eamque aegris in potu, balneis, vel iniectionibus datam in hepatis lienisque obſtructionibus, ictero, ſegnitie alui, vehementiſſimis ventriculi et muſculorum doloribus, oedemate, chloroſi, menſtruis ſuppreſſis, fluore albo, vlceribus et diſtenſione tendinum et ligamentorum articulorum vtilem expertus eſt.

7. *Commentatio* P. IO. BAPT. DE SANMARTINO p. 77.
Capuc. de rubigine (nebbia) vegetabilium. Vicent. 1785.
Italice ſcript. Eſſe obſtructionem vaſorum perſpirationi inſenſibili inſeruientium, a mixtione exhalatio- p. 78.
num et vaporum, glutinis ad inſtar in ſuperficie condenſatorum obortam, plantae robur reddendo auertendam.

8. D. MARAT *de vſu electricitatis in medicina. Pariſ.* 1784. *Gall. ſcript.* Contra *Abb.* BERTHOLONVM electricitatem in producendis et ſanandis morbis minus efficacem, eamque tantum in tumoribus externis non dolentibus, eruptionibus cutaneis, rheumatiſmis, doloribus vagis, paralyſi, hemiplegia, lan- p. 79.
guore et incremento infantum imminuto, vtilem, in abſceſſibus a cauſa virulenta noxiam cenſet.

9. VOULONNE *de charactere febrium malignarum, Gall. ſcript.* *) Eas eſſe febres auctas, in quibus natura

*) Praemio ornata 1785. ab acad. Diuionenſi: cf. comment. noſtr. Vol. XXV. pag. 556. et XXIIX. pag. 167.

p. 80. vires energiae principii morboſi accommodatas non euoluit, aut propter nimiam illam energiam, aut ob organorum naturae debilitatem. Illas viuas, has lentas vocari poſſe.

p. 91. 10. *Continuatio diſquiſitionum diuerſorum punctorum phyſiologiae, pathologiae et therapiae, e quibus apparent relationes morborum internorum cum legibus irritabilitatis, auctore* FABRO, *Pariſ.* 1784. 8. *Gallice ſcript. in indice falſo tantum ad med. theor. relat.* Tradito proſpectu oeconomiae animalis inprimis ſecundum theoriam BORDEUI, ſententiam ſuam de irrita-
p. 93. bilitate, in priori opere iam expoſitam, ad morbos
p. 136. internos, medicamentorumque actionem, et in alio
p. 138. libello, *diſquiſitiones de calore animali* tradente, etiam ad hunc explicandum applicat.

p. 114. 11. *Epiſtola D.* FRANC. ZULATTI *ad D.* 10.
p. 115. BAPT. MARZARI *de nonnullis tetani ſpeciebus; italice ſcripta.* Approbatur idea MARZARI de tetano analogo rheumatiſmo inflammatorio, diſſeritur de tetano gaſtrico et putrido, in quibus opium, caſtoreum et ſimilia nocua; reprehenduntur medici v. c. TRNKA et SAUVAGES, cauſas, adeoque et ſpecies tetani non rite diſtinguentes; enarrantur quatuor caſus
p. 116. tetani rheumatico-inflammatorii ad comprobandam laeſionem neruorum a perſpiratione ſuppreſſa ortam, vtilitatem methodi antiphlogiſticae, noxam vero antiſpaſmodicae et calefacientis; demonſtratur
p. 151. huius tetani prae ceteris frequentia ex cauſae frequentia, regionibus, annique temporibus, quibus en-
p. 155. demius, et criſi eius; exponuntur cauſae tetani gaſtrici, illique medendi methodus, moſcho ſimul in
p. 184. infantum vſum commendato; comprobatur exiſtentia et cura tetani putridi enarratis hiſtoriis morbo-
p. 185. rum, exempli tetani ex abſceſſibus a metaſtaſi febris putridae in cerebro ortis, frequentia tetani inter incolas zonae torridae; oſtenditur, exanthema eryſipelato-

pelatoſum et miliare tetanos ſaepe pariens, reuocatumque eos tollens, putridae eſſe indolis, demonſtratur noxa opii, vtilitas moſchi et ipecacuanhae refracta doſi propinandae in tetano putrido; laudatur denique epiſtola MARZARI nuper recenſita. p. 187. p. 189.

12. *Examen aequum opinionum phyſicorum de theoria et praxi magnetiſmi animalis. Italice ſcript.* Recenſentur variorum veterum de magnetiſmo hoc ſententiae; idea de fluido vniuerſali, vt cauſa reciproci influxus aſtrorum, corporum terreſtrium, immo et atomorum materiae minimorum, iam multum probabilior facta, illuſtratur phaenomenis lucis, electricitatis, et caloris; demonſtratur vt conſtanter verum, fluidum illi phaenomena haec producenti analogum in corpore humano circulari, et aut principiorum terreſtrium fibras conſtituentium actioni reſiſtendo, aut eam liberam relinquendo cauſam eſſe praecipuorum oeconomiae animalis phaenomenorum; oſtenditur, leges influxus aſtrorum in alia corpora, et viciſſim mediante illo fluido peracti, naturam huius fluidi, modum illud condenſandi, rarefaciendi, et pro lubitu dirigendi nemini plane eſſe cognitum, non autem damnandos eſſe, qui in reliquis cauti ſenſim decipi ſe paſſi ſunt; exponuntur variorum recentiorum iudicia; fuſe doctrina MESMERI, a Thoureto recte cum illa MAXWELLII comparata, vna cum ſocietatis Pariſinae et BONNETI de ea iudiciis, et varia exempla fraudem magnetiſtarum illuſtrantia; contenditur denique, principium illud ex vno corpore in aliud, ex vna particula in aliam transiens, variaque phaenomena gignens eſſe materiam aetheream, quae a neruis attrahi et diſtribui, alio ſtimulo ex corpore extrahi, a circulantibus humoribus iterum abſorberi videatur, et eſſe vel ſimplicem, vel coniunctam forte cum alio elemento, quod eam modificet, caloremque animalem pariat. p. 121. p. 122. p. 123. p. 124. p. 128. p. 161. p. 163. p. 164. p. 170.

p. 139. 13. MICH. VNDERWOOD *Tr. de vlceribus crurum,*
–151. *Pariſ.* 1784. 8. Ex Anglico translatus in Gallicum
a LEFEBURE DE VILLEBRUNE et cum CHAMPEAUX et CAMPERI ſcriptis comparatus, relata ſimul KLSII in curandis his vlceribus methodo.

p. 158. 14. *Analyſis chemica carbonis foſſilis de Arzignano cum naturalis, tum purificati, qua innocentia vſus eiusdem probatur, opus poſthumum* ANT. BASSEGGIO,
p. 159. *Venet.* 1786. 8. *Italice ſcript.* In omni libra naturalis vnciam vnam et duodecim grana olei variae conſiſtentiae odorisque empyreumatici, quatuor vncias et duodecim grana muci (*flemma*) paucique acidi volatilis, illi, quod ſuccinum exhibet, analogi, ſex vncias, ſeptem drachmas et quinquaginta quatuorque grana ſubſtantiae carbonaceae, in qua vna drachma et viginti ſeptemque grana terrae argillaceae, ſex vero grana gypſeae, tantum perparum acidi ſulphurei volatilis continentis, reperta fuiſſe, carbonemque nil alcali volatilis tenentem, Suecico et Anglico adhuc praeferendum eſſe.

15. D. BRUSLE *Epiſtola ad auctores diarii encyp. 160. clopaedici Bouillonenſis* 1786. *Gallice ſcripta.* Contra GARDANEVM contendit, colicam nauium, velut biliosam, et cortice chinae ſanandam, ordinarie non a picturis prouenire.

p. 172. 16. *Anonymus de morbis neruorum, quos vulgo*
–183 *vapores et conuulſiones vocant.* Sunt aphoriſmi, maiori
209. – adhuc edendo operi de vaporibus praemiſſi, a Diarii
215. auctore in Italicum ſermonem ex Gallico translati.

p. 190. 17. BARTHOL. PATUNAE, *protomed. Gradiſc. comment. de crinonibus. Goriz.* 1785. 8. *Italice ſcript.* Comedones fuiſſe hucuſque in Italia incognitos, obſeruatos ab auctore in filia nationis iudaicae, ab infirma matre nata et decimum ad vſque menſem miſera;
p. 191. MARCO POLACCO, medico Palmae nouae, in puella triginta et duorum menſium, iam vltra annum emaciata, colore liuido, cineritiis alui deiectionibus, aquoſis

sis vrinis, appetitu voraci, hepate tumido et duro, pulsibus semper febrilibus, callosis tuberculis, crustisque pruriginosis, modo desquamatis, modo denuo orientibus, in dimidia inferiorique corporis parte in ea animaduertendis. SENNERTVM crinones male cum dracunculis, venaque medinensi Arabum confudisse, alios varie errasse, solos VALENTINVM, VALLISNERIVM, SAUVAGESIVM, ETTMÜLLERVM, quem et in cura auctor sequitur, rite iudicasse. Crinonum lanuginosorum triangularium caput, corpore latius, duos pilos tertiam lineae partem longos, duas antennas formantes, ante se ferens, corpus dimidiam lineam longum, oblongum, in medio nigrum punctum habens, in angulo acuto iunctum cum cauda quadruplo longiori, sex lanae ad instar subtilibus, duasque lineas longis, mobilibusque, quibus mediantibus vermis in habitaculum suum redeat, in cute se figente, ab auctore obseruatum nudo et armato oculo depictum traditur. Esse crinonem non inter vermes, sed cum dysentericis et exulcerantibus ad aptera LINNAEI, referendum nomine acari crinonis infantum pedibus longissimis setaceis, anticis duobus breuioribus, cauda longissima, dispersa, setacea. Disseritur postea de sede crinonum, de aetate, in qua obseruantur, de eorum ortu et effectibus, de signo eorum diagnostico, de variis morbi ab iis producti stadiis, quae omnia maxime ex BASSIGNOTI mente explicantur. Tandem de cura ad modum ETTMÜLLERI, commendatur tamen post factam crinonum extractionem lotio corporis aqua ex quatuor mercurii sublimati granis in duabus aquae destillatae libris solutis duabusque mellis vnciis confecta; balnea frigidiuscula, frictio manu et lacte calido omni mane suscipienda, neglectio fasciarum, liberum infantum motum ad crinones expellendos necessarium impedientium.

p. 192.

p. 193.

p. 194.

p. 195.

18. *Ex-*

18. *Experimenta ad decompoſitionem aquae in aërem facta auctore D.* FERD. GIORGI; *Florent.*
p. 196. 1785. 8. *Ital. ſcript.* Calore moderato aquae ebullientis aquam in aërem illo atmoſphaerae aliquantum puriorem, odore empyreumatico praeditum mutatam fuiſſe, inflammabilem vero maiori caloris gradu adhibito apparuiſſe, nec adeo aquae eſſentialem eſſe; verae contra aquae elementa eſſe aërem dephlogiſticatum, et phlogiſticatum; hancque theoriam in combuſtionibus ſubterraneis, et ortu dephlo-
p. 197. giſticati aëris explicando multum valere. Contra quae aſſerta auctor diarii enunciata Academicorum Pariſinorum de hac re defendit.

p. 201. 19. A. C. LORRY *tentamen medicum de praecipuis morborum mutationibus et conuerſionibus, edidit poſt auctoris fata* I. N. HALLÉ, *Pariſ.* 1784. 12. *Gall.*
p. 202. *ſcript.* Sunt libri tres partes. P. I. de epigeneſi, ſect.
p. 241. I. quae a morbo primario, et quidem cap. 1. a vitio
p. 244. virium, cap. 2. a vitio humorum, cap. 3. a cauſis accidentalibus, videlicet medicamentis, rebusque ſex
p. 248. non naturalibus pendet. Sect. 2. de epigeneſibus a cauſis cum morbo primario neutiquam connexis,
p. 251. vel cap. 1. a fomite praeexiſtente, vel cap. 2. ab iis, quae morbo ſuperueniunt, nempe mutato ſpiritu rectore animali vel vapore expanſili quorundam no-
p. 252. ſtrorum humorum; vel cap. 3. a mutationibus corporis per operationes chirurgicas productis. P. II. de
p. 281. metaptoſibus proprie ita dictis, aut ortis a volatili et fugace materiae morboſae natura, quod fiat vel
p. 283. materia morboſa per ſe multiplicata, vel eius natura vires imminuente aut deſtruente, vel quadam corporis parte ita vitioſe comparata, vt materiam morboſam facile reſorbeat, vel deprauatis noſtris humoribus ab occaſionalibus et accidentalibus cauſis, facile ad effectus morboſos hinc et illinc producendos
p. 284. determinandis; aut enatis ab agentium externorum,

mate-

materiam morboſam licet fixam ſeu grauem
ad alias partes reuellentium, influxu. P. III. de p. 283.
metaſtaſibus vel iis metaptoſibus, in quibus modificatio ab ipſo malo diuerſa non, vt in illis proprie dictis, ab aucta vi cauſae morboſae, ſed a viribus naturae ſe malo opponentibus dependet. Finem impo- p. 287.
nit caput de complicatione morborum.

20. D. PAVL PINELLI *Diſſ. med. de principio peſtis vrbis Spalatri etc. Venet.* 1785. *recenſ. a D.* IAC. p. 215.
PANZANI. PANZANI optat, vt ſigna certa et per- p. 216.
ſpicua verae indolis peſtis a quodam determinentur,
litem inter PINELLVM, peſtem Spalatri anno 1784. p. 217.
graſſantem ante duodetrigeſimum Martii diem non
exortam eſſe, contendentem, aliumque inter medicum,
initium eius iam anno ineunte ſtatuentem, ortam p. 218.
dirimere non audet; ſumma tamen modeſtia et eruditione docet, in quibusdam vndecim illorum ante dictum Martii diem mortuorum cadaueribus phaenomena contagii ſat ſuſpecta occurriſſe; axioma PI- p. 221.
NELLI, peſtem ſine eruptionibus homines ante biduum iugulare, cum experientia, peſtes lente incedere, nec ſtatim in principio timorem iniicere, luculenter demonſtrante, neutiquam conſentire; febrem p. 224.
quatriduanam in naue Rouignenſi merces ex Boſnia
ferente viginti et duorum dierum ſpatio quatuor aegros menſe Ianuario anni 1784. quo et famulus noſocomii Spalatrenſis, antea eiusmodi mercaturam faciens, ſat magnis bubonibus inguinalibus affectus fuit, veroſimiliter primus Spalatri infectorum habendus, enecantem non fuiſſe putridam verminoſam, ſed verae peſtilentialem; ſubitam peſte in- p. 228.
fectorum mortem non ab ipſo contagio, irritabilitatem muſculoſam, ſenſibilitatemque neruoſam vna delente, multisque aliis pendere cauſis; miaſma peſti- p. 230.
ferum conſiſtere in parte liquidorum magis elaborata, magisque phlogiſto, inter quod et alcali ani-

male

male ſumma affinitas, ſuccedente tempore ſatura-
p. 231. tum efficacius fieri; aeſtiuo calore et hyberno frigore ſummo peſtem mitiorem ideo reddi, quod illo alcali, velut miaſmatis peſtiferi eſſentia, diſpergatur et attenuetur, hoc vero phlogiſton, velut miaſmatis
p. 234. menſtruum, diſſipetur, indeque alcali illud praecipitetur; reſpondere denique PINELLIANAM peſtis definitionem non omni ex parte experientiae.

p. 235. 21. P. FRANC. SCATI *compendium educationis phyſicae et moralis ad reddendos filiolos ſanos, robuſtos, durabiles, et honeſtos. Gorit.* 1784. 8. *Ital. ſcript.* Quid grauiditatis tempore, et primis pueritiae annis peragendum, rite praecipit, extricationem cochlearis ſanguinis ex vmbilico ſanorum commendat, leuem cunarum agitationem permittit, valde vero damnat faſcias, thoraces, portatum infantum in brachiis, eorum ambulationem in curriculis, maxime inſitionem
p. 236. variolarum, velut fontem multarum epidemiarum varioloſarum, putans, variolas, quarum ſemen in partibus aërem componentibus non contineatur, facile exſtingui poſſe, ſi ea, quae in aliis morbis contagioſis, cautio ſtrenue adhiberetur.

22. IO. ANT. ADAMI *Diſſ. med. de oleo caieput.*
p. 239. *Gotting. et Argent.* 1783. Hiſtoria olei, methodus ipſum extrahendi et purificandi, vtilitasque exponuntur, omnibus aliis oleis aromaticis praefertur, et teſte STROHMEYERO exemplum feminae a parentibus rheumatiſmo ſaepe vexatis natae, ab odontalgia et ſtranguria rheumatica ſolo hoc oleo liberatae narratur.

p. 253. 23. *Diſquiſitio de natura et vſu ſucci gaſtrici in*
p. 254. *medicina et chirurgia.* Praeter Iurini et Toggiae *)
256. experimenta recenſetur hic potiſſimum CARMINATI
p. 257. libellus, qui Cap. I. vſum ſucci externum in vlceri-
p. 258. bus, gangraena et cancro, quatuordecim exemplis illu-

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXVIII. p. 602. ſqq.

illuſtrat. Adhibuit vero ſuccum ex coruis atris, cornicibus cinereis frugilegis, aeque carnibus et vegetabilibus paſtis, ſtrigibus bubonibus, ardeis gruibus, falconibus palumbariis, carniuororum ſuccum maiorem quidem pruritum facere, celerius tamen ſanare: menſis enim ſpatio, fonticulo tamen et internis denique etiam adhibitis, in ſexagenaria vlcus a cauſa interna enatum viginti et ſex per annos iam durans ſanatum fuiſſe; ſuccum pecorum in tribus caſibus inutilem fuiſſe; illum e falconibus petitum teſte et SPALLANZANIO in carie oſſium reliquis praeſtare. Cap. II. de vſu ſucci interno in doloribus chronicis, contuſionibus, tumoribus lymphaticis, inflammatoriis, ſcrophuloſis, itemque hydrocele ſpuria. Suecum bouum, vitulorum, pecorum in his morbis reſoluendi virtute pollere; ſic et in tumoribus duris venereis glandularum inguinalium, calloque extremitatum ſuccum carniuororum et omniuororum celeriter profuiſſe; tentandum eſſe in rheumatiſmo chronico, arthritide, paralyſi; tantum vtendum eſſe ſucco ſanorum animalium, in quibus digeſtio omni ex parte abſoluta fuerit; SPALLANZANIVM ex quinque cornicibus paucos intra dies tredecim, triginta et ſex vero vncias ſucci ex duobus prioribus pecorum per biduum ieiunorum ventriculis obtinuiſſe. Cap. III. de vſu ſucci interno in morbis ventriculi, febribus gaſtricis et intermittentibus. Primum eſſe in his morbis adhibitum a D. MONGIARDINI. In vlcere ventriculi ſuccum carniuororum, aqua dilutum, et doſi duarum triumve drachmarum vel minori exhibitum, ſemper dolores auxiſſe; eundem in febribus gaſtricis nociuum fieri poſſe, quum excretiones inteſtinorum retardet et imminuat. In reliquis ſentit vt IVRINVS. Cap. IV. de examine chemico via humida et Cap. V. via ſicca facto. Examinauit ſuccum decem ardearum gruum, et ſex nycticoracum, quinquaginta et duarum

p. 259. p. 260. p. 261. p. 262. p. 263. p. 264. p. 265. p. 266. p. 288.

ſtrigum

ſtrigum flammearum, octoque paſſerinarum, et quatuor falconum buteonum, multorum animalium fru-
p. 289. giuororum, herbiuororum non ruminantium, et ru-
p. 293. minantium, nec non omniuororum, inter quos ho-
p. 290. mines. Ex quo examine praeter ea, quae a SENEBIERIO *) iam enarrata, apparuit, ſuccum cuniculo-
p. 292. rum cum illo frugiuororum, eum porcorum, et vitulorum lactantium nondumque herbis veſcentium
p. 293. cum illo carniuororum conueniſſe, eum animalium carnes et vegetabilia aequa quantitate edentium ſem-
p. 294. per ſpumoſum et neutrum, ſtatim autem, iis ſola carne ad edendum data, in acidum mutatum fuiſſe,
p. 296. omnes ſuccos gaſtricos proprie vere neutros eſſe et ex tribus principiis componi, aqua in humano copioſiſſima, in ruminantibus parciſſima, pauxillo ſalis marini et ſubſtantia animali, reliqua vero eorum
p 297. principia deberi alimentis, velut acidum, ſal ammoniacum, et reſinam carnibus, et in vitulis lacti. Cap. VI. de vi ſeptica vel antiſeptica ſucci gaſtrici. Con-
p. 298. firmantur SENEBIERII obſeruationes, et docetur, antiſepticam virtutem pendere a ſale marino, quod ſi eius ſufficiens adſit doſis, maiorem humidi partem attrahendo id efficiat, e contra vero, ſi exigua tantum doſis, corruptionem acceleret, et ſepticum fiat; alcaleſcentem ruminantium ſuccum gaſtricum a vegetabilibus iam putreſcentibus ortum eſſe; ſal ammoniacale in ſucco carniuororum vitulorumque lactantium reperiundum in vlceribus ſanandis etiam
p. 299. profuiſſe; ſuccum gaſtricum mediocriter acidum drachmas duas carnis recentis vitulinae cum vncia vna aquae fontanae, et granis quinque ſalis communis (tot enim grana in vncia vna ſucci gaſtrici auium carniuorarum contenta fuiſſe) in lagena bene obtecta gradu ignis trigeſimo thermometri Reaumuriani per ſedecim horas digerendo parari poſſe; hunc arte

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXVIII. p. 605.

arte paratum noua carne addita denuo digeſtum qualitate, et vti in vulneribus ſanandis expertum, effectu plane ſimilem eſſe liquori gaſtrico carniuororum; eundem, ſi irritatio cauenda, minori ſalis doſi addita, parandum eſſe, acidum enim ex carnibus ſine hoc ſale p. 300. extrahi poſſe; ex carnibus reuerberio ignis ſine aqua ſubiectis paucorum minutorum ſpatio acidum euolvi, et tum ſtatim vulneribus eſſe imponendas, ſaepe vero renouandas; mineralium cum liquoribus ventriculi et inteſtinorum commixtionem negari non poſſe, licet ſulphur, cinnabaris, aethiops mineralis, antimonium crudum, et diaphoreticum ablutum, calx ferri, floresque zinci, ab adhibitis variis liquoribus gaſtricis, maxime humano, diſſoluti non fuerint.

24. D. GVIL. WITHERINGII, *med. noſoc. Birmingham. libellus de digitali purpurea, eiusque vſu in medicina, cum nonnullis animaduerſionibus practicis de hydrope et aliis morbis. Birmingham.* 1785. 8. *Anglice ſcript.* p. 272. Planta ſecundum LINNAEVM deſcripta, ſecundum CVRTISIVM depicta, variique auctores de eius vſu adducti ſunt; ex centum ſexaginta et tribus propriis, multisque aliorum obſeruationibus, maximam partem fauorabilibus, efficitur, digitalem pollere conſtantiſſima vi diuretica, omnibus diureticis quoad effectum placidamque actionem praeſtare, in hydrope vero paralyſi, viſceribus debilibus, aliisque morbis accedente, lenire tantum, locumque dare remediis primarium morbum tollentibus, tantamque vim in motum cordis habere, vt pulſum intra minu- p. 273. tum ad triginta et quinque ictus reducere valeat. Folia reliquis partibus etiam vtilibus praeſtare; pulveris eorum vnum vel tria grana bis de die adultis aut per ſe, aut aromaticis, vel in pilulis ſaponi et gummi ammoniaco admixta, debilibus quatuor tantum grana quotidie eſſe propinanda. Et in infuſo, nec non robuſtis ad triginta vſque grana quotidie dari p. 274.

p. 275. posse. In vsu eius, vsque dum effectus vel in renes, vel in primas vias, vel in pulsum se prodat, tantum continuando satis bibendum hydropicisque fasciam applicandam esse. Robustos fibra, et pulsu tenso, cute calida praeditos venaesectione, purgantibus et squilliticis antea esse praeparandos. In saccatis hydropibus, et vbi structura partium, vel fluidi consistentia laesa, perparum, in complicatis ab humore ob paralysin vasorum et structuram partium continentium et contentarum laesam non resorpto pendentibus tantum palliatiue, in iis vero a paralysi vasorum,
p. 276. his tonum reddendo multum efficere digitalem, in aliis paralyseos speciebus forte efficacem.

25. *Epitome nonnullorum aliorum experimentorum de decompositione aquae in aërem respirabilem publicatorum diebus* 5. 6. 7. *April.* 1786. *a D.* FERD. GIORGI. *Italice script.* Sunt facta, vt certior redderetur de aëre ex aqua vere euoluto.

p. 313. 26. D. ANDR. DOUGLAS *Obss. de casu extraordi-*
p. 314. *nario rupti vteri. Lond.* 1785. 8. *Angl. script.* Foetus
p. 315. ex abdominis cauo, in quod, vtero non procul a nexu cum vagina inferiora et anteriora versus transuer-
p. 316. sim lacerato, paucis horis post iterum constricto, vna cum placenta illapsus erat, feliciter extractus, et aegra tricenaria mensis vnius cum dimidio spatio plane re-
p. 317. stituta fuit, symptomata vero eam angentia ab irritatione viscerum abdominalium a foetu facta oborta sunt.

27. BAUME *expositio operationum et productorum cursus chemici, noua edit. in lingua Italica, aucta variis notis medicis, chemicis et pharmaceuticis a D.* IO. MARMAZZI, *med. ord. nosoc. mai. Mediol. qui adiunxit breuem expositionem omnium praecipuorum fontium mineralium Italiae, T.* 2. *Mediol.* 1785. 8. Notarum
p. 318. nonnullae, quae post BAUMII librum editum nouiter detecta sunt, exponunt, plurimae succincte medicam variarum praeparationum, v. c. mercurialium, ferri, anti-

antimonii, camphorae, lactis, facultatem illustrant. Expositio fontium Italiae ex aliis libris ita hausta est, vt horum errores emendati, et plenaria illorum fontium, quoad qualitatem et vsum, cognitio principiis recentiorum accommodata fuerit. p. 319.

28. *Epitome experimentorum de decompositione aquae, auctore* FEL. FONTANA, *Florent.* 1785. *Italice script.* Non comprobatam esse censet aquae in dephlogisticatum et inflammabilem aërem decompositionem, putatque in experimentis academiae Parisinae aerem inflammabilem esse productum a phlogisto ferri vni aquae parti vnito, dum altera se ante cum ferro phlogisto destituto et in crystallos reducto coniunxerit. Quod si non fiat, nunquam inflammabilem, sed atmosphaericum illo laboratorii peiorem obtineri, et ex tubis ipsis ab aqua in vapores expansa expelli. De quo INGENHOVSIVM et LORGNAM literis certiorem fecit. p. 320.

29. *Examen mali rubri Cayennensis, vel elephantiasis institutum ab iis, quibus soc. reg. med. Paris. hoc demandauit publicique iuris factum iubente Rege. Paris.* 1785. *Gall. script.* Morbi huius, quem et lepram vocant, symptomata secundum SCHILLINGIVM, causa proxima ad mentem LORRY, complicatio cum aliis morbis, variaeque eum curandi methodi exponuntur. p. 333.

30. *De sanguine et de sanguineis concretionibus per anatomen indagatis et pro causis morborum habitis quaestiones medicae, auctore* IOS. PASTA, *Bergam. protophys. etc. Bergam. ap. Locatell.* 1786. 8. *mai.* Ad mentem GVARINONI et ANDR. PASTAE auctor contendit sanguinem grauitate sua specifica in loeis pro situ moribundorum maxime decliuibus colligi; collectiones istas vero varia cadauerum pertractatione, compressione quorundam vasorum, intumescentia abdominis diaphragma et cor cum vasis sursum premente quandoque mutari posse; nunquam autem p. 338. p. 341. p. 339.

tem eas pro morborum cauſa, ſed pro mortis effectu
p. 342. habendas eſſe; morbos capitis potius ex peruerſa
fibrarum cerebri et neruorum actione explicandos
p. 344. eſſe; ſe nunquam a ligatura arteriarum, velut crura-
lis, quam viginti demum diebus poſt ligaturam fa-
p. 345. ctam ſupra eam inciderit, polypos oriri, nec ex
inciſis venis fruſta polypoſa exeuntia animaduertiſſe,
LANCISIO igitur et PETITO neutiquam aſſentien-
p. 346. dum eſſe, nec LEEUWENHOEKIO, qui in vaſis viuo-
rum inſectorum globulos ſanguinis tantum diſcer-
p. 347. nere non potuerit; diſcriminis inter veros ſpurios-
que polypos characteres a MORGAGNIO aſſumtos eſſe
inſufficientes; viri huius et HALLERI de polypis in
aneuryſmatibus opiniones plane eſſe reiiciendas,
polyposque nunquam in vaſis viui animalis generari.

p. 349. 31. EDVARD. ALANSONI *methodus membra am-
putandi, ex Angl. in Gall. translat. a* LASSO, *Prof.
chir. Pariſ.* 1784. 12. Praecipua huius methodi
ſunt: reiicit lorum, quo cutis valentius adſtringi ſo-
let, velut ſpaſmos, vehementioremque febrem pa-
riens; iubet muſculos vſque ad os ita oblique diſcin-
p. 350. di, vt acies cultri oblique ſub integumentis tres qua-
tuorue digitos tranſuerſos altius, quam inciſione cir-
culari vel perpendiculari fiat, ad os perueniat; prae-
cipit, vt cute muſculisque arcte coniunctis vulneris
longitudinalis angulosque alterum ſuperiorem, alte-
rum inferiorem habentis labia accurate conglutinen-
tur, et vt truncatum os nonniſi duos tresue digitos
ſuper lecti ſuperficiem teneatur; polliceturque, ita
p. 351. in truncato oſſe fieri circulationem validiorem et
celeriorem, imminui periculum exfoliationis, acce-
lerari cicatricem, (quae ſemel in amputato crure vi-
deuiginti dierum ſpatio enata;) febrem vel eſſe nul-
lam vel exiguam, ſuppurationem eſſe parciſſimam,
impediri ſpaſmos in aliis methodis a corporibus la-
bia vulneris inter poſitis productos, vt et truncatum

os ad ligneum v. c. pedem ferendum aptius reddi. Quae ad incommoda a peruerſo aëre orta auertenda fieri debeant, et quod ſuppuratione largiori debiliores frequenter extra lectum, fortiores in ſitu horizontali tenendi ſint, etiam docetur. p. 352.

32. *Meditationes et coniecturae de ſubſtantiis vegetabilibus et animalibus, quoad partim formant corpora organica, partim decompoſitioni obnoxiae ſunt.* Baſin aëris inflammabilis commune eſſe vegetabilium et animalium principium; in his ſenſim magis ab aëre puro ſeparari, alcalique volatili ab eadem baſi per quandam fixi ſeu phlogiſticati aëris partem ligata formari; eandem baſin, acido nitroſo digeſtam, teſte BERTHOLLETO et SAVANO, largiri acidum ſacchari in animalibus oleo ſingulari coniunctum; acidum hoc quaſi intermedium eſſe inter acidum tartari aëris dephlogiſticati minus, et acetum radicale, eiusdem aëris plus continens; baſin aëris inflammabilis verum eſſe principium radicale omnium acidorum, pro diuerſa illius puritate vel tenuitate variorum, baſin vero dephlogiſticati aëris principium acidificans; vtramque baſin cum fluido electrico tria conſtituere corporum elementa. Eſſe porro baſin aëris inflammabilis verum principium vitale, fluido electrico ex arteriis conſtrictis in eam abeunte expanſile redditum. Baſi eadem ab omnibus heterogeneis, inprimis a baſi aëris dephlogiſticati, ſeparata, nouiterque vel cum ſuis elementaribus partibus, vel cum vapore electrico, vel cum alio quodam principio coniuncta oriri phoſphorum, ex cuius cum aëre dephlogiſticato vnione enaſcatur acidum phoſphoricum in vrina et humore perſpirabili manifeſtum. In lite de acido calculorum, et alcali volatili tophorum arthriticorum dirimenda nil certi quidem ſtatuendum eſſe, aſſerendum tamen, materiam podagricam accedere ad naturam calcaream cum ſubſtantia p. 361. p. 364. p. 365. p. 369. p. 402. p. 409. p. 461. p. 463. p. 464.

animali, in phoſphorum facile tranſeunte, commix-
p. 465. tam. Igitur acidum phoſphoricum in iis, qui arthritidi et rheumatiſmis obnoxii, nonniſi poſt vehementes paroxyſmos animaduerſum, ex intima particularum phoſphoricae materiae, in iſtis aegris vere abundantis, inter ſe cohaeſione explicandum eſſe. Idem denique acidum veroſimiliter multum facere ad catarrhos, pleuritidem, febres, et morbos neruorum.

p. 370. 33. *Analyſis cremoris tartari ſolubilis* BERGII, *epiſtola ad Ill. D.* MATTH. CALVI, *med. Venet. Paduae*
p. 371. *ſcript. ab* A. D. G. cui CALVI eam demandauerat. Tradita cremorem ſolubilem parandi methodo ex
p. 373. commentariis Edinburgenſibus boracisque et cre-
p. 374. moris tartari ſimplicis partibus conſtituentibus deſcriptis, varios ſuos proceſſus chemicos diſtincte ex-
p. 417. ponit, ex quibus patet, contineri in cremore ſolubili ex quatuor libris cremoris ſimplicis et vna boracis parato ſalis cryſtallini floccoſi, ex quinque partibus tartari mineralis, et tribus tartari calcarei compoſiti, quatuordecim drachmas, cremoris tartari ſimplicis libram vnam et duas vncias, et materiam quandam ſalino-gummoſam, quam tremoris tartari ſimplicis libra vna duaeque drachmae, tartari vero ſolubilis WILLISII, acidi boracis, et tartari ſolubilis mineralis ana quinque vnciae, tres drachmae cum ſcrupulo
p. 416. vno conſtituant, et quae ex tartaro ſedatiuo, et ſale vegetabili ſedatiuo compoſita, tartaro minerali ſolubili cum acido boracis modificata, nominari poſſet
p. 417. tartarus ſolubilis mineralis ſedatiuus; harum particularum tamen proportionem pro varia cremoris tartari aciditate, eademque et alcalina varia boracis natura differre, perdi in parando cremore ſolubili
p. 420. decem circiter vncias; acidum cremoris illudque boracis vtique mutari in tertium ab vtroque illo di-
p. 422. verſum; cremoris ſolubilis in aqua maiorem minoremue ſolubilitatem a maiori minoriue tartari calcarei

rei in eo reperiundi quantitate pendere, neceſſe igitur eſſe, ad hunc, quantum fieri poſſit, ſeparandum, vt liquor ex cremore et borace ebulliendo paratus in loco frigidiuſculo, vſque dum pellicula appareat, euaporet, ad perfectam denſitatem refrigeretur, quintupla aquae ebullientis quantitas denuo infundatur, nouaque euaporatio fiat, vſque dum puluis ſextam totius ponderis partem aequans remaneat. Docet etiam, Italos, inprimis tenella fibra praeditos, vim cremoris ſolubilis refrigerantem, antiſepticam et diureticam a minori doſi experiri, eodem vero valde purgari, et nauſeam, vomitumque pati, cum ob acidi ſalinique ſaporis diſſonantiam, tum ob vehementem tartari ſedatiui, velut praecipui ingredientium, aciditatem; exponit igitur, quae ad ſalſedinem abſcondendam, aciditatemque mitiorem reddendam addenda ſint. p. 410. p. 424. p. 424.

34. *Obſeruationes et diſquiſitiones medicae ſocietatis medicae Londinenſis, Vol. VI. Lond.* 1784. 8. Elogia FOTHERGILLII, SOLANDRI, HVNTERI, quorum morte editio huius voluminis retardata fuerit. GIR. WRIGHT *hiſtoria ſanguinis in pericardium effuſi.* Militis magna pondera ferendo in ſupinum lapſi vena caua intra auriculam pollicis longitudine rupta, pericardium cum venis maioribus ſanguine coagulato valide extenſum, cor vero corrugatum fuit. IOH. MASON *de duobus hydropicis, moderato opii vſu feliciter ſanatis.* IO. HALL. *de aneuryſmate aortae, et carotidis ſiniſtrae, intra tracheam rupto cum icon. Hiſtoria morbi* HOLDERI *a* RICESTR. BROWN CHESTONO *deſcripta*, in Vol. VI. diarii medici Londinenſis tertia parte vberius expoſita. Mortuus eſt anno aetatis quinquageſimo, a vigeſimo ſecundo, quo ictero, calculi biliarii magni excretione ſublato, laborauit, multis bilioſis per os et anum euacuationibus, cum dolore coniunctis obnoxius, quatuorque per annos p. 381. p. 382. p. 383.

p. 354. ante mortem primo tantum, cum iret, poſtremo etiam in omni corporis, praeter horizontalem, ſitu percepit moleſtam in pectore ſub ſterno ſenſationem, ſenſim vehementiorem, totum tandem pectus occupan-
p. 385. tem, ſibilo velut aquae currentis, ab adſtantibus etiam animaduertendo, carotide vero preſſa per ali-
p. 386. quod tempus ſupprimendo, ſe manifeſtantem, quan-
p. 387. doque, et interdiu remittentem. Cordis ſolito longioris et acutioris auricula dextra dilatata et inflammata fuit, ventriculi, quorum dextri parietes firmitate et colore deſtituti ac tranſparentes, loco ſanguinis multum aëris, etiam interſtitia chordarum tendinearum replentis, ſiniſter et multum pinguedinis, continuerunt; vtriusque ventriculi ſuperioribus lacertis adhaeſit, duasque caui tertias occupauit concretio flaua et denſa, quae tamen in ſiniſtro minor,
p. 388. obſcurior et mollior, quatuor pollices in cauam ſuperiorem, vnum in inferiorem, vnum cum dimidio in aortam protenſa, in vaſisque magis lymphae co-
p. 389. agulatae ſimilis. MATTH. DOBSON, IOH. HVNTER,
p. 433. *et* HAYGARTH *de efficacia mercurii in hydrocephalo interno.* IO. FOTHERGILL *de cura epilepſiae et venaeſectione in apoplexia.* Cauſam epilepſiae praecipue in diſtenſione ventriculi, eiusque et inteſtinorum repletione ponit, valerianaeque, caſtorei, ſimiliumque medicamentorum ſalutarem effectum ab
p. 434. aegrorum appetitu iis imminuto deriuat. Venaeſectionem damnat in apoplexia, quem morbum magis ſaburrae inteſtinorum adſcribit, docetque, et
p. 435. exemplo comprobat, apoplexiam ſaepe oriri a capite obiectorum retropoſitorum videndorum gratia ſolo ſine reliquo corpore retrorſum verſo, carotidibus nempe tum plus ſanguinis verſus caput pellentibus, iugularibus vero minus reuehentibus. TH. GERY
p. 436. CVLLVM *de tumore cyſtico aquoſo, poſteriori veſicae parti, totique recto adhaerente, letalem vrinae ſuppreſſionem*

ſionem producente. IO. FOTHERGILL *de cephalaea,* p. 437.
quam auctor diarii a SAUVAGESIO vomitus cephalalgici nomine inſignitam eſſe ait; in ſedentariis diaetam negligentibus, et alui ſegnitie laborantibus p. 438.
animaduertendam. DAV. MACBRIDE *ad* FOTHERGILLVM *de angina pectoris.* Per tres annos aegram male habuit, diaeta, alterantibus, et duobus fonticulis in femoribus applicatis feliciter tandem curata p. 466. p. 467.
eſt. Oſtenditur etiam, cur Hiberni prae Anglis rarius hoc morbo afficiantur, ſpaſmusque cordis cauſa immediati paroxyſmi habetur. Addit auctor diarii p. 468.
MALCOLMII MAEQUEENII obſeruationes de hoc morbo ex quinto diarii medici Londinenſis volumine. p. 469.
Podagra irregularis cauſa morbi fuit, qua regulari facta hic ceſſauit. Hoc et alio caſu analogia inter p. 470.
hunc morbum, et aſthma flatulentum vel ſpaſmodicum, aromaticorumque et ſtimulantium in eo praecauteriis in femoribus vtilitas demonſtratur. Auctor p. 471.
diarii fomentorum aromaticorum calidiſſime regioni ventriculi applicatorum, et aetheris vitriolici interne adhibiti vſum in dolore regionis ſterni, et conſtrictorio antibrachii a podagra irregulari ſubito ſopiendo confirmat. I. A. SEGUIERA *de impotentia deglutiendi ſpaſmodica vnguento mercuriali curata.* GVIL. p. 472.
WRIGHT *de vtilitate balnei frigidi in triſmo.* Omni bi-vel quadrihorio dua vel tria aquae vaſcula aegris p. 473.
infuſa ſunt, in quatuor tamen opium ſimul propinatum. A. DOUGLAS *de tuſſi ſingulari.* Aquae Luciae, naribus applicatae vſus ſolus profuit.
S. MITCHELL *de incontinentia vrinae vſu ſpecilli flexilis curata.* Fluxit vrina per vaginam, quae poſt partum forcipe adiuuandum ſuppurata prope veſicae collum cum vrethra communionem habuit; ſpecillum in vrethram per tres ſeptimanas immiſſum fuit. p. 474.
Curam hanc corpore veſicae laeſo non valere, monito et exemplo HVNTERI confirmatur. MATTH. p. 475.

DOBSON *ad* FOTHERGILLVM *de commodis reſuſcitati ptyaliſmi in curandis variis ſymptomatibus anomalis*
p. 476. ad modum SYLVESTRI. IO. SMITH, MARS. WALL, IO. LANGFORD *ad* HVNTERVM *de praeternaturali affectione cerebri.* Concretio oſſea, dimidio pacto maior et ſolido (*ſcellino*) craſſior, inaequalis, falci et ſinui longitudinali ſiniſtri lateris adhaeſit, ſubſtantiamque cerebri, eiusque matres e ſpina ſuperiore tranſuerſali occipitis ſecum coniunxit. Vehemens
p. 477. in caput ictus cauſa viſa eſt. IO. FOTHERGILL *de diarrhoea habituali a certa acrimonia irritante humorum pendente, et cum magna debilitate ac irritabilitate inteſtinorum coniuncta, paruis ipecacuanhae doſibus ſanan-*
p. 478. *da.* LLOYD *de tumore flatulento capitis aperto et curato.* A lapſu ab equo ſenſim natus fuit, ſibilum in aure ſiniſtra, vertiginem, nauſeam, torporem artuum, praecipue ſuperiorum, produxit, et duodecim menſibus elapſis apertus nil niſi aërem reddidit, cranio tamen in tota tumoris extenſione carie exeſo, fauoque ſimili. BRVMWELL *de periculoſis effectibus*
p. 479. *ab eſu baccarum maturarum belladonnae.* IO. HOFMANN *de iisdem in cane pecuario et ſymptomatibus iis hydrophobiae ſimilibus a duabus camphorae drachmis in vertago.* SAM. CROKKING *de calamo ſcriptorio duodecim pollices longo, ex oeſophago, in quem illapſus, feliciter extracto.* GEO. PEARSON *de morbo dextri*
p. 480. *renis.* Fuit hinc durus et denſus, illinc mollis et cedens, cellulis fluido viſcoſo et materia pultacea plenis inſignis, in variosque lobos conuolutionibus inteſtinorum impoſitos diuiſus, et circiter ſeptendecim librarum pondus habuit. Aegri, pueri quinquennis, incommoda modo vermibus, modo aſciti veſiculari, adſcripta ſunt; ſemelque et paracenteſis
p. 482 tentata. ALEX. MONRO *et* CAROL. WEBSTER de ſimili morbo renis ſiniſtri libras quinquaginta et quinque pondere aequantis. GEO. PEARSON. *de opii*

vtili-

vtilitate in retentione vrinae periculoſa. A gonorrhoea et inflammatione vrethrae oborta fuit, et omni quadrihorio vnum extracti thebaici granum propinatum. GEO. LVCAS *de cataracta.* Damnatur extractio, laudatur depreſſio acu rotunda, nondum dimidiam drachmam ponderante, quatuor pollices cum dimidio longa. p. 433.

GVIL. HVNTER *de incertitudine indiciorum infanticidii;* inprimis illius ex pulmonum examine capti: cenſet praeterea, pauciſſimas foetum ſuum conſulto enecare. p. 485.

GVIL. HVNTER *tres caſus vitioſae cordis conformationis.* In puero, tredecim tantum dies viuente, in quo motus cordis violentus diſtincte videndus, cauitas ventriculi ſiniſtri vix ſenſibilis, et arteria pulmonaris in ortu ſuo imperuia, ſolido funiculo ſimilis fuit, ſanguisque ex cauis per foramen ouale et ventriculum ſiniſtrum in aortam, et ex hac, canali arterioſo mediante, exigua ſanguinis pars in ramum ſiniſtrum arteriae pulmonalis tranſiit. p. 486.

In puero tredecenni, ſaepe cordis quaſi oppreſſioni obnoxio, arteria pulmonalis in ortu ſuo ita conſtricta, vt vix minimum ſpecillum inferri potuerit, ſeptumque cordis in huius baſi perforatum fuit. Similis ſepti perforatio, tranſmiſſioni pennae anſerinae maioris locum cedens, in ſemeſtri puero obſeruata eſt. p. 487.

GVIL. HVNTER *de dolore ventriculi cum frequente et violento vomitu, magnaque debilitate et macie.* Curata ſunt haec incommmoda parcioribus lactis doſibus exhibitis. p. 488. p. 489.

GVIL. HEY *de ſimilis diaetae ſalutari effectu in vomitu obſtinato.* p. 490.

TH. WHATELY *de morte apparente a deglutita dimidia vncia opii.* Intra duodecim horas quinquaginta grana tartari emetici prius, quam in vitam reuocatus fuerit, data, nilque opii in vomitu reiectis animaduerſum eſt. p. 491.

IO. FOTHERGILL *de morbo epidemico Londini exeunte anno* 1775. *obſeruato.* Fuit analogus morbo, quem Ruſſicum vocant.

MORRIS *de letali morbo ſtoma-*

ſtomachi HENR. WATSONI. Fuit perpetuus vomitus productus a multis tuberculis intra pylorum conſtitutis, tranſitum in duodenum impedientibus.

p. 392. 35. BERTRAND DE LA GRESIE *de cura herpetum c. obſſ. de efficacia extracti dulcamarae in iis. Gall.*

p. 393. *ſcript. Pariſ.* 1784. 12. Datur a ſex granis ſenſim ad drachmam vſque, prodeſt etiam in aliis cutaneis morbis, rheumatiſmisque frigidis et inueteratis, vti et herba externe, vt reſoluens.

p. 394. 36 RETZII *Obſſ. de natura, cauſis, ſymptomatibus et cura morborum epidemicorum quotannis Rupifortii regnantium et ſubinde in maiori parte prouinciarum Galliae occurrentium. Gall. ſcript. Pariſ.* 1784. Sententia auctoris de paludibus Rupifortium circumdan-

p. 395. tibus non pro cauſa epidemiae habendis ab auctore diarii refutatur, iudicio S. MART. COM. DE BRIOUZE de hoc libro ſimul allato.

37. FRANC. PLACE *de vera diabetis cauſa in defectu aſſimilationis quaerenda. Gotting.* 1784. Omnes aliae theoriae excluduntur.

p. 397. 38. FRANC. BURTIN *diſſ. circa quaeſtionem, quaenam vegetabilia indigena in humilibus regionibus diuerſorum vitae vſuum reſpectu exoticis ſubſtitui poſſint, an.* 1783. *ab academia ſcientiarum et literarum Bruxellenſi praemio ornata. Gall. ſcript. Brux.* 1784 8. *pagg.* 187. Vegetabilia ſubſtituenda ordine alphabetico ad ſyſtema LINNAEI proponuntur. Gummi arabico radix althaeae, cortici Chinae in febribus intermittentibus cortex durus lignoſus perſici ſubſtituitur, cortice Chinae ille ſalicis ſuperior iudicatur, et cortex internas nucis diuiſiones formans vt potentiſſimum antiſepticum in gangraena commendatur.

p. 399. 39. LE ROUGE *de herniofis. Gall. ſcript. Pariſ.* 1784. 12. *pag.* 35. Commendatur ad hernias, non autem magnas habituales et antiquas, ſine faſcia retinendas, emplaſtrum ex farinae Valloniae, reſinae-

que

que ſiccae pini ana vnciis duabus, vitrioli martis calcinati vna ſeuique dimidia.

40. CHANDLER *de diuerſis theoriis et curis apoplexiae et paralyſis. Angl. ſcript. Lond.* 1784. Cum CVLLENO conſentit, putat tamen, ſtimulantia in paralyſi non ita raro neceſſaria eſſe. p. 400.

41. FVLLER *de cura ſubmerſorum et ſuffocatorum in vniuerſum. Angl. ſcript. Lond.* 1784. In ſubmerſis ſcintillas extrahendas, et ex animali viuo in corpus pro mortuo habitum ſanguinem transfundendum eſſe ratur.

42. *Obſſ. de vſu medico lacertarum, epiſt.* FR. TREVISANI *ad* I. B. MARZARI. *Italice ſcript. Caſtelfranco* 1786. Vlteriora cum lacertis inſtituit experimenta 1. in femina illa cancro faciei affecta, de qua nuper ad ZVLIANVM ſcripſit, quae quotidie vnam viridem lacertam (*ramarri*) ſine nauſea primum cum leuamine ſumſit, tandem tamen cancro vlterius progrediente obiit; p. 425. 2. in viro tricenario mercurialibus nunquam vſo, qui duas magnas lacertas quotidie deglutiuit, primum vrinae et ſaliuae fluxu copioſo iis promoto, nocturnisque doloribus exoſtoſibusque fugatis, cubitique mobilitate reddita, tum vero, tres licet lacertae datae, cubitoque mercurius inunctus fuerit, nullo inſigni commodo animaduerſo. p. 426. 3. in femina lue venerea et tandem cancro faciei affecta, cui vna magna, vel duae paruae (*lacertole*) lacertae cum ſaturato infuſo guaiaci quotidie datae nil leuaminis niſi nocturnorum dolorum imminutionem, attulerunt, et in qua et alia nunc facit experimenta cum arſenico, propediem publicanda. p. 427. Quaerit igitur, num lacertae Amatitanae vere ſpecifica illa virtute polleant, an vulnera iis curata vere cancroſa fuerint. Additae ſunt obſeruationes IO. BAPT. PALLETTAE in noſocomio Mediolanenſi factae ex P. VI. Vol. VIII. opuſculorum Mediolanenſium. p. 428. Ex quibus p. 429.

bus patet, lacertas vulgares licet vni aegro quotidie tandem viginti et quinque datae fuerint, in cancro faciei et vteri nil praeſtitiſſe, ſudorem, vrinam et ſaliuam, non tamen in omnibus pari modo, vehementius mouiſſe, in pulſu autem et canali inteſtinorum nullam mutationem produxiſſe; easdem in vlceribus ſcrophuloſis pectoris et colli, vti et oleum earum ad modum SCVLTETI paratum in illis pedis
p. 430. ſanandis multum valuiſſe. Auctor diarii ſua experientia docet, lacertas in cancro et ſcirrho nihil, in lue venerea aliquid tantum leuaminis attuliſſe.

43. THOM. WHITE *tractatus de ſtrumis vel ſcrophulis. Angl. ſcript. Lond.* 1784. 8. Negat, eſſe hereditarias, cauſas earum ex abuſu rerum ſex non na-
p. 431. turalium repetit, variam earum ſedem exponit, ex-
p. 432. terne fomenta ex aqua calida, interne mercurium dulcem, cui tamen, ſi infantes eo vti nolint, vnguentum mercuriale ſubſtituendum, et alia mercurialia ac ſaturnina externa commendat.

p. 438. 44. *Delectus opuſculorum medicorum antehac in Germaniae diuerſis academiis editorum, quae in auditorum commodum collegit, et cum notis hinc inde aucta recudi curauit D.* IO. PETR. FRANK. *med. clin. in reg.*
p. 439. *Acad. Ticin. prof. Vol. I. Ticini* 1785. 8. Continet GATTENHOFII de hypochondriaſi; SCHOENMEZELII an ſectio anatomica cadaueribus autochiria ſuſpectis; WIENHOLTII de inflammationibus viſcerum hypochondriacorum occultis; SCHAERLICHII de vſu opii in febribus intermittentibus, MVNCHII de belladonna efficace in rabie canina remedio, editorisque, qui in epiſtola addita Italos ad politiam ſuam medicam locupletandam inuitat, de laruis morborum bilioſis commentationes.

45. *Theſaurus medicus Edinburgenſis nouus, ſiue diſſertationum in academia Edinenſi ad rem medicam pertinentium ab anno* 1759. *ad* 1785. *delectus, ab illa*

ſoc. reg. med. Edinb. habitus. T. 2. Edinb. et Lond. 1785. 8. Primum tomum, diſſertationes ab 1728. ad 1758. continentem GVIL. SMELLIE in 2. Voll. anno 1779. ediderat. Tomi huius duo volumina triginta et ſex complectuntur diſſertationes. p. 440.

46. *Ciſtalgia helminthica, obſeruatio D.* PANZANI; quinquagenarius doloribus in regione veſicae centro oſſis ſacri reſpondente, cum conſtrictione funiculi ſpermatici et teſticuli dextri, quandoque et ſtrangu-ria coniunctis, vltra ſex menſes cruciatus, in quo per tres annos et diutius varios in regione renum dolores perpeſſo, ſaepeque ſabula per vrethram excernente ſuſpicio calculi renalis enata, ideoque catheter non applicatus fuit, noctu ſtatim ab omnibus ſuis malis liberatus eſt, excretis per vrethram vna cum vrina ſanguinolenta vermibus duobus duos pollices longis, in maiori ſua diametro vnam lineam aequantibus, colore rubicundis, ex annulis circularibu tunica membranacea cuius fibrae longitudinales erant, mediante connexis, compoſitis, oculis carentibus, in extremorum acutorum vno lamella lenticulari cornea, et ſub hac cauo rotundo, pro ore habendo, inſtructis, adhuc viuis, quodammodo lumbricis inteſtinorum ſimilibus. Ab his enim forte ideo tantum diuerſos fuiſſe, quod ex pariete veſicae interiori immutabile quoddam alimentum, ſanguinem nempe, lenticulari illa lamina mediante ſe affigendo et fugendo acceperint. Referendos eos etiam eſſe ad congenitos, quippe qui ab aduentitiis, in ſolis inteſtinis reperiundis, probe diſtinguendi, in corpore animali ex germinibus, in hoc ratione non certo cognita illatis, calore et humiditate euoluantur. Germinum vero talium extra corpus animale exiſtentiam vermium animalium cum terreſtribus ſimilitudine, vti et hypotheſeos de germinibus diſſeminatis veritatem variis in regno animali obſeruatis phaenomenis

p. 441. p. 442. p. 443. p. 457. p. 446. p. 454. p. 455. p. 456. p. 452.

p. 450. nis, maxime vero multiplicatione eo frequentiori, quo minus gaudeant animalia organis eſſentialibus, v. c. oculis, cerebro, corde, genitalibus, valde com-
p. 446. probari. Vermes denique viarum vrinariarum, vti variis adductis obſeruationibus, alias etiam vermium ſedes illuſtrantibus patet, non frequenter quidem,
p. 457. non tamen adeo raro occurrere; eorum tamen dia-
p. 459. gnoſin incertam, curationem fere nullam eſſe; a mercurio enim in veſicam iniiciendo parum eſſe exſpectandum, quum lumbrici inteſtinales in mercurio
p. 458. per biduum viui et agiles permanſerint, omniaque anthelminthica ideo, quod vermes indolis animalis participes ſe reddant, facile oeconomiam animalem laedant.

p. 498. 47. *Epiſtola* OMOBON. PISONI *p. p. in vniu. Pad. de vſu medico lacertarum* (*dei ramarri e partic. delle lucerte*) *ad D.* HIER. FESTARI, *et inſert. diario encyclop. Vicent.* Recenſitis de lacertarum in ſcrophulis vſu SCVLTETI, SAXONIAE et PREVOTII ſententiis
p. 499. narrat, ſe eas in cancro mammae fruſtra adhibuiſſe, easdem in femina ſeptem iam annos ſyphilitica leuamen aliquod attuliſſe, hanc vero male obedientem obiiſſe, iudicatque lacertas, quarum vis ab ipſarum alcali volatili forte repetenda, in cancro noxias, ab Americanis forte non in hoc, ſed in vlceribus ſuperficialibus, a Gallis *chancres* dictis, vtiles eſſe repertas.
p. 500. Addita eſt obſeruatio FR. LVDOV. BALDINI de femina in ſcabie haereditaria pſoricis fruſtra vſa, anno aetatis vigeſimo ſexto, initi vero matrimonii tertio, horrenda adhuc lepra affecta; ab ea vero chronicaque ſcabie vſu viginti et quinque lacertarum (*ramarri*) et ſaturati infuſi dulcamarae, ſero copioſum ſudorem et vrinam proliciente, menſtruorumque fluxum diu ſuppreſſum reuocante, tandem liberata.

II.

D. CAROLI GEORG. THEOD. KORTVM, medici Tremonienſis, commentarius de vitio ſcrofuloſo, quique inde pendent morbis ſecundariis, qui nuper illuſtris ſocietatis regiae medicorum, quae Pariſiis eſt, plauſum tulit. Tomus primus. Lemgouiae, MDCCLXXIX. 8. 390. pag.

Noſtris temporibus quod inprimis apud Gallos Anglosque vehementer increbuit, vitium ſcrofuloſum, a recentioribus, ad id magis attentis, quidem egregie illuſtratum eſt, multumque praeſtitum, tam in ſcrofuloſorum affectuum natura declaranda, quam medela feliciori et faciliori reperiunda. Attamen nullus hactenus auctorum ſcrofuloſi morbi eiusque ſpecierum vtcunque valde frequentium fidelem et accuratam hiſtoriam dedit, quaeque optima de ſcrofularum natura, cauſis et curatione proſtant obſervata, in plurimis auctorum ſcriptis diſperſa latent: hinc ſane haec colligendi, in ordinem quendam redigendi atque digerendi labor, quo optime functus eſt Cl. Auctor, non inutilis putandus eſt.

Libris, qui de ſcrofuloſo morbo ſeorſim tractant, enarratis, operis ſui rationem copioſiorem exponit Noſter, in quo conſcribendo iam ante quaeſtionem a medicorum Pariſinorum ſocietate propoſitam verſatus fuerat, deinde ſuccincta morborum acutorum cum diuturnis comparatione praemiſſa, cauſas morborum chronicorum generaliores, ſecundum quas p. 27. in claſſes generaliores diſtribui poſſint morbi diuturni, proponit. Hae cauſae ſunt 1) *debilitas*, ſiue potius laxitas partium ſolidarum, quam ſolam ſubintelligit, 2) *functionum viſcerum chylum praeparantium vitiata actio*, 3) *ſpiſſitudo et tenacitas humorum* vel

atrabiliaria, vel pituitoſa, 4) *excretiones imminutae vel ſuppreſſae*, 5) *ſpaſmus*, 6) *humorum acrimonia*. Has quidem cauſas ad morborum diuturnorum origines multum conferre nemo facile negauerit, optandum tamen fuiſſet, vt ordines earum melius exactiusque Clmus Auctor definiuiſſet: ſic excretiones imminutae vel ſuppreſſae cauſam quidem per ſe conſtituunt morborum chronicorum, natura verum ſua ab aliis cauſis enarratis dependent, adeoque in cauſarum numerum inferri non merentur, quum ipſae harum cauſarum effectus ſint.

p. 33. His omnibus praemiſſis prima ſectione *morbi notio, variae appellationes, diſtinctio ab aliis, diuiſiones* traduntur. Scrofulae ſunt Noſtro glandularum praecipue conglobatarum, indurationes et intumeſcentiae chronicae ex ſingulari lymphae ſyſtematisque lymphatici vitio pullulantes, et peculiari vt plurimum habitus externi vitio comitatae.

p. 43. Cum bronchocele ſcrofulae ſaepius confuſae ſunt, et cauſa, quae effecit, vt in ipſas ſcrofulas minus attenti fuerint mederi, in hac confuſione ſita eſt. Bronchocele, cuius eſſentia in glandulae thyroideae induratione, caeteris colli glandulis ſanis, conſiſtit, cachexiam, ſcrofulis iunctam, nunquam iunctam habet indeque bronchocele, ſiue ſtruma proprie dicta ad tumorum, ſcrofulae vero ad cachexiarum claſſem recte referuntur. Ipſe tamen tumor glandulae thyroideae etiam a materia ſcrofuloſa produci poteſt. Cum tumoribus cyſticis ſcrofulae non raro confuſae ſunt, neque ſemper a ſcirrhis ſatis diſtinctae. Ipſaque haec diſtinctio a ſcirrhis ſatis ſubinde difficilis eſt; vterque enim morbus glandulas induratas habet: in ſcrofuloſa tamen glandularum duritie, dyſcraſia ſcrofuloſa diſtinctionis characterem exhibet.

Rem hoc modo optime expediendam eſſe putat Noſter. Struma glandulae thyroideae induratio eſt, ſique

ſique a ſcrofuloſa acrimonia haec induratio proficiſcitur, ſcrofuloſae ſtrumae nomine inſignienda eſt: bronchoceles nomen, incongruum ad genus deſignandum, ſoli prolapſui tunicae internae aſperae arteriae tribuendum eſt.

Sectio II. *ſcrofularum ſymptomata* complectitur. P. 53. Donec immunes a tumoribus glandulae lymphaticae externae manent, nullum ſcrofuloſum vitium accuſari debet. Ipſae glandulae vero ſi ſcrofuloſae fiunt, tumores non magnos exhibent, ſique mole creſcunt, id aut a pluribus glandulis conglutinatis inter ſe et eodem morbo affectis pendet, aut tumor falſo pro ſcrofulis venditus ſteatomatis, aut aliam naturam habet. Parua habent lentaque initia, inde diſtinguendae a catarrhali glandularum tumore, qui in pueris frequenter obtinet. Figuram inaequalem, irregularem habent, indeque a peritis ſolo fere tactu cognoſcendae.

Sedem ſcrofulis omnes glandulae praebent. In p. 69. meſenterio quidem frequentes ſunt, non tamen generatim ſtatuendum eſt, vbi glandulae in collo induratae apparent, ibi ſemper quoque meſenterium iisdem affectum eſſe: examine enim etiam curatiore inſtituto in aegris, qui collum ſcrofuloſum habent, non raro nulla labes in imo abdomine detegitur. Si vero morbus ad magnum gradum prouectus eſt, meſenterium ſemper eo affectum reperitur. In pueris quoque meſenterium frequentius a ſcrofulis affici ſolet, quam in adultioribus. Reliqua omnia abdominis viſcera glanduloſa ſcrofulis patent. Cerebrum adeo occupare ſcrofuloſam materiam auctores pronunciarunt, in eoque induratione producta epilepſiam inducere.

Sedem morbi, vt iam diximus, propriam lympha- p. 77. ticum ſyſtema conſtituit primumque ſemper in glandulas conglobatas decubitum facere ſolet venenum

ſcrofuloſum: ſi vero inualuit malum, aliae quoque glandulae aliaque loca a morbo occupantur. Articulis inprimis et articulorum capſulis morbus infeſtus eſt.

p. 89. Vt ſcrofulae generentur, vitium corpori inhaereat neceſſe eſt, quod lympham inſpiſſet, glandulas obſtruat. Id, cachexiae ſcrofuloſae nomine inſignitum, ex concurſu plurimorum ſymptomatum cognoſcitur. Sunt autem haec ſymptomata vel effectus vitii ſcrofuloſi, corpori iam inhaerentis, vel conſiſtunt in qualitatibus quibusdam corporis, quae indicant, id ad ſcrofulas concipiendas pronum eſſe. Ad priores pertinet collum breue, frons curta et anguſta, tempora preſſa, amplae largaeque maxillae, caput grande, color faciei amoene roſeus, facies inflata paululum et quaſi oedematoſa, labium, praeſertim ſuperius, tumidum, tumore ad inferiorem ſepti et alarum narium partem extenſo, mucus e naribus copioſe profluens eas erodens, oculi magni, ſplendentes, pulchri, ſi ophthalmia nondum affecti ſunt, lacrymoſi contra et ſuo nitore orbati, circulo liuido circumdati, ſi ſcrofulae meſenterium occupant; pupilla dilatata, quae probat vitium ſedem ſuam in abdomine potiſſimum habere; abdomen tumidum, tenſum atque durum, duritie inaequali viſcerum ſcrofuloſa ſaepe per tactum cognoſcenda; extremitatum macies, extenuatio; pectoris ariditas; vegeta mens, viuidum ingenium, iudicium firmum; ciborum, praeſertim farinaceorum, craſſorum, ſolidiorum deſiderium, digeſtio debilitata, ſalivae copioſior ad os affluxus.

p. 115. Sequuntur, ob acrimoniam lymphae inhaerentem, defluxiones, eroſiones, exulcerationes, ophthalmiae, aurium fluxus, morbi cutanei varii, gingiuae in montium incolis contrahuntur et indureſcunt; dentes in ſcrofulis meſentericis, vel rhachitidi adiunctis

vitian-

vitiantur; conſtitutio debilis et laxa, reſpiratio difficilis fit, pulſus paruus et mollis deprehenditur, cupiditasque ad venerem, ad contrectandas naturales partes naſcitur praematura.

Formae autem, ſub quibus ſcrofulae incedunt, p. 120.
duae ſunt. Prima, ſcrofulam proprie dictam conſtituens, diſtinguitur plena facie, colorata, oculis magnis, viuidis, pupilla ampliata, laxo corporis habitu, corpore pleno, cute glabra, intellectu et iudicio valentioribus, abdomine vix valde turgente, labii ſuperioris tumore, glandulis externis tumidis, ad inflammationem, ſupurationem pronis. Haec forma Noſtro ea eſt, qua ſcrofuloſum venenum ſummam ſuam maturitatem acquiſiuit, qua in pueros per haereditatem propagari valet. Altera forma, quam ſcrofulam meſentericam Cl. Auctor dicit, haec eſt: habitus cachecticus eſt, tumidulus, oculi languidi, triſtis animus, ſeria amans. Colli glandulae parum tument, et ſi tument, frigidus, vix ad inflammationes pronus tumor eſt. Venter contra plurimum tumet, pectore et articulis emaciatis. In atrophiam et tabem meſentericam tranſitus facilis eſt. Vtraque forma ab eodem veneno pendet, corpora locaque diuerſa occupante. In meſenterica tamen materies ad internas glandulas magis defixa haeret, et cachexiae ſcrofuloſae ſigna minus clara ſunt.

Permultos pueros, inprimis quos aut capitis ti- p. 133.
nea vexat, aut qui ad eam proni ſunt, non raro quoque qui caput mundum habent, a leuioribus diaetae vitiis, occupat tumor glandularum colli, ſubmaxillarium (parotidis quoque) facile iterum diſparens et non raro tinea copioſiore capitis ſolui ſolitus. Hos tumores Cl. Auctor ad ſcrofularum ſpuriarum genus refert et ab eadem materia, quae ſcrofulas producit, ſed minus perfecta, deriuat, quod quidem ſubinde, non vero ſemper locum habere putamus: ſaepiſſime

enim hi tumores, a ſolo lymphae difficiliore motu nati, euaneſcunt, abſque vllo cachexiae ſcrofuloſae ſigno, et abſque vlla ſcrofuloſa aegritudine ſequentibus. Eodem plane modo pueros non raro morbus glanduloſus parotidum et glandularum ſubmaxillarium occupat, non ſcrofuloſus, quem praeter BVRSERIVM DE KANILFELD nemo recentiorum deſcripſit. Saxones *den Ziegenpeter* vocant.

p. 173. Febris, quae ſcrofulas comitatur, catarrhalis ſubinde eſt, a glandularum vero inflammatione inflammatoria, a ſuppuratione ſuppuratoria. Si malum multum progreſſum eſt et cacochymia ſcrofuloſa totum corpus occupat, febris hectica ſcrofuloſa naſcitur.

p. 148. Gradus, quos morbus percurrere conſueuit, hi ſunt: Si lymphaticae quaedam glandulae ad latera colli, pone aures, caet. pueris intumeſcunt, mobiles, molles, non tumentes, cum diſpoſitionis ſcrofuloſae ſignis, primus morbi gradus eſt. Si tumidae colli glandulae numeroſiores, concatenatae fiunt et mole ac duritie augentur, alter gradus eſt. In hoc abdomen laborare incipit et habitus ſcrofuloſus manifeſtus eſt. Tertius gradus eſt, ſi irritamentum ſcrofuloſum in actum citatur, dolentibus tumoribus, inflammatis atque exulceratis. Inflammatorio quodam ſtatu vniuerſum lymphaticum ſyſtema laborare videtur: febricula corpus detinet. Quartus eſt, ſi oſſa exulcerantur, ſi cancri ſcrofuloſi naſcuntur caet.

Diſſipantur ſcrofulae, ſolidis corporis partibus maiorem vim pubertatis tempore acquirentibus: ſi vero malum diu partibus inhaeſit, ſenſim acrius factum ſolida irritat, inflammat, exulcerat. Si inflammari incipiunt ſcrofulae, aegri leues puncturas in interioribus tumorum partibus ſentiunt: tumores grandiores mox facti ſuperficiei fortius adhaereſcunt, rubent

rubent inflammanturque cum dolore exiguo. Pus mox in ichorem conuertitur: hinc vlcerum difficilis ſanatio, tumoris imperfecta liquatio. Foeda vlcera, ſi conſolidantur, foedas cicatrices relinquunt. Partes inflammatae non raro gangraeneſcunt.

Quoad vitae periodum, quam occupant, ſcrofulae p. 163.
medias tenent inter infantum ac puerorum morbos. Connatarum ſcrofularum exempla, ſi vnquam extiterunt, rariſſima ſunt. Scrofulae poſt annum vitae XL ortae quoque valde rarae ſunt. Feminarum corpora crebrius, quam virorum occupant, quoniam laxiora, delicatiora, tumoribus pleniora ſunt. In feminarum corpore poſt menſtruam purgationem ſuperatam ſcrofularum venenum demum eſſe euolutum ſubinde obſeruatum eſt. Caeterum idem morbus porcis, equis, ſimiis, leonibus frequens eſt. (frequentiſſimus eſt canum generi, inprimis canibus minoribus, delicatulis. Nec multi ex canium venaticorum genere ab hoc morbo immunes reperiuntur.)

Sectione III. *de ſcrofularum indole et cauſis agi-* p. 173.
tur. Cauſam propiorem ſcrofularum alii hanc, alii illam accuſarunt. Lymphae vitium in ſcrofulis manifeſte adeſt, idque in tenacitate illius nimia et acrimonia conſiſtit. Docet acrimoniam hanc adeſſe tumorum in initio frigidorum ſenſim naſcens inflammatio, vlceratio maligna, acres deſtillationes, morbi cutanei, oſſium. Stagnatio lymphae diuturna in carnibus glandularum huic acrimoniae fauere inprimis videtur. Porro in ſcrofulis adeſt colluuies lymphatica, ſolidarum partium debilitas laxitasque, partium ſolidarum vniuerſi corporis, praeprimis ſyſtematis lymphatici, atonia.

Rationes, quibus ducti medici vitium ſcrofulo- p. 184.
ſum pro ſyphilidis ſobole habuere, nunc copioſe exponuntur. Exiſtere multam inter vitium hoc et ſyphilidem analogiam non negatur: neque negari

poteſt ex Noſtri mente, pueros venereis parentibus progenitos ſcrofuloſis affectibus frequenter infeſtari. Medendi etiam methodus vtrique morbo fere eadem coniecturae de originibus non diſſimilibus non repugnat. Sed ſcrofulae morbis venereis longe antiquiores ſunt et HIPPOCRATI iam notae, quibusdam ex Latino-barbaris notiſſimae fuerunt, et vbi etiam antiquitatem ſcrofularum inde quis ſuſpectam reddere velit, quod cum rhachitide plurimam ſimilitudinem habeant, haec vero ipſa adeo venerea lue recentior ſit, inde dubia ſcrofularum antiquitas ſane reddi non poteſt. Forte conſtitutio recens exorta ſcrofuloſum morbum, adiuncta ei, ita mutauit, vt aliam formam nactus etiam alia ſymptomata eoque modo rhachitidem, nouum morbum, exhibuerit. Probat etiam morbum ſcrofuloſum a venereo diuerſum eſſe, quod hic ditiores, voluptatibus omnibus deditos, occupet, ille vero pauperes, ſordidos, malo victu vtentes.

Alii acidum lympham coagulans accuſarunt. Et
p. 203. ſane cauſae praegreſſae permultae, quae ſcrofularum originibus admodum fauent, multaque in ipſius morbi decurſu praeſentia phaenomena tale acidum ſubeſſe ſuadent, inprimis rhachiticus morbus, ſcrofuloſo perſimilis, in quo acidi veſtigia manifeſta ſunt. Glutinoſum quoque, quod in lympha ſcrofuloſorum, praepollet, acido habitaculum dare commodum poteſt. Verum ſi etiam acidi praeſentia in ſcrofuloſis morbis negari nequit, hoc tamen acidum ſcrofulas non proxime inducit, requiritur enim ad eas ſyſtematis lymphatici particularis quaedam diatheſis, vix non ſemper ex haereditate mala, cui fere conſtanter colluuies acido-viſcida in pueris iungi ſolet.

Miaſma morboſum quum denotet materiam morbidam, quae in aliis ſubiectis ſui ſimilem morbum producere valeat, neque generari poſſit, niſi ex ſui generis morbo, hoc ſenſu difficile eſt ſtatuere peculiare

liare ſcrofuloſum miaſma: ſi vero materias morbidas, quae ſpecificae indolis ſunt et in aliis ſubiectis morbum ſui ſimilem procreare valent, ſaepe tamen abſque contagio in corpore ipſo generari poſſunt, miaſmata vocamus, hoc ſane ſenſu ſcrofulas ſuum miaſma habere certum eſt. Contagioſas eſſe ſcrofulas negarunt alii, alii affirmarunt: eſſe vero certis ſub conditionibus contagioſas certum eſt. Inſitione quidem materie ex vlcere ſcrofuloſo in ſanum corpus propagata ſcrofulae productae non ſunt, ipſeque Cl. Auctor hanc inſitionem abſque vllo effectu tentauit; verum ſi ſummam ſuam vim nacta eſt materia et ad ſummum gradum ſuum quaſi exaltata, vtique morbum ſui generis in aliis producere valet. Quod vero quum alii quoque morbi faciant, firmior concluſio eſt, requiri ad ſcrofulas peculiarem ſyſtematis lymphatici diſpoſitionem, quae peculiarem humorum diſcraſiam, cacochymiam, acrimoniam inducat.

Multiplicis indolis ſcrofulas eſſe quidam ſtatuerunt: hinc curioſe inueſtigat Noſter, num vere ſenſerint. Recte monet, hos auctores humorum ſtatum tantum reſpexiſſe morboque cauſas diuerſas propiores dediſſe, cum diuerſo modo alteratos humores in morbo eſſe conſpicerent: ſpecificum vero characterem ſcrofuloſi morbi a ſolidorum conſtitutione repetendum ſcrofulasque vnius indolis tantum ſtatuendas eſſe, diſtinguendas a ſpuriis, quae in fugitiuo glandularum tumore conſiſtant, et a complicatis, in quibus, ob aliorum morborum concurſum, ipſe morbus varia forma incedat. p. 221.

Scrofularum nunc variae diuiſiones enarrantur. Optime Noſter ſcrofulas in veras et ſpurias, ſeu ſymptomaticas diuidit. Spuriae duplicis generis ſunt: aut enim ſcrofuloſum vitium cum alia quacunque morboſa cauſa complicatum eſt, aut aliae cauſae, abſque vllo vitii ſcrofuloſi veſtigio, tumores glandu- p. 235.

larum ſcrofuloſis ſimiles indueunt. Priores ſub ſcrofularum complicatarum nomine comprehenduntur commode: poſteriores nomen ſcrofularum non merentur.

Phaenomena quidem oſtendunt, plurimam ſimilitudinem inter rhachitidem et ſcrofulas intercedere, attamen in eo rhachitis a ſcrofulis conſtanter differt, quod illa oſſa emolliat atque iuniorem aetatem, a ſexto menſe vſque ad alterum aetatis annum, affligat. Hinc cauſa proxima vtriuſque morbi etiam aliquo modo diſcrepet neceſſe eſt. Achores, cruſta lactea repreſſa, ſcrofulas non raro excitat: iidem morbi, ſi ſcrofuloſis ſuperueniunt, ſcrofulas non raro ſoluunt. Multa alia phaenomena docent his morbis omnibus cauſam eſſe proximam fere eandem, quae tantum per particulares circumſtantias determinetur, vt has morborum non ſpecies natura diuerſas, ſed varietates conſtituat.

p. 246. Scrofuloſis corporibus variolae non vehementer inimicae ſunt, plurimi potius ſcrofuloſi variolas, maligna etiam exiſtente epidemia, optime ſuperant. Frigidum forſan laxumque corpus ſcrofuloſum vix ad graues a miaſmate varioloſo febres concipiendas idoneum eſt, neque virus varioloſum valde multiplicare valet. Caeterum obſeruationem notatu digniſſimam memorat Cl. Auctor hac occaſione, vbi de veneni varioloſi cum ſcrofulis coniunctione tractat, nempe conſtare exemplis omnibus, phthiſi ſpontanea non occupari hos, quorum faciem variolae, foueis in iis relictis profundioribus, foedauerant, ſed hos tantum, quibus benigniores variolae cutem illibatam reliquerant. Ex hac obſeruatione autumat effici, per variolas maligniores aliquid in pulmonibus, quod futuram ad phthiſin diſpoſitionem praefocet, fieri, forſan ſuperficialem ſuppurationem, quae materiam phthiſeos generationi olim idoneam exſoluat atque

exter-

exterminet. Hisque praemiſſis per exempla probat, artificiales variolas cutem quidem vtplurimum non laedere, verum non raro vitium internum in pulmonibus prouocare, quod inualeſcens ſenſim pulmones iis corrumpat, quorum faciem variolae non dehoneſtauerant. Inprimis ſi ſcrofuloſis arte variolae inſeruntur, metus non vanus eſt, ne ſcrofuloſa diſpoſitio magis euoluatur, pulmonibus olim infenſa. Hinc forſan ratio elucet, cur in populoſis vrbibus, in quibus inoculatio ex longo tempore in vſu fuit, mortalitas ne hilum quidem fuerit imminuta.

Scrofuloſus morbus ſaepiſſime poſt variolas obſeruatur et quidem non morbo mox ſuperato, ſed tempore aliquo interpoſito, et nunquam fere, niſi in pueris, qui ſcrofuloſa cachexia iam antea laborauerant, ad quam euoluendam et in actum maiorem concitandam febris varioloſa contulerat.

Scrofuloſis his expoſitis, et alii glandularum tumores enarrantur, qui febre morbilloſa, ſcarlatina, acutis febribus aliis atque intermittentibus, nec non catarrhalibus morbis ſuperuenire ſolent, deinde glandularum tumores a cauſa ſanguinea, metaſtaſi lactis, abundantia lymphae. A menſibus ſuppreſſis aeque ac ceſſantibus glandularum tumores obſeruati ſunt: generatim ſcrofuloſa cachexia decedit, ſi menſes fluere incipiunt, augetur vero, ſi fluor menſium aut emanet, aut intercipitur. Grauidis non raro glandulae intumeſcunt, nec non iis, qui haemorrhoides ſuppreſſas habent. Lac, quod exitum molitur, mammas glandulasque alias non raro turgefacit. Si ſemen ſecerni incipit, non raro quoque glandularum tumores ingruunt.

Venerei glandularum tumores pendent aut a ſyphilide cum ſcrofuloſo morbo complicata, aut a ſcrofulis cum venerea labe complicatis, aut ab irritatione venerei veneni tumores in glandulis inducente. p. 269.

Arthri-

Arthritica materies non raro glandularum tumores facit. Iidem poſt rheumatiſmos, in plica Polonica, albo fluore, morbis cutaneis, lepra, elephantiaſi deprehendi ſolent. In phthiſi laborantibus interdum ſcrofuloſa materies, quae pulmones occupauerat, exteriora cum ſalute aegri petit. Suppreſſa dyſenteria, ſuppreſſi pedum ſudores, ſuppreſſae excretiones quaecunque aliae glandularum tumorem pariunt. Hic vero auctorem a ſcopo ſuo aberraſſe et non tantum ſcrofuloſos, ſed alios quoque glandularum tumores, ſcrofularum ſpuriarum nomine ab eo inſignitos, enarraſſe, facile apparet.

p. 279. Aetas puerilis, temperamentum humidum, phlegmaticum, corporis conſtitutio infirma, debilis, diſpoſitionem ad ſcrofulas faciunt. Quo debliliores pueri ſunt, eo magis ſcrofulis obnoxii ſunt, ſiue connata fuerit debilitas, ſiue ex praegreſſo morbo, diaeta caet. nata. Haereditaria quoque diſpoſitio ad ſcrofulas producendas multum valet, darique hanc ad ſcrofulas diſpoſitionem, innumera exempla docent. Sed etſi copioſiſſimae ſcrofulae per haereditatem naſcuntur, tamen et, praeter eam, a ſuis cauſis naſci ſolent, indeque pauperibus et ſordido vitae genere vtentibus frequentiſſimae ſunt. Scrofulae tamen, quas ſupra deſcripſimus, proprie dictae, fere ſemper haereditariae ſunt, ſcrofulae e contra meſentericae in pauperibus frequenter occurrunt a ſuis cauſis natae.

p. 294. Ad diſponentes porro ſcrofularum cauſas pertinet aetas parentum iuuenilis, labes parentum venerea, parentes valetudinarii, exhauſti, imbecilles, lac in aegro corpore praeparatum caet. Ingeſta in procatarcticis cauſis attentionem merentur plurimam: in iis enim princeps ſcrofularum cauſa ſita eſt. Farinacea non fermentata, eadem ſi per fermentationem acorem quendam nacta ſunt, alimenta glutinoſa, ſolani

lani tuberoſi radices crebro ingeſtae, butyracea, leguminoſa, verbo omnia, quae chylum viſcidum, ſubacidae naturae, difficulter mobilem, acrem generare poſſunt, ſcrofulis etiam generandis idonea ſunt. Purgantium, abſorbentium, adſtringentium medicamentorum abuſus, venena, praeſertim ſaturnina et ſtiptica alia eundem morbum ingenerant. Aër impurus, paludoſus, moleculis putridis, relaxantibus remixtus, frigidus humidusque ſimul, aër tuguriorum et omnia generatim, quae ad immunditiem referri poſſunt, inter innumeras fere alias cauſas, quae copioſe et cum plurima doctrina exponuntur, in ſcrofulis producendis validiſſime agunt.

Sectio IV. *prognoſin ſcrofularum* exhibet. Primum p. 337. probatur, *morbum ſcrofuloſum non leuem, ſed grauem et periculoſum ſaepe eſſe.* Periculi maxima pars ab aegritudinum ſecundariarum agmine pendet, quod a ſcrofulis inducitur. Eaeque oriuntur vel vitio ſcrofuloſo has illasue partes corporis, inprimis nobiliora viſcera occupante, vel a tumoribus ſolo mechanico effectu, preſſione, ſitu, mole, copia humorum motum et partium functionem perturbantibus. Hinc nullum chronicorum morborum genus exiſtit, quod non aliquando a ſcrofulis inductum fuiſſe obſeruatum fuerit.

Prognoſis a magnitudine, vehementia, ſede, diverſo ſtatu, duratione tumorum repetenda eſt. Diu et per totam vitam geſtari poſſunt, ſi blandam naturam habent. Maiores et quae multas corporis partes, inprimis nobiliores obſident, aegrius curantur: ſi cyſtici tumores ſimul adſunt, iam adoleuiſſe malum cogitandum eſt. Si meſenterium ſimul afficitur, ſemper malum: peſſimum vero, ſi in ſcrofula proprie dicta meſenterium afficitur, quoniam meſenterium facillime ſuppuratur.

Partis

P. 359. Partis ſecundae ſectio prima *generalia circa ſcrofularum medelam, nec non de cura ſcrofularum praeparatoria* praecepta continet. Difficilem ſcrofularum curationem eſſe, plurima medicamenta ad eas incaſſum eſſe tentata, et raro euentum curationis expectationi reſpondere, omnes adſerunt. Cauſas huius difficultatis nunc enarrat Noſter. Et primum quidem notat ſcrofulas, quae difficillimae ſunt curatu, ex vitio corporis per haereditatem translato proficiſci: deinde morbum ſcrofuloſum ſua habere initia, progreſſum, coctionem, criſes, finem monet, neque licere morbum in ipſo ſuo decurſu intercipere, ſed expectare, donec ipſe ſat coctus ſit. Id quoque diuturnitatem auget, quod ſpe ſanationis medentes ſaepe decipiat, glandulaeque, quae reſolutae videbantur, mox iterum intumeſcant. Specifica praeterea ad hunc morbum medicina deeſt, neque facile dabitur, quum non acrimoniam tantum corrigere, verum etiam ſolidorum ſtatum et lymphaticum ſyſtema mutare debeat. — Ipſa vis vitalis medicamentorum vſum in hoc morbo non adiuuat, quoniam debilitata eſt: ſecundarii ſcrofularum effectus primariis ſaepe pernicioſiores ſunt et curatu difficiliores, et hae difficiles curationes in pueris peragendae ſunt, qui medicamenta vix lubenter ſumunt et protractum eorum vſum vix tolerant.

P. 373. Medicinis variis expoſitis ſuperſtitioſis, quae ad ſcrofuloſas affectiones commendatae ſunt, inprimis autem famoſa ſtrumarum curatione per tactum, olim ab Angliae et Galliae regibus peragi ſolita, *indicationes in cura ſcrofuloſorum* obſeruandae traduntur. Hae ſequentes ſunt: 1) cauſae materiales, quae lympham ſpiſſarunt, morbique euolutionem promouerunt, tollendae ſunt; 2) ſpiſſa, coagulata, infarcta ſoluenda ſunt; 3) acrimonia humoribus, praeſertim lymphae inhaerens, corrigenda eſt;

4) ro-

4) roborantibus corpori atque ſyſtemati lymphatico proſpiciendum eſt.

Prima indicatio maxime per euacuantia medicamenta perficitur, repetenda quoque, ſi opus eſt, per anthelminthica, ſi vermes adſunt, per antacida, ſi acidum peccat, per venaeſectionem, ſi, quod raro obtinet, plethora adeſt, aut ſi diſpoſitio inflammatoria vrget. Reliquis indicationibus praeclare ſatisfaciunt reſoluentia roborantibus nupta, hac tamen cum cautione, vt, ſi fortius obſtructiones vrgent, deobſtruentia inprimis adhibeantur. Si colli tumores ſoli atque ſolitarii reſtitant, ſpongia vſta iuuat. Acidum ſemper alcalina poſtulat. Stadiorum diligens in curatione obſeruatio neceſſaria eſt: reprimere vero tumores ad curationem nunquam conuenit.

III.

Beytraege zur ausübenden Arzneywiſſenſchaft, von D. LEBERECHT FRIEDRICH BENIAMIN LENTIN, *Koenigl. und Churfürſtl. Hofmedicus und Stadtphyſikus zu Lüneburg. Leipzig.* 1789. 8. 416 *pagg.*

i. e.

Symbolae ad medicinam practicam.

Alteram hoc titulo exhibet Clmus et inter practicos in Germania medicos aeſtimatiſſimus Auctor editionem libri, qui anno MDCCLXXXIII. in eruditorum bibliopolio titulo: *Beobachtungen der epidemiſchen und* einiger *ſporadiſchen Krankheiten am Oberharze* *) prodierat, et longe quidem auctiorem, multas enim morborum hiſtorias multaque obſeruata alia addidit medicis ſcitu vtilia partim, partim iucunda.

Capi-

*) vid. Comment. noſtr. Tom. XXVI. Part. III. p. 417.

p. 163. Capiti de hydrope, quod prior editio iam continebat, *obſeruationes circa accuratiorem hydropis diiudicationem* additae ſunt. Primum per exempla probatur, hydropem oriri ſui generis, ſi vrinae ſecretio intercepta eſt. Cuticula, hoc hydrope anaſarca vrinoſo perſiſtente, in veſiculas eleuatur, ſolaque diuretica methodo adhibita morbus curatur. — Dolores aegri in muſculis et tendinibus ſi ſentiunt, bonum eſt. Dolor enim a vi vitali pendet, quam fibrae ſenſim recuperant. In aegri cadauere poſt hydropem aſciten mortui, euacuatis breui ante mortem aquis omnibus, abdomen iam ante mortem enormiter iterum tumidum et poſt mortem inciſum aquas nullas emiſit. Omentum aquis ſummopere dilatatum, inteſtina inter ſe et cum meſenterio in informem maſſam coalita, glandulas induratas, ſanguinem diſſolutum, lymphaticos humores coagulatos, cadaver exhibuit.

p. 186. Grauidarum hydrops, poſt puerperium demum ſanabilis, hoc peculiare habet, vt poſt puerperium lac aquis effuſis miſceatur. Tumor hinc crurum albidus eſt. Cauſam habet perſpirationem ſuppreſſam, qua aucta hydrops ipſe certe cauetur.

p. 193. *Morborum annis* MDCCLXXXIV, V, VI *et* VII. *Luneburgi obſeruatorum hiſtoria.* Toto anno MDCCLXXXIV morbi putridi graſſabantur, variolaeque intercurrebant epidemicae, ob putredinem ipſis adiunctam ſumme mortiferae. Hieme anni ſequentis conſtitutio in bilioſam et inflammatoriam mutata eſt.

Scarlatina febris, quae hyeme anni MDCCLXXXVI graſſabatur, primis epidemiae temporibus iam initio morbi anginam adiunctam habebat, procedente hac fauces minus adfectae erant. Febris morbo adiuncta ad gaſtricas pertinebat leuabaturque emetica et purgantibus medicinis datis. Tumorem cutis

leuco-

leucophlegmaticum balnea tepida, febre ſuperata adhibita, optime praecauerunt.

Cardialgia frequens Luneburgenſium morbus, p. 214.
vtplurimum ab acido in ventriculo haerente, a nimia illius ſenſibilitate, a neruoſis papillis denudatis oriunda, et a metaſtaſi materiarum morbidarum praeſertim rheumaticae et arthriticae, pendet. Curatio huius morbi non procedit, niſi diaeta ſtudioſe obſeruata, inprimis ſi acidum in ventriculo haeret, vbi cibi ex mucilaginoſorum genere, tenerae carnes oleraque tenera optime conueniunt. Puluis ex ſulphuris lacte et magneſia calcinata, interpoſita medicina ex quaſſiae tinctura cum vino Maluatico parata, tincturae tartari mixta, optime conuenit. Si ventriculi interior ſuperficies muco eam obducenti caret, mucilaginoſa cum regimine perſpirationem promovente conueniunt. Butyrum cacao, recens expreſſum, ad drachmae pondus bis vel ter per diem datum, interpoſita, ad acidum corrigendum, ſalis tartari ſolutione, optime conuenit. Si vero fibrae ventriculi naturali ſuo muco deſtitutae ſenſim occalleſcunt, in cicutae vſu vnicum praeſidium eſt.

Rheumatica materia cauſam cardialgiae frequen- p. 226.
tiſſimam conſtituens depellitur, irritamento in locis a rheumatiſmo antea vexatis excitato dataque medicina ex aconiti extracto, ſulphuris lacte et magneſia calcinata: ſi vero malum magis inueteratum eſt, ex mercurio dulci cum camphora. Arthritica materies, quae ad ventriculum decubuit, variis medicinis, ex diſcutientium, reſoluentium et antiſpaſmodicarum claſſe depellenda eſt. Sudores pedum habituales ſuppreſſi capitis et pectoris non raro acutos morbos crebro, et cardialgiam ſubinde inducentes, reuocantur adplicatis praeter pedum balnea, panno cerato viridi atque pedibus in veſicas vrinarias bouillas immiſſi, adhibito ſimul regimine diaphoretico. Scabiei

et herpetum acrimonia cardialgiam etiam non raro parit.

p. 236. Paedarthrocacen Noſter ſaepe vidit, in digitis praeſertim. Abſceſſus, tumore diuturno praegreſſo ſenſim natus, ſaniem ſubrubram, intermixtis oſſium particulis, demittit, non curandus, niſi regimen exactum obſeruetur. Scabies, quae puero hoc morbo vexato ſuperuenerat, cariem feliciter depulit. Scabiei inſitionem hinc hoc morbo affectis Noſter ſuadet, tandemque monet ſalis communis acidum ad ſcabiem inueteratam et herpetem magis valere, quam vitrioli ſpiritum.

p. 240. De aphthis puerorum commentationem ſuam, quam praemio proxime acceſſiſſe iudicauerat medicorum ſocietas Pariſina, Clmus Auctor in hoc libro publici iuris fecit. Naſcuntur aphthae in pueris ab aëre impuro et exhalationibus variis contaminato, euacuantium vſu neglecto, balneis praeſertim atque oris expurgatione neglectis, lacteque coagulato in ore haerente idque acrimonia ſua afficiente. Contagioſae ſunt, propaganturque, ſi pueri vbera ſugunt, ex quibus aphthis affecti antea alimentum ſuum acceperant. Cauſa vero, quae efficit, vt aphthae naſcantur, perſpiratio intercepta eſt, quae in oris cauum hiantia vaſa exhalantia petit, haec erodit, cuticulam in veſiculas eleuat papulasque format, quae peculiare aphtharum nomen acceperunt. Meconium non expurgatum aliam aphtharum cauſam conſtituit.

p. 249. Prophylaxin efficaciſſimam contra hunc morbum haec methodus praeſtat: cutis recens natorum diligenter a ſordibus purganda eſt: quo facto medicamentum ſordes per ſuperiora et inferiora expurgans dandum eſt, quod ex ſyrupi de manna tribus partibus et ſyrupi de iacea parte componitur. Os diligenter aqua cum vino, aut aceto remixta abſtergendum et ſumma mundities obſeruanda eſt. Beni-

gnarum

gnarum aphtharum curatio his abſoluitur: ſani ab aegris ſegregandi ſunt. Vbi vero prima aphtharum veſtigia apparent, corporis ſuperficies aluusque diligenter expurgandae ſunt. Ori interno ope penicilli applicandum eſt medicamentum, quod ex ſucci ſemperuiui maioris drachmis duabus, aquae plantaginis vnciis duabus et boracis Venetae ſcrupulo componitur. Idque, ſpecifici inſtar, non ſinit, vt morbus ingraueſcat, ſed abſoluto ſuo per nouem dies decurſu, ſponte et abſque periculo cum alui profluuio deſinat, cuius vis et acrimonia inuoluentibus cum abstergentibus et roborantibus medicamentis remixtis temperanda eſt. Ad renes ſimul humores crebrius ducendi ſunt, medicina externe adhibita, quae ex oleo terebinthinae et vitello ouorum paratur. Nutricum lac aqua calcis viuae quotidie ad vncias quatuor hauſta optime corrigitur.

Aphthae, quae per febrem remittentem praegreſſam fiunt febremque ſic dictam aphthoſam efficiunt, febrem nec imperfecte iudicant, nec periculum minuunt, adeoque ſignum ominoſi ſtatus humorum exhibent. Poſt euacuationes inſtitutas inteſtinalis tubi, boracis et antiſcorbuticorum leniorum vſus plurimum praeſtat. Si nigrae papulae ſunt putridaeque, aeger moritur.

De ſpina dorſalis incuruatione et gibberoſitate. p. 259. Vterque morbus ſanabilis eſt, ſi in ipſis ſuis initiis cognoſcitur. Cauſae vtriusque morbi ſunt, quae carnes oſſaque mollia, tenera reddunt: deinde quae efficiunt, vt pueri ſemper in eadem corporis poſitura permaneant. Spinae dorſalis incuruationem optime curant ſitus corporis crebro mutatus. Multum etiam iuuat corpus ſaepe ſuſpenſum habere eoque modo efficere ſenſim, vt recta ſpina euadat.

Gibberoſitatem futuram eminentia leuior, doloris expers atque inflammationis in dorſali ſpina in-

dicit. Cadauer gibberoſi Clmus Auctor inſecuit. Lumbares vertebrae longe craſſiores, quam in naturali ſtatu, perioſteum ab oſſe ipſo fere ſeparatum, aqua maceratum, reliquae lumborum vertebrae, cum ſpinali medulla corruptae erant. Vltima dorſalis vertebra ſana erat, non tamen primae vertebrae lumbari incumbens, ſed cum his vertebris angulum valde acutum efficiens. Paralyſis inferiorum articulorum, qua gibbi crebro tentantur, cardialgia, inteſtinorum dolores a preſſione ſpinalis medullae repetendi ſunt. Mitigantur haec ſymptomata, aquarum colluuie ex his partibus per fonticulos, magis vero per profundam inuſtionem, quam eum in finem ſuaſit POUTEAU, Vir quondam Clmus, expurgata, ipſaeque vertebrae, loco ſuo motae, exhauſtis aquis non raro in debitum ſitum rediguntur. Eadem inuſtione ſatis profunda atque repetita fungum articulorum Noſter ſanauit.

p. 275. *De cancro faciei et narium.* Methodus BERNARDI (puluis vlceri imponitur paratus ex combuſtis calceorum ſoleis et arſenico, deinde ad ſeparationem marginum calloſorum et ad vlcus expurgandum vnguentum adhibetur, cui arſenicum immixtum eſt, cancrum in facie bis ſanauit.

p. 277. Virgo tumorem praegrandem in vniuerſo ſiniſtro pectore habebat, poſt indurationem, quam in vltimae verae coſtae regione primum perceperat, ſenſim natum. Cauſam ignorabat, clauiculam tantum illi, prius quam indurationem percepiſſet, poſt vim externam quandam illatam, leuiter doluiſſe aiebat. Curatio ſteatomatis nulla poſſibilis erat aegraque tabe confecta interiit. Inciſo cadauere tumor maſſam, ſanguine florido remixtam, cerebrum mollitie referentem exhibuit. Sanguinis fontes ſub clauicula eſſe mox perſpectum eſt, qua caute a ſcapula ſternoque ſeparata cauſa tumoris ipſius apparuit, vena ſcilicet

ſub-

ſubclauia ipſo loco, quo chyliferus ductus ipſi inſeritur, ſciſſa, chylum cum ſanguine in celluloſam pectoris telam demiſerat.

Angina polypoſa ex reſpiratione, inprimis ex tuſſis ſingulari ſonitu non difficulter a medico cognoſcenda, primo tantum morbi die ſanari patiens, ſi vlla plethorae indicia adſunt, hirudinibus loco ipſi applicandis, deinde medicamentis ſanguinis et lymphae coagula reſoluentibus curanda eſt. Veſicatorium inter ſcapulas poſitum, vnguentum ad ſcabiem WERLHOFII partibus affectis ipſis inductum, radix ſenegae cum gummi ammoniaco, ſquilla, caet. interne data, ſternutatioque, ad pituitam ſolutam ex aſpera arteria et larynge excutiendam optime conveniunt. p. 301.

De cura puerperarum et morbis quibusdam, quibus puerperae affici conſuerunt. Commodum grauidarum regimen ad partum et puerperium feliciter ſuperandum inprimis neceſſarium eſt. Aluus ante partum et poſt eum laxa, ſaltim ſublaxa eſſe debet: febris enim puerperarum fomitem ſuum fere ſemper in meſenterio atque inteſtinali tubo, nunquam vero in ipſo vtero habet, hinc praecauetur data, ſi debitae indicationes adſunt, leni emetica, aut purgante medicina. Hinc etiam multum ad bonam valetudinem confert aluum puerperis laxam ſeruare. p. 309.

De fonticulorum ad phthiſin pulmonalem ſanandam vſu. Multas hiſtorias Clmus Auctor copioſe enarrat, quibus probari poteſt, admodum conuenire phthiſicis pulmonum ſuppuratione laborantibus purulentam materiam per fonticulos, ſeu, quod praeſtat, ſetacea in ipſo pectoris dolente loco poſita, ad exteriora deducere. p. 328.

De faciei dolore. Nulla hactenus contra dirum hunc morbum certa medicina detecta eſt. Electuarium ex foliorum cicutae puluere cum melle paratum p. 334.

tum et in initio curationis ad mentem FOTHERGILLII magnis doſibus datum, inter alias medicinas efficaciſſimum ſe praeſtitit. Alium aegrum, quem dolor ſummopere exercuerat, incaſſum adhibitis medicamentis efficaciſſimis, cicuta etiam, ſulphur antimonii auratum liquidum Clmi HERMBSTAEDT cum tinctura fuliginis datum conſtanter leuauit. Alii a fonticulis plurimum leuaminis experti ſunt.

De materia arthritica ad veſicam vrinariam aberrante hiſtoriae tres.

Noui ventilatoris deſcriptio. Morbi ab aëre corrupto oriundi, in orphanotropheo Clausthalienſi frequentes, mouerunt Noſtrum, vt aërem in communi orphanorum conclaui ſtudioſius renouari curaret. Idque effecit, aëre impuro per amplam fiſtulam, in inferiore parte ampliorem, magisque patulam, excepto atque in caminum deriuato. Optime ſcopo reſpondit fiſtula morbique puerorum longe rariores euaſere. — Halitus cloacarum acetum vini, ſed copioſius, quam IANINVS voluit, in illos infuſum, optime correxit.

Hiſtoria virginis ruſticae, quae corpus ſuum abſque vlla cauſa peſſime mutilari curauerat. Primum, matre ſuadente, dolorem in ſiniſtra mamma, cancrumque occultum ſimulauit. Quumque mammam, dolore excepto, quem internas partes lacerare perhibebat, ſenſus plane expertem eſſe diceret, chirurgi, precibus eius moti, eam reſciderunt. Alteram deinde mammam, quam eodem modo affectam eſſe ſimulaverat, chirurgus, pariter reſcidit, eaque mamma faniſſima pariter fuit. Vtrumque vulnus facile coaluit. Deinde manus dextrae dolorem et digitorum rigorem ſimulauit, flagitauitque, vt manus ſibi reſcinderetur. Verum diutius magiſtratus has querelas non tulit: ergaſtulo commiſſae libertas manus, poenae metu, mox reſtituta eſt.

Quibus

Quibus praemiſſis nota iam ex aliis libris famoſa p. 365.
caſtrationis hiſtoria, quam celeberrimus chirurgus Berolinenſis in aegro abſque vlla neceſſitate, aegro tamen illam, mercede cccc imperialium promiſſa, atque peracta operatione data, inſtituerat, fuſius illuſtratur. Mercator, poſt crebras manuſtuprationes ſeminisque ſpontaneas profuſiones in benignam gonorrhoeam incidit, eamque ratus ipſi fore mortiferam, niſi teſticuli reſcinderentur, Berolinum primum, deinde mutata mente, Pariſios petiit, chirurgum quaeſiturus, qui teſticulos ipſi reſcinderet. Sed nolentibus chirurgis Pariſinis Berolinum repetiit, ibique operationem, adminiſtrante eam B... ſubiit. Vxorem deinde, quam putabat viros magis amare, quam ſe, expertem virilitatis, male tractauit, ideoque facto diuortio carceri traditus eſt.

Mentis morbi diuturni hiſtoria. Inciſo cadauere p. 406.
anterior pars lobi cerebri ſiniſtri os ſatis magnum durumque continere obſeruabatur.

IV.

SIM. HERZ, M. D. obſeruationes de febribus nervoſis. Berolini. 1789. 8. 164 pag.

Primum Cl. Auctor, qui medicinam Primislauiae, Vcero-Marchiae metropoli, exercet, *obſeruata quaedam ad ſimilitudinem neruoſae febris cum maligna ſpectantia* exhibet. Recte ſtatim monet, typhum HIPPOCRATIS cum febribus neruoſis recentiorum non conuenire, ſed morbum eſſe ad putridarum febrium claſſem referendum: minus recte vero ſtatuit, omnia, quae de malignitate in febribus paſſim edixit HIPPOCRATES, cum ſymptomatibus febrium nervoſarum ex omni parte conuenire. Verum quidem eſt, HIPPOCRATIS malignitatem nec in putrida febrium indole, nec in bilioſa colluuie, nec in phlogi-

ſtica diatheſi ſitam eſſe, hanc tamen HIPPOCRATEM febrem dixiſſe tantum malignam, cuius ratio in ſyſtemate neruoſo latet, vix putamus. HIPPOCRATES enim ſymptomata acutarum periculoſa omnia maligna dicit, adeoque malignitatem ceu acceſſorium quoddam conſiderat, quod in omnes febrium ordines ſpeciesque cadere poſſit, febrem malignam talem, qualem recentiores ſtatuerunt, phrenitide et peſtilentia fere ſolis exceptis, vix ſtatuit. Et de his morbis dubitare adhuc licet, quin eis malignitatem
p. 15. originariam adſcripſerit. His praemiſſis CLMUS auctor paraphrenitidem veterum cum febre lenta nervoſa recentiorum vnum morbi genus conſtituere adſerit. Symptomata non curat: haec enim diligentius ſi curaſſet, ſi ex veterum monumentis paraphrenitidis hiſtoriam plenam atque perfectam confeciſſet eamque cum lentae neruoſae contuliſſet, facile perſpexiſſet, plurimum vtrumque morborum genus differre, paraphrenitidemque cauſam circa praecordia ſitam vtplurimum agnoſcere, quam adeo phrenitidi non deeſſe BRENDELIVS, vir quondam ſummus, docuit. Neruorum affectionem neque in phrenitide, neque in paraphrenitide negamus; hanc vero affectionem aut a vitiis in praecordiis produci, aut vitia in praecordiis ſita producere, adeoque hos morbos ad neruoſas febres exacte referendos non eſſe ſtatuimus.

p. 25. His omnibus praemiſſis neruoſae febris ſymptomata et quorundam auctorum de eius cauſis ſententiae proponuntur. Ex noſtra ſententia ſtatum nervoſum et debilitatem febrilem ceu ſymptomata, quae omnibus febribus accedere poſſunt, conſiderare debuiſſet, quod etiam STOLLIVS in immortali aphoriſmorum opere fecerat: ipſe vero malignitatem primariam ſtatuens febriumque malignarum claſſem peculiarem, huius malignitatis cauſam proximam

eſſe

esse lymphatici humoris deprauationem statuit, et quidem duplicem, aut mole sola peccantem, aut nerueas fibras acrimonia laedentem. Hanc acrimoniam accuratius non determinat, adeoque hac acrimonia stabilita non videmus, quid in neruosarum febrium theoria certius euadat, neque quam generalis haec causa supposita ad curationem harum febrium vtilitatem habeat, perspicimus. Omnia sane, quae Clmus vir de nervosae febris natura proposuit, omnes adeo febrium neruosarum earumque curationum historiae, quas in progressu operis copiosissime exponit, opinionem nostram non infirmant, qua statuimus, dari vix febrium peculiarem classem, neruosarum nomine insigniendam, neruosasque recentiorum febres ad pituitosarum classem referendas esse, quae corpus tenerum, mobilitate fibrae sentientis atque irritabilis praeternaturali gaudens, occupant.

Eandemque sane neruosam Nostri febrem esse, p. 33.
altera operis pars, in qua historiae febris neruosae proponuntur, probat. Historiae morborum egregie conscriptae sunt modoque tali, vt facile sentiat lector, auctorem in curandis morbis magis esse versatum, quam in opinionibus auctorum de iisdem enarrandis, ordinandis atque diiudicandis. Hae omnes historiae, quod et ipse annuit, probant, ad hanc febrem inclinare, qui habitum corporis laxum, neruos debiliores, sensibiliores habent, qui affectione hypochondriaca aut hysterica laborant, quos tristia animi pathemata, vigiliae vexarunt, qui studiis operam nimiam dederunt, aut nimiis euacuationibus exhausti sunt. His omnibus febris nascitur non valida cum summa neruosi systematis sensibilitate, fibrae motricis debilitate pituitaque resoluta.

Optime simul notat Cl. Auctor, pituitam, vbi in p. 70.
his febribus ad internas partes, pulmones praesertim, deposita fuerit, non semper per antiphlogistica me-

dicamenta expurgandam esse, sed si summa debilitas, si ob atoniam vasorum decubitus factus est, excitantibus fortioribus cardiacisque opus esse.

p. 93. *De febre neruosa, vel maligna lenta sudatoria.* Valde memorabilem febris pituitosae cum neruorum mobilitate summa iunctae historiam enarrat Cl. Auctor, non vero ob sudorem; is enim nimius non erat, sed ob spasmorum symptomata creberrima, hydrophobiam spontaneam (ob aluum forte praemature adstrictam) et crisin morbi, per saliuationem demum subsequutam, cuius aliquot exempla in prioribus quoque morborum historiis occurrunt.

Expositis variis aliis febris neruosae complicationibus cum febre biliosa, febre vernali, putrida, ver-
p. 145. mibus, variolis, morbillis, historiae phrenitidis duae enarrantur. Cum febre pituitosa iunctae erant: sane cerebri et membranarum, quae cerebrum inuestiunt, inflammationis nulla vestigia obseruata sunt, status vero corporis plane pituitosus erat morbusque corpora aerumnis et animi affectibus tristibus exhausta occupauerat. Recte hinc concludit Clmus Auctor, has phrenitides inflammatorias non fuisse, plures dari phrenitidis species, easque, quas ipse obseruauerat, a generis neruosi nimia sensibilitate (pituitam resolutam addere debuisset) origines duxisse.

Ad curationem febrium, quarum historiae enarrantur, neruosarum quod attinet, hoc tantum in illa reprehendi debere nobis visum est, quod Cl. Auctor, neruosam affectionem semper prae oculis habens, primis viis non semper, neque satis efficacibus medicinis prospexerit. Pituitae praeter naturam resolutae signa in omnibus neruosis febribus, quarum historias enarrat, aderant: non raro signa certa docebant praecordia a pituita valide affecta esse. Et tamen emeticam medicinam vix semper praescripsit, praescriptamque hac dosi exhibuit, vt alui profluvium

vium potius idque corpus debilitans adeoque nocivum, quam efficacior emesis ab ea expectari potuisset. Neque in his febribus, vti in pluribus aliis morbis vnicum bonum, quod emetica praestant, euacuatio ipsa est: plus expectandum est a neruorum irritamento, quod emetica inferunt, a succussu, quem exhaustis fibris impertiunt, a solidorum actione in fluida intensiore et vegetiore facta et a circuli humorum, secretionum et excretionum libertate restituta.

Finem operi imponunt *corollaria ex historiis morborum enarratis deriuata.* p. 156.

Rationalem (?) therapiam horum morborum non existere, naturae molimina obseruanda, vires aegrotantis rite aestimandas, et ex his indicationes curatiuas formandas esse (adeoque hoc praeter rationem est?) statuitur.

Venaesectiones, emetica, purgantia damnat Cl. Auctor: quo vero iure emetica in vniuersum damnet, iam docuimus. Specificam medicinam non prostare aduersus febres neruosas statuit. Putat adeo, nondum esse definitum, quibus sub indiciis cortex Peruuianus in his febribus se salutarem nociuumue praestet. — Opii vsum timet, neque sopientem medicinam adhibet, nisi alui profusio immoderata incidat, vigilias enim, corporis iactationem, inquietudinem atque soporem praeternaturalem opium inducere, neruos debilitare, atque coctionis criseosque negotium turbare ait. (Haec alii aliter fieri obseruarunt, iique viri fide dignissimi. Crises sane, si ob neruosam sensibilitatem, fibrae mobilitatem et debilitatem succedere nequeunt, nil efficacius, nil certius determinat opio, morbo antea ad ipsam crisin praeparato). Vesicatoria egregios effectus praestiterunt. Regimen paulo calidius optimum est.

Difficul-

Difficulter febris neruoſa cum putridis gaſtricisque complicata cognoſcitur: medela aeque difficilis eſt. — Sudor immodicus abſque reliquis criſeos bonae ſignis ſemper malus eſt. Generatim nulli valetudinis redeuntis ſigno fides habenda eſt. Haemorrhagia aluique fluxus morbum nunquam ſolvunt, ſaliuae vero copioſior profuſio vtplurimum ſalutem futuram promittit.

Tuſſis, difficilis deglutitio, reſpiratio difficilis, praecordiorum anxietas, dolor, caet. non inflammationem, non peregrinas ad praecordia haerentes materias, ſed neruorum perturbatas affectiones et ſpaſmodicam affectionem denotant. — Surditas ſola nervoſa affectio eſt, ſi his febribus ſuperuenit. Metaſtaſes generatim in his febribus periculoſae ſunt. Parotides nunquam vidit Clmus Auctor in his morbis: ſi vero ad pulmones morbi materia decumbit, neque ſtatim ſputa decedunt, mors fores pulſat. Aphthae in faucibus natae non ſemper gaſtricae ſunt originis, neque gangraena aut petechiae in his febribus a putredine ſemper producuntur. Duratio morbi incerta, vtplurimum longa eſt: neque concluſio firma eſt, fore, vt reliqua ſtadia morbi abſque periculo decurrant, ſi primum illius expers fuit: ſubito enim morbus in peius ruit. — Mors vtplurimum placida eſt: quidam tamen cum anxietate et reſpirationis difficultate moriuntur.

V.

Mediciniſche und chirurgiſche Bemerkungen von MORIZ GERHARD THILENIVS, *der Arzneyw. Dr., Stadt- und Landphyſikus in Lauterbach. Frankf. am Mayn* 1789. 8. 467 *pagg.*

i. e.

Obſeruata medica et chirurgica.

Rarae

Rarae ſunt noſtris temporibus obſeruationes medicorum, in quibus inſtituendis omnia concurrebant ad bonas vtilesque ad ipſam medicinam practicam amplificandam obſeruationes neceſſaria, opportunitas ſcilicet ad obſeruationes ipſas copioſe inſtituendas, repetendas, vſuque crebriore confirmanda ea, quae aut recenter inuenta, aut crebriore vſu nondum confirmata ſunt, et mens ad obſeruationes ipſas inſtituendas apta, aſſiduum ſtudium, doctrinaque talis, qua ſciat obſeruator, quouſque medicina in his, quae obſeruantur, proceſſerit, quae certa ſint, quae maiore illuſtratione, certitudine, indigeant. Haec omnia in Clmo Auctore iuncta eſſe raro, et feliciſſimo connubio, facile omnes, vtiliſſimas has obſeruationes legentes, perſpicient.

Loca primum deſcribit Clmus vir, in quibus ob- p. 1.
ſeruationes ſuae factae ſunt, aërem, aquas, vitae genus, alimenta, numerum hominum, deinde morborum numerum, quos ſingulis annis, ab anno MDCCLXXX ad annum MDCCLXXXV curando habuit, alphabeti ordine recenſet. Quo facto notatu digniora circa hos ipſos morbos copioſius enarrantur.

Abortum delicatulis adeo frequentem, Noſter p. 43.
hoc modo praecauet, vt priore abortu ſuperato, mox de altero auertendo cogitet, et quidem tonicis medicamentis. Plethoricis ſexta poſt conceptionem hebdomade ſanguinem detrahi iubet, ſanguinisque miſſionem omni deinde menſe repeti. HALLERI elixirium acidum interne datur, cum opio, ſi ſpaſmi vrgent, iunctum. — Si vterus vſque ad certum tantum gradum extendi patitur abortusque naſcitur, ſi extenſio ad hunc gradum proceſſit, vnguenta emollientia adhibere ſuadet.

Amauroſin, SCHMVCKERI methodo obſeruata, ſaepius ſanauit. Vapores ſpiritus ſalis ammoniaci oculo admiſſi inprimis efficaces ſe praeſtiterunt.

Aphthae

p. 54. *Aphthae* dum tubum alimentarem nondum obſident, optime cedunt, medicina ex rhei tinctura et magneſia data. Borax cum roſarum melle, aut dauci ſucco ad abſtergenda vlcera optime conuenit. Si putridae ſunt, in cortice Peruuiano et alumine vnicum praeſidium ſitum eſſe putat Clmus Auctor. Ad putrida et ſanguinolenta aphthoſorum alui profluvia gummi Arabicum cum hordei eremore ſolutum vtile eſt.

p. 56. *Apoplexia* ex ſpaſmo in ambitu viſcerum vitalium ac naturalium ſubito ſuſcitato omnium frequentiſſima eſt. In ſanguineae apoplexiae curatione ſanguis ex loco, ſi fieri poteſt, emitti debet, ex quo naturali quondam modo, profuſione ante inſultum intercepta, profundi ſolebat. — Clyſteres irritantes emollientibus ſemper praeferendi ſunt. Veſicantia orgaſmum non citant, efficaciſſime potius acrimonias verſus exteriora trahunt, ſpaſmosque in vaſorum ſyſtemate ſopiunt. — Inuſtio ceruicis (quam recentiora POTTII, LENTINI, aliorumque experimenta in omni humorum ad neruorum origines congeſtione efficaciſſimam probarunt) crebrius tentanda eſt. — Frigida epithemata capiti apoplecticorum eorumque, qui ſanguinea verſus caput congeſtione laborabant, iam ante SCHMVCKERI et CRELLII obſeruata Noſter ſemper cum ſucceſſu impoſuit: nocent vero, ſi facies collapſa, frigida, pulſus debilis lentusque eſt: in hoc caſu emetica, excitantia et antiſpaſmodica iuuant.

De praecauenda apoplexia multa atque vtiliſſima ſcitu proponuntur. Si ſanguis niger, atrabilarius, ad coagula pronus apoplexiam minatur, *lauroceraſi* aqua, ter vel quater per diem ad LX guttas data (num ſimplex, num cohobata et quoties?) optime conuenit.

p. 32. *Arthritis* ſubtiliorem materiem rheumatica habere non videtur, vtque arthritis naſcatur, opus eſt, vt

vt lympha terreis particulis onuſta ſit. Ad rheumatiſmum inducendum inflammabili tantum, ad ſtagnationes et ad acrimonias ſuſcipiendas prona lympha opus eſt.

Prima indicatio in omni arthritide eſt, vt aluus expurgetur. Optime guaiaci reſina cum tartari cremore hunc in finem conuenit. Articulis tumidis ceratum imponendum eſt, quod ex cera, reſina pini, terebinthina et aeris viridi componitur. Deinde ad reſoluentem curationem procedendum eſt, ſique attenuata eſt arthritidis materies, ad diaphoreticam: doloribus puluis DOVERI ſubuenit. — Veſicatoria raro ſubueniunt: moxa vero, ſi adhibetur materia adhuc mobili exiſtente, locisque nondum inflammatis, egregie conducit.

Probatiſſima caeterum ad arthritidem medicamenta ſunt ſapones antimoniales KAEMPFII, extractum aconiti, guaiaci pulueres ſupra memorati, adhibitis ſimul ptiſanis ex dulcamara, ſaponaria, ſaſſaparilla, pini turionibus. Saponem antimonialem cum galbano, ventriculo magis amicum, efficaciſſimum Cl. Auctor expertus eſt. Elixirium acidum HALLERI efficax quidem ſeſe praeſtitit, verum tamen non, quod LENTINVS V. Cl. dixerat, verum arthritidis domitorem. —

Aſthma, morbus nunquam ſanabilis, ſi vitia in ſolidis pulmonibus ſubſunt, multos in hydropem praecipitat, inprimis ſi crebro ſanguinem mittunt. — Infuſum radicis ſenegae, adhibitis ſimul aliis medicinis ex ſoluentium claſſe, efficaciſſimum ad aſthma pituitoſum eſt. — Pectoris angina, aſthmatis conuulſiui ſpecies, cauſam arthriticam fere ſemper habet, reditque, ſi ſat cito fieri poteſt, arthritica materie loco ſuo mota. p. 92.

Atrophia infantum ſoluentibus, euacuantibusque medicinis praemiſſis iuſuſo glandium quernarum potato p. 97.

tato fere ſemper curatur. Danda vero eſt (et per longum quidem tempus) haec infuſio ſoluta iam obſtructionum parte plurima ſordibusque expurgatis: tunc reliquias obſtructionum glandes reſerant tonumque inſtaurant.

p. 99. *Calculos* minutiores, arenulas mucumque in veſica vrinaria optime depulit abſinthii extractum cum ſapone, data ſimul calcis aqua ex oſtracodermatibus in calcem vſtis parata, nec non ſal alcali minerale Grauenhorſtiorum cum hac calcis aqua ſolutum. Vua vrſi dolores et vrinae ardorem auxit.

p. 100. *Scirrhos ſcrofuloſos*, qui malignitatem nondum contraxerunt, diſſipauit mercurius ſublimatus cum cicuta datus. Scirrhum alium a cauſa atrabilaria ſoluens, ſaponacea methodus, lauroceraſi aqua in clyſteribus viſceralibus adhibita reſoluit. Belladonna votis non reſpondit, verum ob viſus turbationem vix diu adhiberi poterat. Verum cancrum medicamenta ſanare nequeunt, neque vlla (?) in hoc morbo ab arſenico ſalus expectanda eſt.

Ad *cariem* oſſium aſa foetida valde efficax fuit, inprimis acrimonia ſcrofuloſa, arthritica, rheumatica, ſimul praeſentibus. Plures hiſtoriae cariei oſſium aut perſanatae aut lethiferae, enarrantur. Cariem vertebrarum fonticuli ſecundum POTTII mentem poſiti efficaciter ſanarunt.

p. 116. *Choream Sancti Viti* Noſter crebro vidit, vtplurimum a vermibus; aut a ſcabie retrogreſſa oriundam. Nunquam vidit puerum, nunquam adultum hoc morbo adfectum. Neque haereditarium malum eſſe videtur.

p. 117. *Coeliacum fluxum* quinquies vidit in praxi XXI annorum. Valetudinem hoc morbo aegrotantium nulli penitus reſtituere potuit: in vnico tantum aegro vita per aliquot annos ſeruata eſt. Hiſtoria his praemiſſis enarratur coeliaci, in quo effectus medicamen-

camentorum roborantium mucilaginosis iunctorum spem plurimam faciebat: sed breui post mortuus est aegrotans, osse sacro carie exeso.

Post *contusiones* et vim externam corpori illatam sanguis in internis partibus effusus semper arnica opportune data resoluitur. Neque interest, num recens sanguinis effusio, num inueterata, num parvum, num multum sanguinis effusum sit. Folia arnicae floribus Noster praefert, quae cardialgiam anxietatemque eodem modo, quo flores, excitant. Qui cardialgia laborant, arnica opio remixta vti debent. p. 121.

Crusta lactea viola tricolore, praemissis purgantibus data, semper sanatur. Si parum efficax deprehensa est haec medicina, a solo forsan nimis pingui hoc pendet, in quo creuerat. Impetiginem sustulit, minus tamen ad alios morbos cutaneos et ad herpetem efficax. p. 123.

Deglutitionem difficilem raro sanare potuit, et vix, nisi a spasmo locali natam.

Epilepsia, quae subito aegros inuadit, noctuque, somno durante, difficulter sanatur. Cuprum ammoniacale morbum, cuius certa causa cognosci non poterat, aliquoties sustulit, neque vnquam noxas peperit. Valerianae radix multos sanauit; oleum valerianae epilepticum ex terrore liberauit. Aliis folia aurantiorum profícua fuere, quibus efficaciora medicamenta incassum data fuerant. p. 129.

Febres intermittentes gei vrbani radices non sanarunt. Quosdam quercus cortices cum sale ammoniaco dati liberarunt. p. 139.

Febrem puerperarum recte Noster ceu febrem considerat, quae in grauiter vulneratos (neruorum et fibrarum irritabilium mobilitate praeditos) cadit, atque pro corporis, constitutionis et causarum, quae praegressae erant, natura varia esse potest, adeoque vario modo curari debet. Aluum leniter ducentes

medicinae morbum, qui gaſtricus vtplurimum eſt, ſaepiſſime praecauent.

p. 149. *Haemorrhagiam vteri* leuiorem ipecacuanha parvis doſibus data, neruos componendo ſecure tollit; ſi vero vehementior eſt, adſtringentia iuuant: ſi ſanguinis plurimum profuſum eſt, vires fatiſcuntur, tinctura cinnamomi conuenit. Frigida epithemata congeſtiones efficaciſſime praecauent.

p. 153. *Hydrocelen* per ſetaceum curandi methodus palmam reliquis eripit, quod pluribus hiſtoriis fuſe enarratis probatur. Permulti aſthmatici hydropici euadunt vſu crebro radicum ſolani eſculenti. Fructus pomacei oleraque minus matura etiam ad hydropem crebrius generandum aliquid contuliſſe videntur. Primum in curatione eſt, vt aquae educantur: ſed cuiusnam naturae aquae ſint, primum inueſtigandum eſt. Si lympha ſpiſſior eſt, mercurius cum radicis ſenegae decoctione datus eam ſoluit, poſtea per diuretica aut purgantia medicamenta expellendam. Haeque aquas educentes medicinae ſaepe non agunt, niſi aquarum mole aut prius edu-cta per chirurgi artem, aut ſpaſmis opio ſopitis. Squilla ad diureſin efficaciſſima eſt: colchicum nihil praeſtat. — Curatio hydropis poſt cauſas debilitantes nati, praeclare traditur: per tonica, nutrientia, diuretica non infirmantia tentanda eſt. Thoracis hydrops abſque paracenteſi raro, ſi vnquam, curatur. Neque paracenteſi inſtituta valetudo tuta eſt. — Digitalem purpuream ſaepe ad hydropem curandum Clmus Auctor adhibuit, obſeruauitque eam quidem ſubinde vehementer in ventriculum, inteſtinalem tubum neruosque agere, attamen aquas potenter educere atque obſtructionibus pertinaciſſimis, imo ſcirrhis ſoluendis aptam eſſe.

p. 189. *Hypochondriaci mali* cauſa vtplurimum in abdomine tumoribusque latet, neruorum vero diſpoſitio morbum

morbum ad maturitatem perducit. Hypochondriacum malum ſine materia raris hinc morbis accenſendum eſt: et ſi etiam materies neruos irritans ſubinde medicum fugit, tamen non raro accidit, vt KAEMPFII methodo adhibita morbus perfecte ſanetur. — Sanguinem atrabilarium, tenuiore parte carentem, difficulter per vaſa mobilem optime reſoluit aqua lauroceraſi, quae hunc effectum ſpecifici inſtar, certe praeſtat, indeque hypochondriacis, melancholicis, maniacis, in quibus ſanguinis talis ſtatus eſt, ſumme proficua eſt. Agitque haec aqua abſque omni irritatione, abſque omni ſenſu excitato, hinc vbique tuto adhibenda ad LXXX guttas ter vel quater per diem. Pharmacopoeus Lauterbacenſis errore quodam vnciam dimidiam huius aquae potauit abſque plurimo ſymptomate, ſtupore quodam excepto (ſi concentratiorem potaſſet, peior certe fuiſſet effectus: minus enim concentratam fuiſſe aquam lauroceraſi, qua Noſter vtitur, ſuſpicari licet). Clyſteribus viſceralibus huius aquae drachmas duas abſque malo euentu adiicit.

Cortices vlmi *ad impetiginem*, nec non dulcamaram non raro cum ſucceſſu dedit, raro vero curatio, abſque antimonialibus et mercurialibus medicamentis ſucceſſit. Locales herpetes, multum humoris profundentes, veſicatorium impoſitum delet. Aqua lauroceraſi ad vlcera ex herpetibus nata profunda valde efficax fuit. p. 200.

Infarctus viſcerum abdominalium, frequens ſedentariorum morbus, praeſertim pituitoſi, vim vitalem inteſtinorum minuunt magnasque, ſi per interna medicamenta curatio fieri debet, purgantium fortiorum doſes requirunt. Methodum Kaempfianam infarctibus omnis generis reſoluendis optime facere ſatis, per multa exempla docetur. Ipſe Clmus Auctor hac occaſione morbum, quo affectus per lon- p. 205.

giſſimum tempus fuerat, enarrat, methodosque curatiuas, quas adhibuerat, varias.

p. 232. *Leprae*, ſeu potius cutis vniuerſae in ſquamas induratae, delabentis, nouis ſquamis iterum generatis, exemplum Clmus Auctor vidit. Facile curata eſt datis purgantibus, cantharidum tinctura, dulcamara et regulo antimonii medicinali cum cortice Peruuiano. Balneum ex aqua, in qua folia boni Henrici decocta erant, multum ad cutem a ſquamis purgandam fecit.

p. 237. *Melancholiacos* et maniacos plurimos ſanare potuit. Hyoſcyami extractum plus leuaminis aegris attulit, quam ipſum opium. Belladonna nil boni praeſtitit. Lauroceraſi aqua cum tartaro ſolubili et emetico iuncta optime votis reſpondit. Digitalis purpurea crebrius olim in hoc morbo adhibenda alvum praeclare expurgauit.

p. 239. Sanguis diu in vaſis abdominis haerens ibique corruptus morbum conſtituit, in quo nigra, atrabilaria decedunt, *melaenam* Noſter vocat. Cremorem tartari ſolubilem cum cortice Peruuiano inprimis ad vim inteſtinalis tubi reſtituendam, ſanguine euacuato, laudat.

p. 249. *Morſos a cane rabido* omnes SCHMVCKERI methodo ſanauit. Vlcus diu apertum ſeruauit, eique ex vlcere profluuio curationis principem partem adſcribit.

p. 254. Senegae radix cum althea infuſa, *pleuriticis* data, lympham coagulabilem optime reſoluit multumque ad feliciorem huius morbi curationem facit. Inteſtinorum inflammatione correptis, ob irritationem ab ea excitatam, dari commode non poteſt.

p. 255. *Phthiſm* a catarrho natam, tuberculoſam, extractum cardui benedicti cum extracto radicis ſenegae aquoſo datum egregie ſanat. Si nulla inflammatio ſubeſt, cortex Peruuianus antiphthiſicis medicamentis

tis omnibus praeſtat. Febrem phthiſicam ſal ammoniacum et cucumerum ſuccus optime temperant. — Si febris non valde magna eſt, oleum aſphalti, vlcus conſolidans, cum eoque febrem ſanans praeclare ſubuenit.

Rheumatiſmus chronicus mercurio ſublimato dato, ſi nulla quoque venerea labes ſubeſt, egregie cedit, diaphoretico regimine ſimul obſeruato. Externe cantharidum tinctura cum ſpiritu ſalis ammoniaci remixta maxime proficua eſt. Spiritus ſalis ammoniaci cum calce viua paratus et loco dolenti impoſitus cutem ſenſim exulcerat, nataque deinde cruſta dolor remittere ſolet. Ad iſchiadicum malum optime iuuat medicamentum ex oleo terebinthinae cum melle interne datum, ſi ad inflammationes minus prona conſtitutio eſt. Faciei dolorem bis Clmus Auctor vidit ſanauitque guaiaci et cicutae ope. p. 271.

Scabiem IASSERI vnguentum optime curat. Nec neceſſaria ad id baccarum lauri additio eſt. Praeſtat vitriolum album floresque ſulphuris vnguento pomato miſcere. p. 287.

Scrofulas ſapo antimonialis cum aſa foetida et mercurio cum extracto cicutae, aconiti et oleo ligni ſaſſafraſs mixtus efficaciſſime ſanat. Si fibrae laxae ſunt, cortex Peruuianus cum aethiope antimoniali ſubuenit. — Strumam, ſi non nimis inueterata eſt, puluis ex ſpongia marina combuſta ſemper tollit.

Princeps *tineae capitis* curatio in eo ſita eſt, vt radices capillorum aegrae extrahantur. Puluis ex bufonibus calcinatis paratus nullum auxilium tulit. Tuſſim conuulſiuam extractum nicotianae optime ſopiuit. p. 293.

Vermes (lumbricos nempe) ſemen cinae optime et efficaciſſime depellit. STOERCKII electuaria pueri ſaepe recuſant. Semen ſabadillae vermes certe necat, ſed nimis irritat: valet vero in clyſteribus p. 298.

optime contra afcarides; neque decoctionis forma iniectum in aluum irritationis expers eſt. Taeniam ſtanni limatura et medicina CLOSSII efficacius depulit, quam NOVFFERI medicina: actio plurima purgantibus draſticis in taenias eſt, neque vnquam effectus vehementiores Noſter a gummi guttae maximis doſibus dato vidit.

p. 301. *Vomitum* matrona pertinacem experta fuerat. Inciſo cadauere ieiuni inteſtini pars calloſa vix calamum ſcriptorium transmittebat.

Altera ſectio titulo *minutiarum* inſcripta, varia obſeruata continet. Multa ſatis notabilia enarrantur, v. g. mulieris hiſtoria, quae d. VI. Ianuarii primum, die XIX. eiusdem menſis alterum foetum enixa fuerat. Poſt priorem partum nulla plane lochia nullaeque ſecundinae deceſſerunt.

Vetulae brachium gangraena ſenili ad humerum fere vſque correptum enſe feliciter reſectum eſt. Vulnus datis cardiacis atque roborantibus, breui conſolidatum eſt. Aliae adhuc vulnerum, praeſertim capitis, lethiferorum et ſanatorum hiſtoriae enarrantur. Memorabilis in his praeſertim haec eſt, qua caluariae vtraque tabula laeſa, vulnere vſque ad duram matrem penetrante omnibusque factis, quae ad ſanationem aegri vllo modo pertinere videbantur, aeger die morbi LXIV, ob cerebrum ſuppuratum obiit.

p. 337. *Tertia ſectione* hiſtoriae variolarum inſititiarum enarrantur, quas Cl. Auctor ipſe obſeruauit. Perinde fuit, num materies variolarum naturalium aut artificialium ad inſitionem eligeretur: neque quater per inſitionem in alios artificioſe propagata materies melioris notae variolas dedit. Confluentium variolarum materiem ad inſitionem eligere non licet. Benignarum variolarum materies in vrceolum vitreum excepta, hoc ſaepius quoque interea aperto, per XXIV

dies

dies ſeruata, nulla putredinis ſigna dedit. Pus vero a puero ſumtum, qui bonas atque diſcretas variolas habebat, nigrasque tantum duas in ſiniſtro crure, iam tertio die putredinis ſigna indubitata dedit. — Vt non putreſcat pus varioloſum, id aliquot guttis eſſentiae myrrhae ſine alcali paratae miſcere expedit.

Epidemice quae ſimul graſſabantur, variolae, ad malignius genus referendae, quartumque quemque fere puerum trucidantes, febre bilioſa putrida ſtipatae erant. Hinc et his, quibus artificio variolae datae erant, aluus probe expurgari debebat. Caeterum inſitio probe ſucceſſit, neque, niſi quibusdam, qui iam ante inſitionem venenum naturali modo conceperant quibusque febris iam ſecundo, tertioue poſt inſitionem die naſcebatur, mortifera fuit. Saltim nullae ex inoculatione mortes, niſi hae erant, in quibus naturale contagium ſimul agens accuſari poterat. Hos etiam peius ſe habuiſſe ex inſitione variolarum putat Clmus Auctor, qui diſpoſitionem ad variolas naturales maiorem habebant.

Quarta ſectione de aquarum medicatarum quarundam virtutibus agitur. p. 443.

VI.

Obſeruationes quaedam de puerperarum morbis, deque ipſarum epidemica conſtitutione. Epiſtola IOSEPH CERRI, medic. Doctoris, ad BARTHOLOMAEVM DE BATTISTI, Mediolani. MDCCLXXXVIII. Apud Ioſeph. Galeatium, regium typographum. Superiorum permiſſu. 8. pagg. 115.

Nonniſi prior pars libelli epiſtolam ad Cl. DE BATTISTI, qui diſſertationem de feminarum morbis Viennae 1782. edidit, ſiſtit, varias morborum hiſtorias

ſtorias complexa, quae non poſſunt non commendare Cl. Auctoris ſtudium et in medendi methodo ad-
p. 10. hibita ſagacitatem: ex quibus praeſertim memoramus exemplum feminae iam ante partum febre intermittente laborantis, ſtatim poſt partum in continuam acutam mutatae, erumpentibus quarto die variolis, hisque ſuperatis accedentibus diarrhoea, oedemate pedum, febris intermittentis nouis inſultibus; ſed purgantibus et poſtea cortice peruuiano
p. 12. feliciter ſuperatus eſt morbus. Eodem tempore epidemice quaſi puerperas inuaſit febris gaſtrica, curatius hic deſcripta, de qua tantum hic annotamus,
p. 28. in cardiacorum applicatione ſollicite attendendum fuiſſe, ne praecordiorum et ventris prominentia intenderetur, aut alui deiectiones plus iuſto retardarentur, quod praeſertim a camphorae vſu accideſit. Vltima hiſtoria eſt grauidae pleuriticae, inflammatione iam paene diſcuſſa foetum ſeptimeſtrem enixae et poſtea morbo putrido affectae, ex quo difficillime
p. 31. emerſit; ex quo colligitur, „ſaepe morbi inflammatorii finem eſſe putridi initium; quam ſint puerperae in putridam labem procliues; pectoris morbos aut numquam, aut raro finiri per aluum, imo ſaepe periculoſiores fieri.“

Quum autem in epidemia modo memorata alius quidam medicus DONZELLI auctorem noſtrum acrius in edito apologetico perſtrinxiſſet, ad eiuſdem
p. 35. refutationem adiunxit Cl. CERRI de antiquorum recentiorumque circa febrim puerperalem doctrina dialogum, in qua partim demonſtrare ſatagit, febrem puerperalem non conſtituere ſingularem morborum ſpeciem, ſemper et neceſſario a lactis metaſtaſi pendentem, partim DONZELLII methodum medendi in caſu ſingulari, in quo ambo hi medici concurrerunt, cenſurae ſubiicit: num ſatis modeſte, iudicent ii, quibus DONZELLII ſcriptum legere datum fuerit.

Rudis

Rudis dictionis veniam a lectoribus Cl. CERRI ipſe exorat: nos quidem pauciores mendas typographicas eodem iure optaſſemus.

VII.

IOSEPHI EYEREL commentarii in MAXIMILIANI STOLLII aphoriſmos de cognoſcendis et curandis febribus. — Tomus tertius. Vindobonae, typis Chriſtiani Friderici Wappleri. 1790. 8. pagg. 395.

Eadem, qua priores *), laude dignus, ſed ob inſtituti noſtri rationem non admittens vberiorem eorum omnium, quae vtilitate ſua ſe commendant, recenſionem: quare in enarrando dicendorum ordine potiſſimum nobis acquieſcendum eſſe perſpicimus. p. 1.

Febris bilioſa. Synonymia. Syſtema morborum humorale, a modernis immerito damnatum. Polycholiae idea: cauſſam proximam febrium bilioſarum in ſanguine ipſo praeexiſtere, neque ſolum ex primis viis reſorberi, quam ſententiam STOLLIVS olim amplexus, longa obſeruatione alia edoctus deſeruit; neque conſenſui neruorum tribuendam eſſe **). Polycholiae ſanatio vel natura vel arte. Febris bilioſae geneſis; amplitudo ***); duplex eius ſtadium; cauſae; ſymptomata (inter rariora pertinent petechiae, vnde quibuſdam febris petechialis peculiare genus conſtituit, et carbunculi, STOLL rat. med. T. II.);

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXXII. p. 117.

**) IOH. CH. REIL de polycholia, et fragmenta metaſchematiſmi polycholiae. Hal. 1783. 8.

***) IOH. IAC. PLANER *allgemeine Ueberſicht der Krankheiten in Erfurt von* 1781–1785. *Erfurt* 1786.

indoles paraſitica, inprimis coniunctio cum variolis; variationes, vel ſaburra in ventriculo praeexiſtente, vel criſibus partialibus, ſucceſſiuis, vel recidiuis, vel tranſitu in febrem ardentem aut putridam. Febris bilioſa ſimplex, et cum metaſtaſi: diuerſitatis metaſtaſium in diuerſis epidemiis cauſſa inexplicabilis: egregie de diagnoſi pleuritidis et peripneumoniae bilioſae, et de medici in ambiguo inter morbum bilioſum et inflammatorium verſantis officio, exemplo GVIDETI *): coniunctio febris bilioſae cum inflammatoria, cum pituitoſa (febris atrabiliaria GRANTII); in tranſitu quaedam de febre puerperarum. Exitus febris bilioſae: in mortem ex metaſtaſi ad viſcera nobiliora, ex eryſipelate interno in gangraenam abeunte, ex carbunculo internarum partium, ex tranſitu in febrem putridam; in ſanitatem, euacuationibus naturalibus vel artificialibus primarum viarum, ſudoribus, vrinis, eruptione miliari, ptyaliſmo, ictero; in alios morbos, bilioſum complicatum, putridum, intermittentem, morbos infimi ventris. Methodus medendi: in ſtadio cruditatis ſoluentia, diaeta, lenia euacuantia; in ſtatu turgeſcentiae emetica, magis tunc proficua quam in principio morbi, ad mentem b. STOLLII et Cl. HAEBERL, adiunctis monitis vtiliſſimis de ſelectu vomitoriorum, eadem exhibendi ratione, indicationibus eorum cautiſſime perpendendis, potiſſimum ex Ill. FRANK **). Praeparatio ad emetocatharſin per venaeſectionem methodumque antiphlogiſticam, ſi vel febris ſtationaria inflammatoriae indolis ſit, vel annua phlogiſtica diatheſis ſubortae bilioſae febri adhuc commixta, vel topica ſimul viſcerum inflammatio ſubſit; item ſi peruerſa calefaciente methodo phlogoſis in corpore accenditur. Alia

*) Diſſ. de febr. bilioſ. et de pleurit. bilioſ. Edit. noua. Lauſannae. 1788.

**) De laruis febr. bilioſ.

Alia contraindicantia emeticorum. Signa materiae deorſum turgentis, purgantium indicantia. Quid metaſtaſi ad partem nobilem vel iam facta vel ſaltim metuenda, agendum. Conualeſcentia: diaeta, roborantia, ad mentem TISSOTI. Relapſus: generales eius cauſſae ex Cl. FINKE *). Peruerſa medendi methodus: per calefacientia, cardiaca, veſicantia, opium. Prophylaxis, rurſus ex TISSOTO. Corollaria practica: praecipue de euacuantium adminiſtratione. Subiunguntur demum hiſtoriae ſeptem morborum ex Cl. HAEBERL.

Febris pituitoſa. Synonyma: inter haec et verminoſa. Conſtitutio pituitoſa; ſaepiſſime ex ſola abſentia notarum, quibus febres diſcernuntur, eruenda. Cauſſa proxima, difficillima: non vnius tantum humoris morbus, ſed totius ſubſtantiae; pituita tamen abundans, infarctus glandularum, et morboſa neruorum irritabilitas, protractoque morbo nimius eorum torpor, aut ſimul tanquam cauſſa proxima aſſumi poſſunt, aut ſaltim tanquam proximi frequentiſſimique cauſſae proximae effectus. Decurſus febris pituitoſae: prodromi morbi; ſymptomata eum concomitantia; diſcrimen a bilioſa, putrida, continua remittente, pleuritide et peripneumonia ſaltim incipiente, febre rheumatica arthriticaue, febre verminoſa, hectica, dentientium. Complicatio cum aliis febribus: inflammatoriis et bilioſis (hinc conſtitutio atrabiliaria GRANTII): morbi quicumque conſtitutionibus humidis graſſantes plerumque aut haec ipſa febris pituitoſa ſunt, aut eius quaedam modificationes; conſtitutio catarrhalis, aſthmatica, apoplectica e. ſ. p. Exitus in ſanitatem: lyſi, in leviore praeſertim gradu; vomitu; alui fluxu, modico tamen eo; diaphoreſi; miliarium eruptione critica; p. 117.

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXV. p. 427.

tica; ſaliuatione critica (HVXH.*) et ROEPER**)); ſputo critico; febre tertiana vernali (GRANT). Exitus infauſti: apoplexia; ſuffocatione ex hydrope pectoris et pericardii; morte ſubita ſub ſpecie redeuntis ſanitatis, excepto oedemate pedum, forte a funeſta metaſtaſi ſeri vel lymphae ad cauum aliquod;
p. 387. metaſtaſi ad varias partes, glandulas praecipue, infauſto plerumque exitu; glandularum meſenterii inflammatione diuturna, vix detegenda. Methodus medendi potiſſimum ex STOLLII rat. med. T. II ſingulis fere aegris ſingularis accommodanda. Cautiones in ſanguine mittendo, in euacuantium vſu. Alterantia, ex antimonialibus potiſſimum. Reſoluentia, inprimis flores arnicae. Neruina. Opium. Veſicantia. Diaphoretica leniora. Corticis peruuiani decoctum ad firmandam ſolidorum compagem labefactatam. Scillitica ſub ſtatu conualeſcentiae, monſtrantibus ſe vna cum tumore crurum hydrothoracis ſymptomatibus. Noxae antiphlogiſticae methodi iuſto diutius protractae, itemque euacuantium nimiorum, calidiorumque, ex GRANTIO. Hiſtoria epidemiae in tractu Germaniae mari Baltico vicino a WAGNERO obſeruatae ***).

p. 150. *Peripneumonia notha* ſeu pituitoſa, a SYDENHAMO demum et HVXHAMO rite definita, et praecipue ſecundum horum ductum deſcripta, ſubiuncta deſcriptione duarum eius conſtitutionum ex STOLLIO ****). Peripneumonia atrabiliaria GRANTII. Duae hiſtoriae peripneumoniae nothae ſub conſtitutione atrabiliaria hyemis 1786. obſeruatae. Sub finem

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. II. p. 522.

**) De ſaliuatione critica, in HALLERI coll. T. I p. 443.

***) Obſeruatt. clin. Lubec. 1737. 4.

****) Rat. med. T. II. p. 208. et T. III. p. 35.

finem HVXHAMI monitum, ne iuſto liberaliores ſint medici in exhibendis remediis.

Febres intermittentes (quamplurima ex Cl. TRNKA DE KRZOWITZ)*). Diuiſio earum ratione periodorum in quotidianas, tertianas, quartanas, complicatas; anni temporis in vernales et auctumnales (hic etiam relatio intermittentium ad continuas ex SYDENHAMO, et ad inflammatorias ac lentas neruoſas ex HVXHAMO); cauſſarum procatarcticarum in ſporadicas, epidemicas, endemias; diuerſitatis ſtadii in conſiſtentes, anticipantes, poſtponentes; ſymptomatum in laruatas et manifeſtas; indolis in pernicioſas et benignas (priores rarius noſtris in terris epidemicae, atque tunc maxime auctumni ſoboles). Triplex febrium intermittentium ſtadium. Febris intermittens erratica cum per ſe, tum a regulari antea curſu deflectens. Diagnoſis cum a cuiuſuis alius generis febre, tum ratione diſcriminis typorum. Tranſitus earum in morbos acutos. Effectus earum generales: ſolidorum laxitas, debilitas; fluidorum ſpiſſitudo, tenuitas, acrimonia. Extiſpicia ex GRANTIO. Cauſſae febrium intermittentium. Praediſponens in ſingulo aegro adeſſe debet: hanc diſpoſitionem in neruis potiſſimum reſidere, probabile. Sententia Cl. BANG **) de ſtimulo neruorum a bile, febrium harum cauſſa. Cauſſae euidentes febrium intermittentium: vel vniuerſales, vel ſingulares ſeu ſporadicae. Contagium earum dubium b. STOLLIO. Methodus medendi: in paroxyſmo ſeu palliatiua, et extra eum ſeu therapeutica. Antiphlogiſtica in febribus vernalibus, plethora, praeſente ſimul febre inflammatoriae indolis, in latente chronica thoracis inflammatione, aut frequente haemoptyſi, aut conſuetis haemorrhagiis ſuppreſſis, aut circulo humorum p. 178.

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXII. p. 322. ſeqq.

**) Praxis medica ſyſtematice expoſita. Hafn. 1789. 8.

rum in abdomine impedito, porro in diſpoſitione ad apoplexiam, ſubinde etiam in peculiari epidemia, item in cephalalgia inflammatoriae indolis, caute tamen a bilioſa diſtinguenda: noxia in auctumnalibus ſaburralibus cachecticorum, cacochymicorum. Methodus ſoluens, tum remediorum in fluida diluendo, tum ſimul in ſolida ſtimulando agentium; per ſalina, ſaponacea, vegetabilia, reſoluentia ſubamara, gummiferulacea, flores arnicae, martialia, antimonialia, mercurialia: vbi conueniat necne: monita inprimis de cauta diſtinctione incipientis pleuritidis a febre laruata intermittente. Methodus ſurſum euacuans: tartari emetici prae ipecacuanha praeſtantia; digeſtiua quando praemittenda; optimum vomitum excitandi tempus, paroxyſmo prorſus finito; quando emeticum noceat; monitum, ne vomitus plus iuſto repetatur in debilitate ventriculi pravaque digeſtione. Methodus deorſum euacuans: vbi conueniat; purgantium ſelectus et additamenta; clyſteres; vbi noceant purgantia. Methodus praevertens: vel ſudore excitato per diaphoretica, alterantia, balnea calida et frigida, ſtragula, electricitatem, veſicantia et ſinapiſmos, frictiones ſpinae dorſi cum linimentis aromaticis, camphoram *); vel per mutationem neruis inductam, excitatis animi affectibus, attentione, imaginatione, coeli mutatione; cautio in hac methodo adhibenda. Methodus confundens, iiſdem modis obtinenda, ſed periculoſior. Methodus neruina, per roborantia et narcotica; ſola tamen corticis peruuiani ratione habita in tractatu
p. 388. ampliſſimo et vtiliſſimo, ſubiuncta ſimul in appendice corticis peruuiani rubri mentione ex Cl. PLENK **). Cura conualeſcentium. Canones prognoſtici. Febres intermittentes laruatae: earum ſigna;

*) BANG ſelecta diarii T. II. p. 307.

**) Icones plant. medic. Cent. II. Faſc. II. p. 35.

ſigna; morborum periodicorum ſedes primaria in abdomine, ratione tamen non explicanda, niſi hypothetice. Febrium pernicioſarum indoles ac ſigna diuerſa; cura, potiſſimum largiori corticis vſu perficienda. Hiſtoriae quatuor morborum a Cl. LAVTTER obſeruatorum. Morbi febres intermittentes ſequentes: obſtructiones viſcerum abdominalium ad Ill. DE HAEN *); hydrops; mania; diabetes; fluor albus; varii polycholiae effectus; debilitatis ſequelae, potiſſimum rhachitis. Corollaria practica: de irrita corticis efficacitate, plerumque ob latentem viſcerum abdominalium obſtructionem; de purgantibus, roborantibus in conualeſcendi ſtudio interponendis; de neceſſitate corticem exhibendi in nimia debilitate ſolidorum, praeſentibus licet viſcerum obſtructionibus; de ſimilitudine tertianarum cum morbis bilioſis, et quartanarum cum atrabiliariis; intermittentes, *ſoli* mercurio cedentes, a ſtimulo venereo excitatas eſſe; de venae ſectione in inſultibus apoplecticis febrium pernicioſarum; de ſalubritate a febribus intermittentibus exſpectanda.

VIII.

C. L. HOFFMANNS, *Sr. Churfürſtlichen Gnaden zu Maynz geheimen Raths, vermiſchte mediciniſche Schriften. Herausgegeben von* HEINRICH CHAVET. *Erſter Theil. Münſter,* 1790. *Bey Friedrich Chriſtian Theiſſing.* 8. *pagg.* 534. *ſine praefatione et contentorum conſpectu.*

i. e.

C. L. HOFFMANNI opera varia medica, edita ab HENR. CHAVET. Pars prima.

Mutato conſilio Cl. CHAVET iam primam partem operum germanicorum minorum Ill. HOFMANNI

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XVI. p. 496.

NI exhibet, latinorum editione adhuc dilata *). Ex iis, quae hac parte continentur, nonnulla iam seorsim prodierunt, a nobis asteriſco signanda.

p. 1. I. *Tractatio de morbo miliari eiusque curatione in genere* (1756). Praemissa morbi definitione ac diuisione quaedam de putredine animali. Partes putrescentes, sanis additae, in his putredinem prius euolvunt, quam id sponte eueniret. Putredo non vnico momento corporibus potitur, sed particulae putridae quantitate successiue increscente generantur. Quamdiu partes putrescentes vel in corpore genitae vel in illud ingestae per vrinam et sudores rursus euacuantur, putredo in corpore euolui nequit. Perspiratione igitur suppressa, maior copia istarum particularum in corpore gignitur, acrimonia sua vascula cutanea stringens, perspirationem cohibens frigusque excitans, quod diutius perdurans tandem acriores in sanguine particulas adeo auget, vt corde vasisque irritatis febris oriatur. Materies miliaris, organo excretorio cutaneo prae reliquis destinata, si hic stagnat, pruritum, punctionis sensum, dolores ad dorsum, inflammationem excitat, eodem modo vt frustulum carnis vel emplastrum cuti impositum. Miliaria rubra saepe, aeque ac alia inflammationis genera, discutiuntur; in suppurationem si abeunt, in alba mutantur, desquamatione demum terminanda. Discrimen materiae miliaris a materie febrium putridarum iam non tangit Ill. Auctor. Curatio eo dirigenda est, vt quantum fieri possit, euacuatio particularum putridarum iuuetur, earumque generatio impediatur. Indusia, antequam aeger iis vtatur, per paucas horas ab alio gestanda iubet succinoque suffienda, ne superstites forsan a sapone particulae putridae corpus aegroti intrent. Purpuram puerperarum in Westphalia penes infimae classis homi-

nes

*) Vid. Comm. nostr. Vol. XXXII. P. II. p. 290.

nes ſe numquam obſeruaſſe, nutrimento ex ſola cereuiſia cum acido iſtius regionis pane cocta, ſtragulisque vilioribus adſcribit. Acidorum mineralium dulcificatorum in praecauenda particularum putridarum generatione illud videtur eſſe diſcrimen, vt muriaticum particulis putridis in primis viis oriundis, vitriolicum ſpaſmis, nitroſum calori quam maxime reſiſtat. Ex ſalibus mediis communis ob excitatam inde ſitim alienus eſt; nitrum illam potius exſtinguit; ſal ammoniacus putredini omnium potentiſſime reſiſtit, ideoque nitro diuerſa pro vario putredinis gradu proportione admiſcendus eſt; tartarus vitriolatus ſublato maximam partem morbo ad reſtituendum appetitum exhibendus. Terrea per ſe aliena: ſed acidis ſaturata particulas oleoſas corruptas in primis viis abſorbent. Emulſiones ex ſeminibus nocent, quum experientia teſte nihil facilius corrumpatur: inde vtique vis exanthemata expellendi, materia eorum copioſius genita. Somni ad ſuſtentandam tranſpirationem vtilitas. Potus nonniſi is, qui facillime per vrinam tranſit. Ad eliminandam bilem putridam, miliarium fomitem, ipecacuanha, vel vbi vomitus cieri nequit, aloe ad grana decem ob gratiam praeuertendasque vires calefacientes in aceto rubi idaei ſoluta, ſubiunctis ſalibus antiſepticis; aut rheum aut ſal anglicus ſiue de Seignette. Venaeſectio nonniſi accedente alio morbo inflammatorio. Purpura retrocedens tunc demum mali augurii, quum deleta ſenſibilitas, aeque ac eo in caſu, vbi veſicantia non agunt, aut vlcera chronica et fonticuli exſiccantur.

II. *De inflammatione eiusque ſequelis* (1758). p. 81. Cauſſae remotae ſunt irritatio ſatis vehemens perduransque cum impedimento ſanguini redeunti per compreſſionem venarum facto. Globus plumbeus ſuperficiei laeuis, in vulnere inflammationem non

mouet, quod tamen panni vel lanae particulis relictis euenit, humores quippe fugentibus in putredinem abeuntes. Vesicantium actio declarata *), quae postea ad gangraenae ortum applicatur. Densitatem sanguinis, extremitates arteriarum obstruentis, causam generalem inflammationis **) esse non posse, his argumentis probatur: quia non in eo demum loco, vbi existit inflammatio, sed vbique in corpore talia vasa sanguini eiusmodi transitum negatura essent; quia sanguis eiusmodi in sanis vere adest vel facile eam conditionem assumere potest, inflammatione tamen inde non sequente; quia post tres quatuorue ab inflammationis initio dies, hac licet adhuc subsistente, non amplius adest; quia ingrediens sanguis extremitates vasorum nonnisi accedente spasmo obstruit; quia denique multae sunt species inflammationis absque illa obstructione, vt in saliuatione mercuriali, coryza, ophthalmia: neque conicam vasorum figuram huic obstructioni fauere, quandoquidem eadem figura ab iisdem caussis, quae globulum sanguinis impellunt, ampliato vase mutatur: accedit praeterea diuisibilitas globulorum sanguinis in minores, obstructionem praepediens. Congrumatus sanguis tunc demum inflammationem excitat, si tot vasa obstruit, vt impetu sanguinis in vasa serosa aucto in his extensio e. s. p. efficiatur. Motum sanguinis in vasis minoribus impacti non penitus cessare, docet rubor partis inflammatae: plenaria enim stagnatio (sphacelus) colorem obscuriorem sistit. Propter auctam vero resistentiam minor copia sanguinis impellitur et mouetur, accedente etiam motu propter diametrum dilatatam retardato, quum docente hydraulica velocitates sint in ratione inuersa quadrati diametri vasorum. Ex motu hoc retardato propensio in

*) vid. Comm. nostr. Vol. XXXII. P. II. p. 292.

**) Ibid. p. 291.

in putredinem, et inde ſublata nondum reſorptione, febris inflammatoria: inde corticis peruuiani vſus in ea praecauenda et infringenda. Inflammationem ergo in parte affecta, non in maſſa ſanguinis gigni. Ex his definitur inflammatio per motum ſanguinis per vaſa adeo exigua, vt in ſtatu ſano cruorem rubrum non tranſmittant: eiusque cauſſa proxima ponitur in productione virium huic motui efficiendo parium. Varii inflammationis exitus in reſolutionem, ſphacelum, ſuppurationem, vel ſcirrhum. Ad reſolutionem ſanguis ipſe impactus nihil conferre poteſt: ſed cauſſarum remotarum rationem haberi oportet, tollendo cauſſam ſpaſmi, ſiue illa ſit acrimonia humorum, ſiue inſtrumentum irritans, ſiue inaequalis tenſio fibrarum; vel compreſſionem vaſorum venoſorum; vel congrumatum ſanguinem reſoluendo et in maſſam humorum reducendo. Pus mere ex globulis ſanguinis reſolutis conſiſtit: eo tamen genito motum humorum in vaſis non ceſſare, docet experimentum, vbi hellebori albi fruſtulo in fonticulum illato diarrhoea excitatur. Sub hac ſolutione eae particulae, quae maxime in putredinem procliues ſunt, ſeparantur et in ſanguinem redeunt: inde febris hectica phthiſicorum. Ingens ſaepe expanſio vaſorum pus continentium, nec tamen diſruptorum. Pus reſorberi interdum poſſe, omnino veriſimile. Suppuratio quum partes putridas ex loco affecto in ſanguinem reducat, inde patet, cur ſub eius exortu gangraena ſiſtatur. Scirrhi ex coalitione vaſorum, ſiue ob contractionem eorum ſpaſticam, ſiue ob compreſſionem, ortus: eius tranſitus in cancrum occultum et apertum. Glandulae eidem praeſertim obnoxiae ob tunicam eas inuoluentem, earum extenſionem impedientem adeoque perpetuam compreſſionem efficientem. Vſus practicus huius doctrinae prae ea, quae cauſſam inflammationis in den-

ſitate ſanguinis ponit. Venaeſectio ſub initium ad minuendas vires cor et vaſa nimis diſtendentes, ipſamque ſanguinis maſſam, irritationemque, inflammationis cauſſam: eius noxa imminente iam criſi, tunc demum exſpectanda, quum ſpaſmus venarum ſublatus eſt; item noxa eius, maſſa humorum particulis putridis inquinata. Purgantia antiphlogiſtica; clyſteres; diaeta; aër; medicamenta antiſeptica externa et interna, camphora, ſales medii, potiſſimum nitrum (haec quidem, vt nobis videtur, nec perfecte nec diſtincte ſatis: ſed noſtri officii eſt, ſuccincte ea tradere, quae Ill. Auctor vberius propoſuit, iudicio lectoribus relicto), externe adſtringentia, aromatica: ad diſcutiendam ſtaſin inflammatoriam ſanguinis a cauſſa externa ſpiritus cochleariae cum vino paratus. Vbi nec a tranſpiratione aucta, nec a reſorptione antiſepticorum vtilitas exſpectari poteſt, epithemata non calida, ſed frigida conueniunt, vt in inflammatione cerebri, itidem ex ſpiritu cochleariae, ſuadente G. W. WEDELIO, ſuperimpoſita adhuc aqua frigida ſeu arte frigidiore reddita. Neceſſitas examinandi cauſſas praegreſſas inflammationis easque remouendi. Cura gangraenae et ſphaceli: euacuantia; antiſeptica; ſcarifationes; cauſſae removendae: in addita annotatione Cl. Editor de noxis ex nimis arcta faſciarum applicatione diſſerit. Suppuratio quando iuuanda. Tandem ex recentiori Ill. Auctoris tractatu 1778. conſcripto de iis, quae ars valeat in ſcirrho. Fieri poteſt, vt interdum ſcirrhus ſponte, aeque ac verruca ſeu clauus pedum, euaneſcat: ad quod obtinendum credibile eſt conferre aliquid poſſe denegatum acceſſum humorum ad eum, vel debilitatam aut ſublatam actionem nerui ad eum tendentis (inde vis remediorum ex claſſe plantarum venenatarum), vel affluxum acrimoniae cuiuſdam, v. c. venereae, ad eum impeditum. Inde tamen obſtructio-

ſtructionem vaſculorum minimorum glandulae cuiuſdam ab humore viſcido ex cauſſis ſcirrhi ſe non excludere monet. In deligatione poſt exſtirpatum ſcirrhum ſumma cautio adhibenda, ne vllo modo compreſſio exiſtat. Nullum aduerſus ſcirrhum remedium exſiſtere, quod eidem curando ſemper par fuerit (in puella cancrum faciei apertum vnguento ſpiſſiore ex axungia curruum, quatuor partibus farinae ſecalinae et radicis gentianae ſanauit Ill. Auctor, eodem remedio aliis in caſibus effectu deſtituto): neque conſtare, quis ſcirrhus, et quibus remediis, curationem admittat nec ne.

III. THOMAS BOLTEN, *pharmacopola Monaſterienſis, effectus lethiferos cicutae deſcribit, quum quinque milites Hanouerani* 23. *Mart.* 1762. *herbam hanc oleris loco comediſſent* (*Monaſterii* 1762.) Iam ſub prandio ex herba cum pinguedine quadam cocta ſinguli riſu corripiebantur, eoque vix finito vnus debilitatem viſus querebatur; vix elapſo quadrante horae amentes reddebantur; poſt dimidiam horam concidebant, motu voluntario prorſus ſublato; lethargus; denique ſub conuulſionibus mors, in tribus ſeſquitertia poſt prandii initium hora, in reliquis duobus vix dimidia hora poſt. Sextus nonniſi cochlearia aliquot aſſumſerat, qui, delirio correptus, emetico ſeruabatur. Altero die vnius cadauer ſecabatur: ſcrotum liuidum, maculae aliquot in ſuperficie corporis, praeſertim ſub hypochondriis; inteſtina vacua, inflata, pellucida; ventriculus herba (radicis nullum veſtigium) vbique repletus, niger; pectus ſanum; cerebri vaſa turgida, hinc inde etiam guttis aliquot ſanguinis extra vaſa miſſis. Curioſius examen alia chirurgi officia impediuerunt. Cl. BOLTEN aſſerit, ſe diuerſas cicutae ſpecies ſolo odore optime diſcernere poſſe: hanc, quam viderit et a cuius eſu milites dehortatus fuerit, fuiſſe ſpeciem maiorem; p. 255.

ſuperſtitem bonum ſaporem oleris praedicaſſe, nec, quod reliquum fuerit, odorem tetrum, conio maculato etiam poſt coctionem proprium, obtuliſſe (videtur ergo fuiſſe cicuta viroſa). Huic igitur relationi ſubiungit epiſtolam Ill. HOFMANNI ad ſe directam, in qua vtilitatem remediorum externorum ad curationem morborum internorum, et praecipue vſum externum cicutae interno extracti eiuſdem iunctum commendat, ſolummodo reſolutionem glandularum induratarum tumorumque reſpiciens (Monſpelienſes *emplaſtro* de cicuta interne vſos eſſe, ſine dubio typographi eſt error). Femina 38 annorum tumore ſcirrhoſo mammae laborabat, ad emplaſtri et cataplaſmatis ex cicuta vſum rebelli; internum extracti vſum nec in pilulis nec in ſolutione cum aqua cinnamomi ne minima quidem doſi ferebat; ſuaſit igitur Ill. Auctor balneum tepidum ex infuſo recentis herbae, panno duplicato ſuper labrum extenſo et circa collum firmato, ne vapor caput tentaret, quem in finem etiam acetum naribus admouebatur; hoc remedio quum quotidie, paucis diebus exceptis, ad dimidiam horam vſa fuiſſet, poſt ſex hebdomades prorſus conualuit. Aeger aſthmate et hydrope ab arthritide retrogreſſa laborans, optimis remediis antea irritis, quatuor eiuſmodi balneis ſimul in vſum ductis reſtitutus eſt; quibus quamdiu vſus eſt, perpetuo ſaporem cicutae in ore percepit, et adſtantes etiam poſt coenam ſimilem odorem ſenſerunt. Femina 45 annorum, cancro mammae iam rupturam minante nouem balneis intra tres hebdomadas multum leuata eſt, curationique tunc temporis, quum haec ſcriberentur, propior reddita. Animaduerſiones quaedam: in parando extracto plures partes actiuas perdi, quam in balneo; medicamenta per ſuperficiem externam corpori illata minus mutari, quam ore aſſumta; hyemali tempore forte extra-

ctum

ctum efficacius futurum videri, quam balnea, tunc nonniſi in herba ſiccata parabilia; vbi difficilius adhiberi poſſint balnea, tentandum, quid herba lectis inſtrata praeſtet. Rurſus relatio cancri faciei curati, cuius iam in tractatu antecedenti mentio facta fuerat. An in tuſſi conuulſiua balnea vel ſemicupia ex infuſo picis liquidae, vel ex ſulphure et calce viua? quaerit Cl. Editor. Halitus cicutam redolens excitat ideam vires eiuſmodi balneorum vel ex aliis plantis paratorum in phthiſi tentandi. De efficacia remediorum externorum, ad obſeruationem b. DE HAEN de verbena *). Conſilia inſtituendorum eiusmodi experimentorum.

IV. *De bona methodo medendi variolis, nouoque* p. 293. *efficaci remedio in malignis et confluentibus, quod primo tentamine admodum proficuum ſe probauit* (*Monaſterii* 1764.). Exordii loco vindiciae ſcientiae medicae adverſus obtrectatores eiuſdem, ex maiori ſecuritate aduerſus morbos olim adeo pernicioſos, luem veneream et variolas. Commodis ab inſitione repetendis multum detractum iri, ſi numerus eorum, qui ab inſitis variolis moriantur, non comparetur cum iis, qui naturalibus ſibi ipſis relictis aut peruerſe tractatis obierint, ſed qui bona methodo curati fuerint: ſibi per viginti duos annos nonniſi duos infantes, vno patre vſos, periiſſe, quod tamen ipſe raram fortunam dicit, numquam accedentibus momentis morbum aggrauantibus. Praeparationem aeque ac ante inſitionem locum habere. Commodum inſitionis in opportunitate temporis et benignitate epidemiae ponendum compenſari eo, quod permulti ab eodem morbo immunes ſenectutem attingant, neque, qui iiſdem prorſus non ſint obnoxii, in epidemiis periculum incurrant (verum vltima huius tractationis verba p. 361. ſunt: „variolae nonniſi perpaucis parcere

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XII. p. 141.

cere ſolent" — ſed repetimus, quod iam faſſi ſumus, nos hic non cenſorum, ſed, quod aiunt, referentium tantum munere fungi). Dubium eſſe, an inſitio hominibus parcat. Inſitioni igitur apta variolis medendi methodus praeferenda eſt, hic expoſita, quam nunc praeterire poſſumus: in ea prima etiam mentio fit amplioris operis, de quo proxime diſſeremus. Variolarum verarum reditus prorſus negatur, huiusque ſententiae probatio in eodem opere promittitur. Iam hiſtoria morbi matronae nobilis, variolis confluentibus peſſimis laborantis, in qua nec potus acidus (elixirii acidi Dippelii drachmae duae ad menſuram aquae et ſex vncias ſyrupi cuiuſdam), nec corticis peruuiani largior vſus, nec camphora in clyſteribus, nec epiſpaſtica multum praeſtiterant, quare 6. ab eruptione die mixturae ex camphorae in vitello ouorum (cuius indolem ſepticam multum ſuperet vis camphorae) ſolutae drachmis duabus cum aquae cinnamomi ſ. v. vnciis tribus totidemque ſyrupi rubi idaei omni bihorio cochleat maius, circiter grana viginti camphorae continens, porrigebatur, quarta autem doſi ab aegra, paullum ad ſe reuerſa, repudiata, vncia vna cum ſemiſſe quavis ſeſquialtera hora vt enema iniiciebatur, ſinapiſmis ſimul addita camphora plantis pedum impoſitis. Quum haec, iunctis euacuantibus, malignitatem morbi nondum vincerent, ſed ſymptomata funeſtiſſima redirent, die 11. camphorae ſolutio aqua roſarum diluta linteis illinebatur, corpusque, excepta facie, iis intra 16 horas ter renouatis inuoluebatur, clyſteribus ex cortice peruuiano et camphora interpoſitis, vnde tandem adhibitis remediis aptiſſimis aegra in ſanitatem rediit, odore ſumme cadaueroſo faecum tamen nonniſi elapſis tribus hebdomadibus euaneſcente: camphorae in toto morbi decurſu adhibitis vnciis octoginta! Sub ſtadio exſiccationis, die 23. ab eru-

eruptione, abſceſſus paruus in regione temporali ſiniſtra, isque vnicus in toto corpore, oriebatur, qui altero mane excitato dolore punctorio vehementi oculi euaneſcebat, quem leuis eiuſdem inflammatio et plenaria caecitas ſequebantur, ſed poſt tres dies iam imminuta, poſt ſex prorſus ſublata, nullo remedio, niſi aqua ophthalmica quadam, adhibito. Tandem quaeſtiones quaedam practicae de tentando vlterius camphorae in variolarum diuerſis ſtadiis aliisque febribus malignis et ex putrido fomite ortis vſu.

V. *Confirmatio peculiaris virtutis noui remedii in variolis malignis et confluentibus — cum defenſione methodi medendi Ill.* HOFMANNI, aduerſus Cl. C. H. SCHÜTTE *iun. Cliuiae, auctore* CAR. HOFFMANN, *M. D. Gronauiae* (*Monaſterii* 1765.). Acidum vitriolicum, licet putredinem praeuertat, praeſentem tamen non coercere. Inſufficientia atque adeo noxa remedii a Cl. SCHÜTTE ad praecauendas variolas earumque cicatrices in facie propoſiti, laruae ex panno laneo confectae; virus varioloſum ſpecifice faciem petere, cuius rei probatio vberior promittitur. De opii vſu ſub eruptione: vinum et ſpiritum cornu cerui eidem nullo modo ad tollendum ſpaſmum vaſorum cutaneorum aequiparari aut ſubſtitui poſſe; vanum eſſe metum conuulſionum aut putredinis ab eodem. Opium et acidum vitriolicum ſibi non contrariari. Virtus eximia camphorae nouis obſeruationibus Cl. TRAMPEL aliorumque comprobata. p. 363.

VI. *Argumenta pro inſitione variolarum et contra eam, in dialogo* (1765). Inter nobiles epiſcopatus Monaſterienſis quartum quemque adultum variolas non paſſum mori. Indices mortuorum nihil probare, quum his etiam ii inſerantur, qui abſque auxilio conueniente perierint. Commoda inſitionis ponenda eſſe vel in diuerſitate materiae varioloſae, vel rationis eam applicandi, vel morbi ipſius, vel circumſtantia- p. 429.

ſtantiarum: omnia iſta in naturalibus aeque obtineri poſſe ac in artificialibus. Matronae iſtius illuſtris, ſuperiori tractatu memoratae, infantes, cum ipſa conualeſceret, contagium ab ea ſuſceperunt, morbo benigniſſimo inde enato. Circumſtantiarum tamen diuerſitatem in inferioris ſortis hominibus magis fauere inſitioni, ab opulentioribus quippe melius ordinandarum. Argumenta moralia conſulto non tanguntur.

p. 443. VII. *De modo tractandi variolas (in litteris Moguntiam ſcriptis* 1768). Mors a variolis per ſe inductae putredini humorum debetur. G.W. WEDELIVS iam ante BOERHAAVIVM vires hydrargyri aduerſus variolas vſu perſpexit. Ill. Auctor a plus quam viginti annis pilulas ad variolas tanquam arcanum, ne contradictiones aliorum incurreret, adhibuit, quarum praeparationem nunc eam tradit: mercurius dulcis in ſubtiliſſimum puluerem redactus immittatur in mortarium lapideum calefactum, ibique pariter caleſcat, quo omnis humiditas diſſipetur. Tunc adfundatur quidquam ſpiritus vini tartariſati, isque tempeſtate ſicca deflagret, quod ter repetatur, mercurio ſub ipſa deflagratione frequenter filo ferreo agitato, operaque adhibita, ne vel minimus ventus flammam intempeſtiue extinguat. Ex huius mercurii deflagrati granis quindecim ope micae panis fiant pilulae viginti. Praeparationis loco cum ante inſitionem, tum graſſantibus variolis naturalibus, niſi peculiaria adſint momenta mercurialium vſum vetantia, tertia quaque vel quarta die ante ſomnum exhibentur harum pilularum infanti tot, quot annos natus eſt, advlto quindecim, vſu tam diu protracto, donec aut non amplius purgant, aut vermes amplius non eiiciant. In ſcorbuticis mane poſt pilulas exhibetur aeſtate manna cum cremore tartari, hyeme extractum catholicum; tunc diebus intercalaribus decoctum

ctum bardanae aut ſarſaparillae. In iis, qui antea febre intermittente laborauerunt, eodem temporis ſpatio corticis peruuiani ſeſquiuncia. Diaeta ſimul ſit antiſeptica, vitetur nimius motus corporis. Si neceſſitas vrgeat, inſitio protinus ſuſcipitur, vel materia recenti, vel filis, laeſione quam fieri poſſit minima: fila non diutius 24 horis relinquenda, niſi quum adglutinata fuerint, tuncque exſpectandum, donec ſponte decidant. Sed ab hac inſitione praeparatio iam deſcripta adhuc adhibenda eſt, donec initia morbi ſe oſtendant: pilulis frequentius propinandis, quum locus inſitionis multum inflammatur. Si morbus cum pulſu accelerato, dolore capitis, laſſitudine, vertigine, dolore artuum et dorſi ingreditur, protinus pilulae decem, altero mane lene euacuans danda ſunt; numerum pilularum ſymptomata determinant. Sic etiam in initio naturalium, febre intenſiore, niſi diarrhoea adſit, doſis pilularum per duos tresue dies repetenda, adiuncto ſimul, vbi calor multus, clyſtere refrigerante: etiam ſub ipſa eruptione pilulae, ſed nonniſi duae vel tres; in ſtadio exſiccationis iterum camphora externe, modo in prioribus deſcripto, adhibita, putredinem in variolis ipſis corrigit, antequam in ſanguinem reſorbeatur, quod nullis remediis internis effici poteſt, quae, quicquid vnquam exſpectari poterat, praeſtant, ſi ſanguinem putridis particulis reſorptis inquinatum quodammodo corrigunt. De reliquo autem monet Cl. Editor, camphoram reliquas cauſſas mortis ſuperare non poſſe, v. c. vermes, potus defectum, aeris inſpirati vitia.

VIII. *De diuerſitate morbi varioloſi in genere* (1777). Non pendet a diuerſitate contagii, ſed corporum. Caeteris enim paribus, eo benigniores variolae, quo meliores ſucci, eoque maligniores, quo deteriores illi. Bona conſtitutio ſuccorum optime ex prompta felicique vulnerum ſanatione pateſcit. p. 471.

Conta-

Contagium inſpiratum nec in pulmones nec in ventriculum agit, ſed in ſingulares glandulas cutaneas eius ſuſceptioni vnice deſtinatas (haec eſt celebris illa Ill. Auctoris theoria, in operis maioris, cuius partem ſecundam proxime indicaturi ſumus, parte prima ſtabilita); neque nauſea vomitusque ab eiusmodi actione pendent, ſed a miaſmate in glandulis varioloſis genito et in ſanguinem transgreſſo: quare argumentum in fauorem inſitionis petitum concidit, hic contagium cuti immediate applicari, non per circulum humorum eo deferri. Cur variolae artificiales plerumque parcius erumpant, quam naturales? neque ideo, quia per locum inſitionis pus effluit, neque quia contagium extus applicatur; ſed quia in naturalibus iam maior minorue gradus corruptionis humorum praeceſſit, inſitione potiſſimum tunc optime ſuccedente, quum vel prorſus non, vel parciſſime graſſantur variolae, commodiſſimo anni tempore, et quae ſunt reliqua. Quatenus ergo prophylaxis in noſtra poteſtate ſita ſit, docet.

p. 497. IX. *Diſquiſitio, in quantum internus mercurii vſus ad praeparationem in morbo varioloſo ſit commendandus.* Excluſis iis, qui febribus, ſcorbuto, morbis venereis laborant, alia vitia cutanea, ſcabies, vlcera, ante inſitionem praeparationem per mercurium ferunt, cuius vtilitas haec eſt, vt humores corrigantur, variolarum numerus minuatur (quod multiplex experientia Ill. Auctorem edocuit) et incommoda a vermibus metuenda auertantur. Similis eſt ratio variolarum naturalium. Remedii prophylactici ex mercurio et antimonio coniecturam non BOERHAAVIO, ſed HELMONTIO et poſt eum ANDR. BVXBAVMIO (diſp. de variolis hactenus in patria graſſatis, praeſ. BOHNIO, Lipſ 1679.) deberi, Cl. Editor monet. Dubia contra hydrargyri vſum: illum eſſe remedium potentiſſime reſoluens putredinemque promouens, adeo-

adeoque noxium in morbo a putredine genito — verum lues venerea itidem eſt morbus a putredine genitus; eos, qui antea lue venerea per ſaliuationem liberati ſunt, plerumque variolas malignas pati — at diſpiciendum eſſet, num virus venereum curatione inſtituta perfecte victum ſit (adderemus: viresque corporis bonitasque humorum; corticis inprimis peruuiani vſu obtinendae, redierint) nec ne.

X. *Cur in aegris varioloſis ſibi ipſis relictis plerumque plurimae puſtulae in facie, pauciores in manibus, pauciſſimaeque in reliquo corpore erumpunt? et quomodo copioſior in facie praecauetur eruptio?* Cauſſa in maiore gradu caloris iſtarum partium prae reliquo corpore in quouis morbo febrili ſita eſt. Neque ergo veſicatoriis, neque pediluuiis, neque obtectione iisdem immunitatem a variolis conciliabimus, ſed ſubtrahendo calorem lecti aëris frigidi admiſſione, et ſi hoc non ſuffecerit, crebra aquae frigidae applicatione. Calor etiam in aliis corporis locis maiorem puſtularum copiam prolicit. Cura faciei vel ideo neceſſaria eſt, quia, SYDENHAMO monente, copia variolarum in ea periculi gradum definit. Regiminis moderate frigidi vſus ſub febre eruptionis et eruptione ipſa. Dari tamen corpora, ſed rariſſime, in quibus excedens adeo calor nonniſi paucas variolas producat. p. 517.

IX.

C. L. HOFFMANNS, *Sr. Churfürſtlichen Gnaden zu Mainz geheimen Raths, Abhandlung von den Pocken. Zweyter Theil, worinn die Pathologie der Pockenkrankheit ferner berichtiget und gezeiget iſt, warum der Menſch dieſe Krankheit nicht mehr als einmahl bekommen kann. Mainz und Münſter, im Verlage der Perrenonſchen Buchhandlung, gedruckt*

druckt in der Kurf. privil. St. Rochus Hoſpitals-Buchdruckerey, durch F. W. Cordon 1789. 8. *mai. pagg.* 326. *praef. pagg.* XCIV.

i. e.

C. L. HOFMANNI commentatio de variolis. Pars ſecunda, in qua morbi varioloſi pathologia vlterius euincitur et monſtratur, quare idem hominem ſemel tantum adficere queat.

Quod prima pars operis huius *) in commentariis noſtris indicata non fuerit, ob eam fortaſſe rationem accidiſſe arbitramur, quod, qui tunc eorum curam gerebant, quod reliquum erat doctrinae, breui ſequuturum ſperauerint. Itaque poſt interiectum adeo longum temporis ſpatium lectores noſtros vix exſpectaturos poſtulaturosue putamus, vt ampliorem iſtius primae partis notitiam exhiberemus. Sufficiat ergo, paucis indicaſſe, ſecretiones diuerſas in diuerſis organis a diuerſa grauitate ſpecifica particularum ſecernendarum proficiſci; cauſſam variolarum eſſe materiam putridam ſui generis, a peculiaribus organis, nonniſi in cute exiſtentibus, quae glandulas dicit Ill. Auctor, contagio ſuſceptam, ibi euolutam, et regrediendo maſſam ſanguinis inficientem; glandulas has pure collecto earumque orificium obſtruente eleuari in puſtulas, ſuppuratione deſtrui, ideoque reditum variolarum impoſſibilem reddi e. q. ſ. r.

In praefatione huius ſecundae partis primo loco ſtudiorum ſuorum, cum academicorum, tum continuatorum, rationem reddit Auctor (diſſertationem de attrahentium actione a ſeipſo conſcriptam eſſe profite-

*) C. L. HOFFMANNS *Abhandlung von den Pocken. Erſter Theil, worinnen die Erzeugung der Pockenmaterie und anderer anſteckenden Krankheiten vor Augen gelegt wird. Münſter und Hamm.* 1770. *gr.* 8.

profitetur, de quo olim *) ſubdubitabamus); variorum tractatuum vel iam editorum vel limae adhuc ſubiiciendorum (inter quos etiam tractatum de inflammatione, nuper a nobis indicatum, nominatum inuenimus) ortum tradit; quomodo ad conſcribendum de variolis opus deuenerit, exponit; breui contenta partis primae repetit, monſtrans, quae vel minus accurata vel falſa propoſita fuerint, vel omiſſa, inprimisque docens, cur nullus morbus contagioſus ab hominibus ad reliqua animalia tranſeat, et in his etiam, ſola hydrophobia excepta, nonniſi eiuſdem generis ſubiecta afficiat: nimirum quia ſingulis animalium generibus ſingularia ſint organa ſecernendis humoribus dicata, iique ipſi in ſingulis generibus diuerſi (ita v. c. animalia variolis non ſubiici, quia aut glandulis varioloſis, aut eorum ſucco, aut vtriſque careant), fluidum nerueum autem, probabilis hydrophobiae ſedes, in omnibus animalibus vni eidemque fini, ſenſui et motui, inſeruiat, ideoque opus non ſit vt in diuerſis animalibus diuerſae indolis exiſtat. Poſtmodum prolixe ſatis fata partis primae (partem tertiam eamque vltimam iam in manibus amicorum eſſe aſſeuerat, ab iis forte perpoliendam lucique publicae tradendam; an igitur forſan huc ſpectant commentationes eae, quas Cl. CHAVET collectioni ſcriptorum minorum germanicorum iam inſeruit, a nobis nuperrime indicatae?) recenſet **), et

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXXII, P. II. p. 291.

**) *Allgem. deutſche Bib. B. XVI. St. II. S.* 422. C. L. HOFMANN'S *Anhang zum erſten Theile von den Pocken, worinnen die angegebene Urſache von der Aſſimilation der anſteckenden Fiebermaterie ferner erwieſen und die Exiſtenz der Pockendrüſen auſſer Zweifel geſetzt wird. Nebſt einem Kupfer. Münſter*, 1776. *gr.* 8. Huius recenſio in *Allg. d. Bibl. B. XXXIII. St. I. S.* 138. C. L. HOFFMANNS *Nachtrag zum erſten Theile von den Pocken*

et inprimis multus eſt aduerſus Cl. VNZERVM eiusque pathologiam morborum contagioſorum *) huiusque recenſionem **); enarrata explicatione contagii per inſecta et Vnzeriana per diuiſibilitatem in infinitum, ex ingenii luſu aliam proponit, eamque ſatis lepidam, per ſemina minutiſſima, vegetatione quadam euoluenda; ac denique, quae ab iis poſtulet, qui doctrinam ipſius examinare vlteriusque perficere conſtituant, docet, et Cl. MOLITOR ob praeſtitum in hac parte edenda auxilium grates perſoluit.

Sectio I. Semiotica morbi varioloſi. Praemiſſa diviſione generali variolarum diuerſa earum ſtadia conſiderantur, quorum ſex aſſumit Ill. Auctor, nempe contagii vel praeparationis, febris eruptionis (quod, ne confuſio oriatur, cum reliquis auctoribus ſtadium primum vocat), eruptionis ipſius, ſuppurationis, exſiccationis, et morborum ſubſequentium. Stadium praeparationis certos limites non agnoſcere, docet inoculatio: breuius tamen ſex diebus non vidit, vti e contrario vnico caſu (ex plus quam duobus millibus, vt inferius fatetur, a ſe inoculatis) decimo octavo demum ab inſitione die febrem eruptionis accedere obſeruauit. Singulorum ſtadiorum decurſus ſollicite deſcriptus, exemplis egregie dicta illuſtran-

tibus

cken — Caſſel. 1778. 8. Iam Cl. VNZER in ſcenam prodibat: *Ueber die Anſteckung beſonders der Pocken, In einer Beurtheilung der neuen Hofmanniſchen Pockentheorie, von D.* IOHANN AVGVST VNZER — *Leipzig*, 1778. 8. C. L. HOFFMANN *beantwortet die Einwürfe, welche Hr. D.* I. A. VNZER *über die Anſteckung beſonders der Pocken in einer Beurtheilung der neuen Hofmanniſchen Pockentheorie geliefert hat. Münſter*, 1782. 8. IOH. AVG. VNZERS *Vertheidigung ſeiner Einwürfe gegen die Pockentheorie des Hrn. Geh. Raths* HOFMANN. *Leipzig.* 1783. 8.

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXVI. p. 577.

**) *Allg. d. Bibl. B. LXXI. St. II. S.* 410.

tibus vbique additis. Halitus foetens, interdum vnicum ſignum morbum praenuncians, ab vno eodemque cum febre varioloſa fomite pendens. Primum apparens variola ſub ſpecie puncti rubri, morſurae pulicis ſimilis, ſed abſque ſtigmate in medio; in hoc tactus tuberculum durum diſtinguit, futurae puſtulae prodromum, quod ſi abſit, efflorescentia cutanea rurſus diſparet. Felix, at rarus, morbi exitus puſtulis ante ſuppurationem euaneſcentibus, probe diſcernendis a retrocedentibus, nimirum febre, virium proſtratione aliisque ſymptomatibus abſentibus. Cicatrices oriuntur, ſi, cruſta decidente, ſubiacens cutis nondum conſolidata fuerit; eoque profundiores, quo frequentius cruſta formata fuerit: a cruſta prima nullae vnquam enaſcuntur. Singulis ſtadiis morbum vel ſanitate vel (excepto ſtadio praeparationis) morte terminari poſſe, exemplis adductis probatur: prius ſi in ſtadio praeparationis contigerit, inoculatione etiam poſtea incaſſum tentata, fieri potuit, vt eiusmodi ſubiectum a variolis per totam vitam immune creditum ſit. Conuulſiones eruptionem antecedentes, variolis naturalibus frequentiores quam artificialibus, non plane negligendae, ſiquidem nonnunquam morte terminantur, nonnunquam graves morbos relinquunt. Variolas ſanguineas in propria praxi nunquam obſeruauit Ill. Auctor. Grauida vndecimo a morbi initio die angina mortua, fetus ſeptimeſtris viuus exſectus eſt, ſed breui poſt mortuus. In duobus infantibus inſitis nonniſi initium febris eruptionis totum morbum abſoluit, ſolummodo puſtula inſitionis periodos conſuetas percurrente: alius tamen inſitionem repudians, ab iiſdem infectus variolas naturales ſubiit, quarum pure prius dicti rurſus inoculati ſunt, ſed effectu nullo. Inſitionem Ill. Auctor punctura peragit ope lanceolae, quam acu commodiorem inuenit; ſi pus vtrique in-

ſtrumento rubiginem contraxit, illud inefficax eſt. De inoculatione per fila et ſiccatas puſtulas in prima parte iam diſſeruit. Aliam methodum inoculationis per fila ſibi in mentem veniſſe, his ope acus inter cuticulam et cutim traiectis (eodem modo, quo exterae quaedam gentes vti ſolent*)). Inoculatio per veſicatorium vlceribus generandis fauet; pus goſſypio exceptum vel cuti affrictum non adeo certe inficit; certius, ſi emplaſtro vel veſica obtegitur, ſed tunc facilis inflammatio. Inciſio maior vlcera foeda producit. Locus in humero opportunior quam inter pollicem et indicem; in vltimo loco bis inflammationem et cariem oſſium enatam vidit. Minus etiam opportuna inſitio in pedibus, accedente etiam glandularum inguinalium inflammatione. Medicus quidam fama illuſtris infanti proprio turundam puro impraegnatam naribus immiſit: naſus et facies inflammabantur, ſubſequente ſub febre eruptionis morte. Ad materiam inſitioni aptam obtinendam ſufficit puſtulas parua inciſione aperire, lymphamque pellucidam, non pus ipſum, excipere; haec ex veſiculis altero poſt eruptionem die obtineri poteſt, item ex humiditate loci inſitionis inde a fine ſtadii praeparationis per quatuor ſubſequentia ſtadia. Puſtulae inſitionis, regionis inſitionis, puſtularumque localium ſiue earum, quae in regione inſitionis propullulant, mutationes et decurſus. Inoculatio pluribus in locis ſuſcepta nullum in morbum influxum habet. Puſtula inſitionis abſque periculo plerumque nigreſcit et in vlcuſculum fonticulo ſimile tranſit, nonniſi exſiccatis reliqui corporis variolis ſanationem admiſſurum. Pus corruptum ad inoculationem adhibitum mala localia, inflammationes, vlcera foetida cet. producit, morbo tamen varioloſo ipſo non peiore reddito: ſin autem miaſma ex eiuſmodi

puro

*) vid. Comm. noſtr. Vol. IV. p. 142. et Vol. VI. p. 322.

pure iam exhalauerit, eadem quidem damna, imo gangraena morsque ipsa, producuntur, neutiquam autem variolae. Praesagia ex consideratione regionis insitionis ratione morbi futuri. De variolis spuriis: secundum ea, quae Ill. Auctori ipsi in praxi obvenerunt, tres earum species constituit, aquosas seu lymphaticas, duras seu acuminatas (*Steinpocken*), et innominatas. Variolae aquosae distinguuntur a veris absentia vel breuiore duratione (non vltra triginta sex horas) febris eruptionis, halitusque foetidi; celeritate eruptionis et exsiccationis variolarum; absentia veri puris, licet nonnunquam vna vel altera illud offerat adeoque cicatrices relinquat. Durae veris multo similiores sunt: differunt tamen absentia halitus foetidi, humiditate tertio die post eruptionem exsudante, duritie sub maturatione subsistente, quae ipsi disruptioni per compressionem tentatae resistit, et pruritu sub exsiccatione, ita vt infantes eas plerumque decerpant, sanguine inde profluente, sed nulla cicatrice relicta, quod tamen in cute minus sana fieri quoque posse non negatur. Tertiam speciem variolarum spuriarum peculiari nomine designare nequit Ill. Auctor, ideoque eas innominatas dicit: febris in iis modica; halitus foetor nullus; die secundo vel ad summum tertio exanthemata veris simillima, sed celerioris incrementi, et iam tertio ab eruptione die suppurantia, succedentibus interim inter priora aliis pariter inflammatis, aft non in suppurationem abeuntibus, sed vna cum prioribus siccatis; quae suppurant, non circulo rubro, sed macula rubra figurae irregularis ambitusque largi cinguntur; figura minor est quam verarum, basis rubra, pus tantum in apice; foetor non specificus, qualis in veris; suppurationis stadium trium circiter dierum; siccatio celerior quam in veris, quadraginta octo circiter horis absoluta. Omnes has species interdum

pro veris habitas fuiſſe, indeque opinionem variolarum recurrentium magis inualuiſſe. De diagnoſi variolarum verarum ex ſignis eſſentialibus et accidentalibus. Sub febre eruptionis ſolus halitus foetens; altero eruptionis die veſicula in medio puſtularum erumpentium, characteriſticum TISSOTO ſignum, et poſtea foueola in puſtula conſpicua (quod tamen ſignum vniuerſale non eſt); in ſuppurationis ſtadio, praeter ſigna anamneſtica, abſentia madoris in variolis duris deprehendendi. Signa accidentalia; infectio per variolas veras; febris, febri eruptionis ſimilis; praegreſſum cum varioloſis commercium, aut commoratio in loco infecto. Ad eruendam certitudinem, veraene fuerint variolae nec ne, ſola inoculatio. Nullum exiſtere exemplum variolarum verarum altera vice reuerſarum, ſiue priores naturales fuerint, ſiue artificiales, et medicos magni adeo nominis, vti b. DE HAEN, in ferendo de iis iudicio deceptos fuiſſe.

Sectio II. Pathologia morbi varioloſi. Multa hic ex parte prima eiusque appendice repetuntur atque vlterius illuſtrantur ad refutandas Cl. VNZERI obiectiones.

1. *De glandulis varioloſis.* Si variolae ſuppuranti cuticula demitur, in conſpectum prodit particula cutis ſeu globulus ſuper reliquam cutim eminens: inter hoc corpus et cuticulam haeret pus, facta etiam in cuticulam iterata inciſione rurſus colligendum, quod autem amplius non fit, corpore hoc deſtructo v. c. per traiectum filum. Ergo corpus hoc eſt glandula, pus ſeparans; in principio, quum efflorescit, inflammata, ſub maturatione vero ſuppurata. His reſpondent obſeruationes Cl. COTTVNNII *), quas ideo

*) De ſedibus variolarum ſyntagma, Vienn. 1771. & indicatum in Comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 411.

ideo Ill. Auctor appendici partis primae vna eum tabula aeri inciſa inſeruit. Inſitio docet, glandulis his maxima in copia ſibi proxime adiacentibus totam externam corporis ſuperficiem obſitam eſſe: vlterius tamen non extenduntur, quam ad anteriora narium internarum et interiora oris. In partibus interioribus, quicquid dixerint alii, nunquam inuentae ſunt. (In tranſitu etiam monetur, illum morbum exanthematicum, quem in ouibus et leporibus variolas dicere ſolent, in partibus internis non exiſtere, ſed in leporibus tantum hydatides inueniri.) Exemplum, vbi glandulae meſenterii ſuppuratae, aliudque, vbi aphthae pro variolis habitae ſunt. Dubium quoque eſt exemplum a COTTVNNIO allegatum variolarum in bronchiis repertarum, quum anatomicae earumdem diſquiſitionis mentionem non fecerit, neque vnquam in aliis locis internis eaſdem conſpexerit. Veſicula in medio puſtulae erumpentis ſe oſtendens eſt ductus excretorius glandulae, orificio ſuo occluſus vel coalitus, qui quamdiu cum cuticula cohaeret, foueolam ſeu vmbilicum efformat, ab eadem vero ſeparatus eleuationem variolae et effuſionem puris inter cuticulam et glandulam efficit: inde etiam repletio variolae pure per inciſionem emiſſo patet. In ſtatu ſano ductus hic excretorius perſpirationem cutaneam iuuat.

2. *De pure varioloſo.* Omnes corporis humores ſibi ipſis relicti odorem ſibi proprium maiori gradu acquirunt, acidum alii, alii putridum: poſteriorum alii, ſub debitis conditionibus in alios ad putredinem diſpoſitos agentes, horum corruptionem adiuuant, alii non; priores vere putridos, poſteriores ſpurie putridos vocat Ill. Auctor. Prioribus pus varioloſum accenſetur, quod non modo foetor cadaueroſus variolis demortuorum, ſed etiam experimenta probant, quibus ſanguis et caro puris varioloſi ope prius pu-

tredinem contraxerunt, quam ſponte euenturum fuiſſet. Quum ergo ſuis quodque humorum genus organis ſecernatur: pus eſt humor glandularum varioloſarum putridus redditus. Pulmones eum ſuſcipiunt, vtpote organon depurationi ſanguinis quam maxime dicatum. Non ergo generatur in ſanguine: neque reliqua organa excretoria cutis idem ſuſcipiunt.

3. *De contagio.* Ad corrumpendum humorem in glandula varioloſa retardatio eius, pari modo vt vrinae in veſica vrinaria *), requiritur: retardatio haec obſtructis et coalitis ductibus excretoriis glandularum efficitur, quae mutatio ab irritatione per acrimoniam proficiſcitur, conſtricto prius, et, niſi breui reſeretur, obliterato ſphincktere. In corporibus demortuis putredo ſola pus varioloſum gignere nequit: ſi enim variolae iam ante adfuerunt, deſtructae ſunt glandulae varioloſae; ſin minus, ductus excretorii earum obliterari non poſſunt. Vero ſimile eſt, ſi humor glandularum varioloſarum eodem modo, quo alii humores in corpore ſecreti, obtineri poſſet, eum in vitro occluſo aeque corrumpi et contagioſum reddi poſſe, ac ſanguinem in PRINGLII experimento **). Quouſque gradus putredinis et contagii in loco clauſo augeri, et quamdiu hoc efficacitatem ſuam ſeruare poſſit, docet notum illud exemplum contagii in Anglia aperto loculo hominis, qui ante triginta annos variolis occubuerat, per plures vicos ſparſi. Obſtructo licet ductu excretorio glandulae, ſecretio tamen in ea non niſi vaſe ſecretorio coalito tollitur, neque reſorptio per venas: hinc regreſſus puris in ſanguinem, febris eruptionis, exhalatio illius per pulmones.

4. *De*

*) BOERHAAVE El. Chem. T. II. Proc. 92.

**) vid. Comm. noſtr. Vol. II. p. 402.

4. *De puris geniti effectibus in corporibus variolosorum.* Consideratio mutationum protinus ab insitione ad infectionis naturalis phaenomena declaranda viam pandit. Repetuntur ea, quae Ill. Auctor alibi, vt nuper vidimus, de inflammatione stabiliuit, et ad ortum variolae insitionis, aut, quum sub operatione glandula varioloſa vel discissa vel pure acriore arroſa fuerit, vlceris inde nati applicantur. Rubor in regione insitionis a miasmate ex loco insitionis in viciniam sese expandente, glandulas varioloſas irritante, inflammationisque gradum aliquem excitante; dispārens, si minor sit irritatio. Variolarum localium origo ex iisdem causſis. Dolor in glandulis subaxillaribus, vel insitione in pede facta, inguinalibus, a corrupto glandularum varioloſarum humore vasis lymphaticis excepto: cur vero idem saepe rursus euanescat, humore tamen successu temporis maiorem acrimoniam adepto, Ill. Auctor lectoribus indagandum relinquit. Halitus foetens a resorpto ex glandulis varioloſis humore acri, in pulmonibus iterum ex sanguine secreto et in vapores mutato, tunc demum contagioſo, quum humor in glandulis ipſis ad eum gradum corruptionis euectus est, qui contagium communicare valeat. Sub eadem conditione etiam contagium per cutim existit. Vtrumque nonnisi vno demum vel altero die ante febrim eruptionis euenit. Inde patet, insitionem pluribus in locis factam eruptionem non accelerare. Transitus ex iam dictis ad variolas naturales. Incredibile est, quam parum contagii sufficiat ad corpus inficiendum, quod hic exemplo hominis probatur, qui illud in conclauī susceپit, in quo aegra decubuerat, ante plus quam quatuor hebdomades repurgato depuratoque. Contagii per inhalationem et miasmatis saliuae admixtionem possibilitas non negatur, licet hi modi non semper necessarii sint. Contagii etiam tantam quantita-

tem ab vna glandula ſuſcipi poſſe, quanta ſufficiat ad inflammationem protinus, vt in inſitione, excitandam, probant variolae ſic dictae matres (*Mutterpocken*), ſolito maiores, ante febrem eruptionis apparentes. An primo contagio vna vel plures glandulae afficiantur, dubium: plerumque prius fieri, probabilius. Infectio continuata glandularum plurium eodem modo, vti poſt inſitionem. Corruptio poſt infectionem vniuerſalem celerior, quam ante eam. Febris eruptionis ortus ab aucta quantitate et acrimonia humoris glandularum varioloſarum affecti, in ſanguinem regurgitantis. Si vaſa ſecretoria ductusque excretorii glandularum prius coaleſcant, quam humor in iis ſtagnans acrior reddi inflammationemque producere poſſit, variola non enaſcitur: quia etiam priori in caſu nulla ſecretio amplius fit, neceſſario inde refluxus in ſanguinem ideoque febris eruptionis ceſſat. Quintuplici igitur modo glandulae varioloſae mutationem ſubire poſſunt: vel omnes ac ſingulae coaleſcunt, nulla inflammata (febris varioloſa abſque variolis); vel pleraeque coaleſcunt, vna tantum et altera inflammata; vel pauciores coaleſcunt, plures inflammantur; vel numerus inflammatarum numerum coaleſcentium multo magis ſuperat (variolae concretae et confluentes); vel denique omnes inflammantur, nullis coaleſcentibus: vltimum caſum nunquam vidit Ill. Auctor, eumque rariſſimum, et, ſi vnquam exiſtat, febre eruptionis mox ab initio nimis aucta breui exitialem futurum putat. Exitus inflammationis idem ac aliorum inflammationis generum: inde diſtinctio inter variolas euaneſcentes, ſuppurantes, ſphaceloſas, verrucoſas. Euaneſcunt variolae, ſi durante adhuc inflammatione ductus excretorii glandularum coaleſcunt, quod ſaepius accideret, niſi aucta perpetuo acrimonia hoc impediret: coalitionem vero partium ſub ipſa inflamma-

flammatione fieri poſſe, docet concretio pulmonis cum pleura durante pleuritide. Pus eiuſdem originis eſt, ac pus aliarum partium inflammatarum (repetuntur ea, quae in commentario de inflammatione tradita ſunt). Variolas nonnullas ante perfectam puris maturationem ſicceſcere, ex coalitu vaſorum ſecernentium ductuumque excretoriorum, ſublato inde affluxu humorum ad glandulam inflammatam, patet. Tardius hoc contingit, quum perfectam maturitatem adipiſcuntur variolae: tuncque marceſcunt, ſiccantur, et in cruſtis decidunt, ſub quibus ſi cutis nondum conualuit, glandulae varioloſae plus minus arroduntur ac in grauiore caſu tandem cum notabili cutis particula conſumuntur. Variolarum ſphaceloſarum et verrucoſarum ſiue ſcirrhoſarum conſiderationem parti practicae reſeruat Ill. Auctor, id tantum monens, poſteriores ſemper lethales eſſe, niſi demum in ſuppurationem, foediſſimas cicatrices relicturam, abeant. Demonſtratio impoſſibilitatis variolarum redeuntium ex coalitu ſeu deſtructione glandularum varioloſarum: eas de nouo gigni poſſe, oeconomiae corporis noſtri contrarium. Obiectio variolarum ab immediato contactu ſecunda vice excitatarum id tantum probat, glandulam coalitam a pure acri applicato inflammari poſſe: ſed in ea ipſa contagium non amplius praeparari reſorptionique febrem excitaturae, velut in morbo varioloſo, aptum reddi poteſt. Magnitudo morbi varioloſi a maiore gradu et longiore duratione febris eruptionis pendet, et haec a minore copia glandularum coaleſcentium temporisque ſpatio longiore, quo haec perficitur: et ſic etiam vice verſa. Quicquid ergo coalitionem hanc iuuare poterit, febrem eruptionis ipſumque morbum mitiorem reddet. Febris haec, variolis copioſius enatis, vel tantum miteſcit, vel perdurat: ſuppuratoria a maiore copia puris ſuppura-

tione acrioris facti ad sanguinem regrediente oritur. Symptomata eius, v. c. angina, parti practicae reservantur. Iam ad eruendam caussam, cur in vno subiecto citius, in alio tardius contingat ista coalitio? prius considerationem acrimoniae humorum praemittit Ill. Auctor, eamque ponit in aucta vi, solo contactu adeo agendi in solida, in quibus statu sano continentur, vt inde morbus partis, in quam agunt, sequatur; augmentum istud ab acquisita maiori propensione in corruptionem physicam, ergo a solutione, non ab indole mechanica, vti BOERHAAVIVS aliique statuerunt, proficiscitur. Inde patet, vti omnes corporis humores, sic praecipue humorem glandularum varioloſarum, quo magis a naturali blanda indole recedat, eo magis illarum coalitioni fauere, et vice versa. Vt igitur morbus, quantum fieri possit, mitior reddatur, ad duo respiciendum est medico: nimirum vt corruptionem humoris glandularum varioloſarum rite imminuat, et ipsum corruptum, quantum fieri possit, remoueat. Vtrumque autem quibus auxiliis praestandum sit, pars practica docebit.

X.

Instruzione intorno alla malattia convulsiva denominata Tetanos. In Verona. MDCCLXXXIX. Per gli eredi di Marco Moroni. 8. mai. pagg. 91. praef. pagg. 6.

i. e.

Instructio super morbo conuulsiuo, qui Tetanus dicitur.

Eadem instructio, quae ante aliquot annos gallico idiomate prodiit, hic Cl. CARRERE adscripta, et quum hic morbus subinde etiam in Italia, praecipue in regionibus montosis, obseruetur, in italicam linguam

guam verſa. Cuius quum verſionem germanicam (praeter quam etiam hiſpanicam exiſtere, hic edocemur) olim indicauerimus *), nihil hic addendum arbitramur.

XI.

Fragmenta ſemiologiae obſtetriciae, quae conſenſu gratioſi medicorum ordinis pro gradu doctoris medicinae die XXVI. Ianuar. MDCCXC publice defendet auctor FRIDERICVS GVILIELMVS VOIGTEL, Magdeburgenſis. Accedunt tabulae ſex aeneae. Halae. typis Franckianis. 4. pagg. 80. abſque dedicatione et claſſium conſpectu.

Libellum multifaria eruditione refertum Cl. Auctor, dignus Cl. MECKELII diſcipulus, in quatuor ſectiones diuiſit. Prima ſemiologiae medicae et obſtetriciae notionem, huiusque ambitum, difficultatem, inſtituendae methodum, et dignitatem ſiſtit. Ad ſemiologiam obſtetriciam phyſiologicam pertinent 1. Semiologia genitalium mollium et mammarum adultae in ſtatu pubertatis, virginitatis integerrimae, coitus perpeſſi, poſt abortum aut partum praegreſſum; 2. ſigna peluis bene conformatae femineae; 3. ſigna conceptionis; 4. ſigna grauiditatis verae, vterinae, eiusque periodorum; 5. ſigna fetus viui ante et ſub partum; 6. dolorum ſigna diſtinctiua; 7. ſigna partus naturalis, perfecti; appropinquantis et inſtantis, eiusque temporum; 8. ſigna fetus perfecti, maturi, ſani; 9. ſigna bonae nutricis; 10. ſigna ſtatus naturalis puerperae. Semiologia obſtetricia pathologica ſiſtit 1. ſemiologiam partium genitalium mollium morboſarum extra grauiditatem, grauiditatis tempore, ſub partum et poſt eum; 2. pel-

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXX. p. 635.

2. peluis vitiatae signa, seu totius, seu quarumdam eius partium; 3. signa sterilitatis; 4. grauiditatis spuriae signa; 5. grauiditatis verae, at extrauterinae, signa diagnostica; 6. signa fetus mortui grauiditatis tempore, sub ipsum partum, post eum; 7. signa abortus instantis; 8. signa partus praematuri; 9. signa partus serotini; 10. signa dolorum spuriorum; 11. signa generaliora partus non naturalis, anomali; 12. specialiora praecipuarum illius caussarum: vel in matre a morbo locali aut vniuersali, vel a partibus inter fetum et matrem vitiatis, vel ab incauta et imperita manu, vel a fetu male conformato, numero excedente, peruerse sito; 13. signa puerperii morbosi; 14. signa morborum neonatorum. Vsitatissimum medium signa diagnostica sensibus assequendi est exploratio cum externa seu abdominalis, tum interna seu vterina, quam nunc vlterius pertractat Cl. Auctor, quem in finem, qua ratione, et sub quibus situs feminarum modis fiat, ostendens. Inter explorationem dolores ad partum excitari posse modo simplicissimo, pressione in ligamenta sacro-ischiadica, ex Cl. MECKELII versione BAUDELOCQUII.

p. 24. Sectio secunda partus non naturalis diuisiones secundum eius caussas, deque diagnosi situs praeternaturalis fetus quaedam in genere exponit. Caussae sunt 1. in matre: vitia organica et morbi locales genitalium, peluis, labiorum vuluae, vaginae, orificii vterini, ipsius vteri; vel morbi dispositionesque vniversales, aut partium magis vel minus in partus actu adiuuantium; 2. in partibus, quae nexum faciunt inter matrem et fetum: funiculi vmbilicalis vitia, placentae situs praeternaturalis, membranae a statu naturali aberrantes, aquarum quantitas peccans nimisque praecox effluxus; 3. in obstetricum vitiis omissionis vel commissionis; 4. in fetu: ex mala eius partiumque ipsius proportione et conformatione, siue sint

aberra-

aberrationes totius a ſtatu naturali, ſiue ſingularum partium difformitates; ob numerum inſolitum; ob ſitum peruerſum extra vterum, vel in hoc ipſo. Vltimum momentum ſpeciminis loco vberius exponendum ſibi ſumſit Cl. Auctor, praemonitis quibuſdam de acquirenda ope explorationis cognitione partium praeuiarum ferendoque inde iudicio de ſitu partium latentium.

Tertia igitur ſectio de diagnoſi partuum praeter- p. 35.
naturalium ſecundum eorum claſſes, ordines, genera et ſpecies agit, praemiſſis ſignis generalioribus partus praeternaturalis. Diuiſionem, quam tabulae adiunctae mirifice illuſtrant, hanc conſtituit Cl. Auctor, a nobis nunc, omiſſis ſpeciebus, repetendam.

Claſſis I. Situs praeternaturales *ſimplices*, in quibus eiuſdem generis partes fetus ad orificium vteri conuerſae.

Ordo I. Capitis ſitus praeternaturales.
Genus I. Situs faciales.
II. Situs occipitales.
III. Capitis latus dextrum praeuium.
IV. Capitis latus ſiniſtrum.
V. Situs verticales.

Ordo II. Collum ad os vteri conuerſum.
Genus I. Facies colli anterior.
II. Nucha et ceruix.
III. Colli latus dextrum.
IV. Colli latus ſiniſtrum.

Ordo III. Trunci pars ſuperior praeuia.
Genus I. Pectus.
II. Dorſum.
III. Humerus dexter.
IV. Humerus ſiniſter.

Ordo IV. Trunci pars media ad vteri oſtium conuerſa.
Genus I. Abdomen delapſum.

Genus

Genus II. Regio lumbaris praeuia.
III. Regio iliaca dextra.
IV. Regio iliaca finiſtra.
Ordo V. Situs praeternaturalis ob trunci partem inferiorem praeuiam.
Genus I. Regio pubis et facies anterior femorum obiacentes.
II. Nates ad os vteri conuerſae.
III. Regio iſchiadica dextra praeuia, ſeu partus natium imperfecti genus primum.
IV. Regio iſchiadica finiſtra praeuia, ſeu partus natium imperfecti genus alterum.
Ordo VI. Partus extremitatum inferiorum perfecti et imperfecti.
Genus I. Vtrumque genu praeuium.
II. Vtrumque crus facie poſteriori, ſeu poplites et calces ad orificium vteri conuerſi.
III. Partus agripparum perfecti.
IV. Genu alterutrum delapſum.
V. Facies poſterior cruris alterius, vel regione poplitea, vel ſura, vel calce ad os vteri conuerſis.
VI. Partus agripparum imperfecti.
Ordo VII. Extremitatum ſuperiorum vel vtraque vel ſingulae delapſae.
Genus I. Vtraque protuberantia cubiti a pectore delapſa.
II. Protuberantiae cubiti a dorſo prominentes.
III. Vtraque manus a pectore prolapſa.
IV. Vtraque manus a dorſo prolapſa.
V. Alteruter cubitus e latere propendens.
VI. Alterutra manus e latere propendens.

Ordo

Ordo VIII. Extremitates decuſſatim propendentes.
Genus I. Genua decuſſatim ad os vteri conuerſa.
II. Pedes decuſſatim propendentes.
III. Manus ſuper pectus decuſſatae praeviae.
IV. Manus e dorſo decuſſatim prolapſae.
Subiunguntur huic claſſi velamenta, funiculus vmbilicalis et placenta praeuia.

Claſſis II. Situs praeternaturales *compoſiti* et *mixti*, in quibus vel vnius fetus partes diuerſi generis, vel plurium variae partes ſimul praeuiae.

A. Vnius fetus.

Ordo I. Capitis pars quaedam, cum funiculo, vna vel altera extremitate ſuperiori aut inferiori, vtraque alterutrarum, funiculo et alterutra extremitate ſuperiori aut inferiori, vna extremitate ſuperiori et inferiori, ternis, quaternis, aut omnibus quinque partibus.
– II. Trunci pars praeuia, ſimili modo.
– III. Genua et pedes vel ſingulatim vel coniunctim, aut vnum genu, aut vtrumque, aut pes alter vel vterque, diuerſa itidem coniunctione.

B. Plurium fetuum.

– IV. Caput vnius vario modo parte praeuium, cum alius fetus hac vel illa aut pluribus partibus.
– V. Trunci pars quaedam fetus alterius, pari ratione.
– VI. Alterius extremitates et funiculus vel ſingulatim vel coniunctim cum alterius hac vel illa pluribusue partibus.

Signa diagnoſtica in prima claſſe ſollicite vbique expoſuit, in ſecunda claſſe ex prioribus ſponte patentia.

Sectio

p. 54. Sectio quarta de nonnullis impedimentis et difficultatibus diagnoſis in arte obſtetricia agit, a parte matris ſunt vitia peluis, labiorum, vaginae, vteri eiusque orificii: a parte adnexarum fetui partium, membranarum craſſities, liquoris amnii abundantia, placentae in loco inſolito adhaeſio: a parte fetus, praeter aberrationem a ſtructura naturali, facilitas ſitum mutandi, quae in fetu mortuo ob maiorem mollitiem flacciditatemque maior eſſet ſolet; cuius rei exemplum ſatis inſigne ſub auſpiciis Cl. MECKELII obſervatum hic adducitur; contorſiones aliaeque deſtructiones artuum prolapſorum, tumores varii ſub diuturno partu enati, oſſa cranii ſibi impoſita, partes plurium fetuum ſimul prolapſae, e. ſ. p. Aberrat a ſtructura naturali fetus vel exceſſu, vel defectu, vel ſitu partium peruerſo ac mutato, vel fabrica aliena: ſingulorum exempla in capite, trunco et extremitatibus adducuntur. Fetus coaliti vel integri gemelli, vel integer cum parte alterius, vel ex pluribus compoſiti, quorum tamen exempla dubia pronunciantur. Sub finem quaedam de fetibus in vtero iiſdem, quibus matres, morbis affectis, vbi memoratur fetus in muſeo Cl. MECKELII ſeruatus, legitimo fere tempore excluſus, ſed mox poſt partum mortuus, variolis a matre communicatis in vtero affectus, et facie tumida truncoque partim recentes variolarum cicatrices, partim inſidentes adhuc eſcharas paſſim offerens.

p. 73. Accedimus ad figurarum explanationem, quae aberrationes quaſdam a ſtatu naturali fetuum ſiſtunt, partim ab Ill. viris SELLE et MECKELIO, partim ab Auctoris Cl. patruo, medico Islebienſi, communicatas. Tab. I. Compages oſſium hydrocephali interni ex infante recens nato. Os bregmatis ſiniſtrum in duo triangula diuiſum, magna interſtitia membranacea inter has diuiſuras osque frontis ac bregmatis ſiniſtrum

ſtrum, multoque inſigniora in parte poſteriori in ſutura ſagittali et lambdoidea, ita vt fontanellae minoris et lateralis omnis ſpecies euanuerit; in his membranis multa oſſicula diuerſae magnitudinis et cohaeſionis.

Tab. II. Fig. I. Cranium fetus perfecti, fontanella magna oſſe Wormiano perfecte occluſa. Fig. II. Fetus ſexus (vti duo ſequentes) ſequioris, octo circiter menſium, cranio, cerebro et cerebello deſtitutus, cum ſpina bifida ad tertiam dorſi vetebram decurrente, ceterum bene formatus, matre ſana; liquor amnii in hoc et ſequentibus naturalis. Margo cutaneus in vtroque latere a nucha (collo fere nullo) incipiens et ſupra verticem vſque protenſus, pilis hirſutus; aures a capite multum diſtantes eiusque anteriora occupantes; bulbus oculi dextri ex orbita quaſi protruſus, aeque ac ſiniſtri ſuperciliis carens; baſis cranii, variis protuberantiis conſpicua, obtecta tenui, molli, fuſca et pulpoſa membrana, marginis cutanei productione, quae ſuper vertebrarum colli corpora nuda vſque ad tertiae dorſi interſtitium continuatur, in qua etiam initium canalis medullae ſpinalis conſpicitur.

Tab. III. Fig. I. Fetus alius octimeſtris, qui aeque ac antecedens vitae aliqua ſigna edidit. Cranii pars ſuperior membranacea et oſſea, cerebrum, cerebellum, medullae ſpinalis pars ſuperior, prorſus abſunt. Spinae bifidae ad vertebras lumborum vſque progreſſus. Collum breuiſſimum, aures humeris innixae. Membrana pulpoſa, marginis cutanei continuatio, tumorem fungoſum omnem cranii baſin obducentem conſtituit; in hac vtrinque foramen ad duas lineas penetrans ad protuberantiam lateralem, quae pars petroſa oſſis temporum eſſe videtur. Filamenta ex membrana, baſin cranii obducente, producta inter ſpinae bifidae partes laterales in dorſo decurre-

runt. Fig. II. Fetus ſeptimeſtris, anteriòris cranii partis maiore quam in ſuperioribus fetubus ſuperſtite, ſed cerebro, cerebello, theca cranii magnaque integumentorum communium parte deſtitutus, ſpina bifida vſque ad orificium ani decurrente; tumor pulpoſus omne reliquum baſeos cranii obtegens; proceſſuum ſpinoſorum vertebrarum radices nullae; neque inter illas filamenta, vti in priori fetu.

Tab. IV. Cranium oſſium acephali ſpurii maturi cum palato et proceſſu alueolari maxillae ſuperioris fiſſis, oſſibus naſi deficientibus, hincque proceſſibus naſalibus maxillae ſuperioris diſtantibus; parte orbitaria oſſis frontis in duas portiones laterales diuiſa.

Tab. V. Fetus octo menſium et quod excurrit, cum vitae ſignis quibuſdam in lucem editus, ſine genitalium et ani vllo veſtigio, pectore valde deformi, depreſſo, praeter thymum et extremitatem ſuperiorem pulmonis ſiniſtri nihil continente; ſacco hernioſo inſignis magnitudinis, pedimento ab integumentis communibus formato in dextro latere cartilaginis enſiformis adhaerente, pleraque abdominis et thoracis viſcera continente, ita vt verſus medium margo acutus hepatis, inferius gyri inteſtinorum pellucerent; funiculi vmbilicalis parte pone eumdem conſpicua; poſterius ſacco cutaneo pone femur ſiniſtrum dependente, lympha repleto, quo aperto ſpina bifida, foramine ouali definita, conſpiciebatur.

Tab. VI. Fetus ſeptem, vt videtur, menſium, capite, collo, brachiis, pectore, corde, pulmonibus, imo omnibus pectoris et abdominis contentis, praeter renem ſiniſtrum cum glandula ſuprarenali et particulam inteſtinorum, deſtitutus: loco manus dextrae maſſa mollis carnoſo-adipoſa, plicis et protuberantiis inaequalis, binis appendiculis, digitis haud abſimilibus, quarum altera vngue inſtructa erat, altera eo carebat; plica in coniunctione huius maſſa cum

alia

alia maſſa molli deformi, oſſibus prorſus deſtituta, brachium et antibrachium referente (in icone hae duae maſſae ſimilitudinem brachii chirotheca veſtiti habent); tumor adipoſo-carnoſus, mammae ad inſtar hypochondrium dextrum occupans, huicque ſimilis, at maior, in latere ſiniſtro cum proceſſu cutaneo papilliformis. Inciſis his prodiit cauitas ſuperius coſtis abſque ſterno, inferius muſculis abdominalibus imperfectis definita: in latere ſiniſtro ren cum glandula ſuprarenali, in dextra maſſa fungoſo-carnea, in medio ſaccus membranaceus, inteſtinorum partem ad orificium ani vſque progredientem et funiculum vmbilicalem continens, cum apertura ad eiuſdem inſertionem. Infimi ventris ſedes vacua. Oſſa femoris et peluis adſunt: femur dextrum ſiniſtro craſſius; genu ſiniſtrum cum magno tumore, plica profunda cutanea diſtinctum (cui plures ſimiles in ſuperficie externa corporis exſtant); patella nulla; crus ſiniſtrum dextro longius, inque eius anteriori ac inferiori parte proceſſus cutaneus; pes ſiniſter deformis cum duobus appendicibus digitorum ad inſtar; tarſi et metatarſi oſſa nonnulla, digitorum nulla; vngues in vtroque appendice. Femur dextrum cum ſimili, vt ſiniſtrum, tumore; crus ſitu plane horizontali, aeque ac ſiniſtrum oſſibus inſtructum; dextri pedis planta ſiniſtra multo perfectior, cum digitorum (vt ex icone apparet) veſtigiis. Proceſſus cutaneus, ſeſquipollicem longus, prope orificium ani; hoc ipſum cum vulua et praeputio clitoridis conſpicuum.

XII.

PETRI CAMPER diſſertatio de ſtructura patellae et olecrani, figuris illuſtrata. Hagae Comitum, apud Iſaacum van Cleef, MDCCLXXXIX. 4. mai. pagg. 75. tab. aeri inciſae 2.

Vltimum hoc b. Auctoris opus ingraueſcente iam morbo demum ad finem perductum eſt: editor eius, ADRIANVS GILLES CAMPER, defuncti filius, proxime ſe catalogum relictorum operum manuſcriptorum publici iuris facturum pollicetur, quae auide certe a quouis exſpectatum iri perſuaſi ſumus, acriter ſimul dolentes de deſcriptione oſſium morboſorum muſei ipſius, ne inchoata quidem, deſperandum
p. 23. nunc eſſe, licet vel hoc ipſo opere b. Auctor eamdem pollicitus ſit.

De patellae fractura iam 1754. diſſertationem academicam Franequerae ediderat b. Auctor, cuius nunc, diſquiſitis iſtius laeſionis ſpeciebus in muſeis aeque ac hominibus viuis, diligentiusque explorata genu ſtructura, ſupplementa additis iconibus quibus-
p. 7. dam exhibet. Praemiſſa conſideratione anatomica ſubnexisque quibuſdam ex zootomia, et facta virium patellae computatione, docet, non a lapſu in terram diſrumpi vel frangi patellam aut eius tendines aut ligamentum, ſed lapſum ſequelam eſſe laeſionum
p. 15. iſtarum partium. Tenſoris vaginae femoris tendinem, ſuper condylum externum femoris et criſtam tibiae inſertum, a nullo anatomico memoratum eſſe, licet muſculi ipſius mentionem fecerint. Rumpitur ligamentum vel iuſto maiori extenſione ob nimis celerem actionem muſculorum genicularium, vel vehementi ictu ſub eadem extenſione. Eodem modo quoque patella ipſa, rarius vtraque ſimul, frequentius alternis vicibus. Fractura longitudinalis rariſſima: vnicum exemplum b. Auctori notum illud eſt, quod STALPART VAN DER WIEL reliquit. Exacte tranſuerſam fracturam nunquam vidit, ſed ſemper plus minus obliquam. Diſcrimen eſſentiale diuulſionis patellae per rupturam, et fracturae eiuſdem
p. 24. a percuſſione. Diagnoſis rupturae ex cauſſis praegreſſis, immobilitate cruris poſt lapſum, maximeque

os

ex hiatu inter fragmenta: difficilior rupturae tendinis muſculi recti et cruralis, ob intumeſcentiam protinus inſequentem (in tranſitu quaedam de fracturis oſſium non conferuentibus). Ligamenti patellae ruptura dignoſcitur ex adſcenſu patellae ad femur: ita etiam huius fractura a vi externa. Diagnoſis patellae in longitudinem fractae. Comminutio in plures partes, ob contuſionem et intumeſcentiam aegerrime cognoſcenda. Prognoſis apud varios auctores varia, partim quod non omnes propriis obſeruationibus vſi ſunt, partim quod non attendunt ad diuerſitatem temporis, quo claudicatio deſinat. Ruptura tendinis recti et cruralis minus periculoſa videtur, tendinibus vaſtorum integritatem ſeruantibus, crurisque actione a tenſore vaginae femoris adiuta. In viuis, quotcumque examinauit, nunquam conſpexit fragmenta coalita, ſed ſemper ad vnum vel duos pollices a ſe inuicem ſeparata, quaquauerſum mobilia, ſatis bono tamen inceſſu: ancyloſin patellae nunquam, licet ſatis frequentem cum femore, nulla praegreſſa patellae fractura. Exemplum rarum perfecte coalitae patellae transuerſim fractae cum paruo fragmento a parte interna, vna cum aliis fracturae exemplis etiam a Cl. SHELDONO iconibus, at iis minus exactis, expreſſum *). Duo alia patellarum, ex parte conferruminatarum, in quarum altera margo et ima ſuperficies carioſa quaſi reddita, probabiliter a luxuriante ſenſim callo. Ligamentoſae vnionis exemplum illuſtre, fragmentis ope membra-

p. 27.

p. 31.

 naceae

*) Eſſay on te fracture of the Patella; or Knee pan, with obſervations on the fracture of the olecranon. London, 1789. 8. Verſio germanica exſtat *in der neueſten Sammlung der neueſten und auserleſenſten Abhandlungen für Wundärzte. II. Stück. Leipzig.* 1790. 8. *m. K. S.* 1.

naceae concretionis ex tendinibus enatae, vltra duos pollices longae, inter se iunctis; aliudque, illo memorabilius adhuc, fragmentis ad quatuor pollices rhenanos distantibus. Tendineam eiusmodi concretionem sufficere, vt patella etiam fracta officio suo fungatur, fragmento inferiore solo patellae integrae vices gerente. Fractura patellae ab ictu, praecipue instrumentorum bellicorum ope, summe periculosa, eo magis, quo maior comminutio articuli-
p. 48. que ipsius destructio: an inde, exsudante ex partibus diffractis callo, ancylosis, dubium. Curatio rupturae patellae eiusque tendinum ac ligamenti, per tentandam concretionem tendineam genuque quietem eo respectu, vt tumor, dolorque sedetur, tendinumque reliquorum ruptura vlterior et destructio praecaueatur: fractura complicata, a violentia externa producta, amputationem tempestiuam postulat,
p. 53. antequam caries vel meliceris enascantur. Quietem nimium protractam rigiditas articuli insequitur. Specialiora curationis praecepta; fomenta variae indolis. Ex fasciis maxime laudanda ea, quae musculos geniculares modice comprimit. Pes altius collocandus, quam dorsum, non tamen recta linea extendendus, sed angulo facto cum coxae osse, vti pluribus Cl. SHELDONVS docet. Tumore, dolore, inflammatione sedatis, aeger surgat et scipionis aut alterius adiumento deambulet, donec restituto robore solus in-
p. 60. cedere queat. Simplicissimam hanc curandi rationem non, vti Cl. FLAIANI existimat *), nouam esse, sed iam ante complures annos WARNERO et POTTIO innotuisse. Fractura in tenuibus genu partibus auxiliis generalibus indiget: quiete diuturna, vt directe inter se concrescant fragmenta, et femur cum tibia, situ in linea recta seruato, ne obliqua cruris directio a musculis flexoribus inducta, quum geni-
culares

*) Vid. Comm. nostr. Vol. XXXI. p. 470.

eulares punctum fixum amiserint, incessum difficiliorem reddat.

In considerandа olecrani fractura prius eius com- p. 63.
parationem anatomicam cum patella instituit b. Auctor, posteaque duos, qui ipsi obuenere, casus enarrat, in quorum vtroque olecranon cum vlna non immediate, sed ope membranae coaluit, motu libero relicto: quare eodem, quo in patellae laesionibus, modo chirurgum agere debere monet, agglutinationem non moliendo, datumque iam a CELSO *) consilium sequendo.

XIII.

ANTONII IACOBI VAN DOEVEREN, medicinae Doctoris, obseruationes pathologico-anatomicae. Cum figuris. Lugduni Batauorum, apud Sam. et Ioh. Luchtmans, MDCCLXXXIX. 4. mai. pagg. 49. sine praef. tabulae aeri incisae 3.

Inauguralis est dissertatio digni paterni nominis haeredis, et vtique mutato titulo in publicum prodire digna. Tres continet obseruationes, quarum binas priores Cel. SANDIFORT Cl. Auctori communicauit, vltimam hic ipse conscripsit. Tabulae I. et II. obseruationem primam, III. vltimam egregie illustrant.

Obs. I. Cadauer feminae vsibus anatomicis destinatum, de cuius praegresso morbo mortisque ratione nihil innotuerat, nisi ipsam subito exspirasse, praeter incipientem ouarii dextri hydropem, spinae dorsi multiplicem incuruationem vertebrarumque quarumdam ancylosin, costarumque situm mutatum, obtulit ventriculum ingenti copia sanguinis partim fluidi, partim coagulati, qui et in duodenum transierat, plenum: vlteriore indagatione fons eius dete-

*) Libr. VIII. Cap. X. §. 4.

ctus eſt, eroſio oeſophagi et aortae, eo in loco, vbi ſibi inuicem adiacent, materia ichoroſa ad pulmonem ſiniſtrum progreſſa, ſub cuius membrana exteriore, ſeparata et tumidula, ſeſe effuderat. Vlcus admodum late per oeſophagum extendebatur, in aorta vltra duos pollices, aperturae marginibus craſſis a deſtructis tunicis exterioribus, interius fluctuantibus duabus lamellis, nonniſi exiguam fiſſuram ab impetu ſanguinis pendentem inter ſe offerentibus, a tunica interna relictis; ceterum aorta et oeſophagus ſana. Mutationem hanc morboſam praegreſſae inflammationi adſcribendam eſſe, admodum veriſimile videtur. Mitioris morbi exitus per ſuppurationem, licet omnino tarioris, dúo exempla enarrantur, alterum a Cl. BLEVLAND in ſe ipſo obſeruati. In praeſenti caſu pus exulcerato oeſophago per contextum celluloſum ad aortam tranſiiſſe, docet ſectio alius viri, in quo praeter deſtructum ferme totum pulmonem dextrum ab abſceſſu ſimili vlcus in oeſophago ad vicinam aortam progreſſum, hac tamen nondum prorſus penetrata, detectum fuit. Similem caſum nullibi conſignatum inuenit Cl. Auctor, quem enim Cl. DE SAUVAGES allegat *), potius ingenti aneuryſmati aortae, continuato inde in oeſophagum vlcere, quemadmodum alium a Cel. HVNTERO adductum **) ſimili aneuryſmati cum aſpera arteria communicanti, adſcribi debere docet.

Obſ. II. Femina iam a iuuentute de deglutitionis moleſtiis, accedente interdum vuulae elongatione, queſta, auctо ſenſim malo, glandulis colli et thyreoidea induratis, deglutitione demum prorſus impoſſibili, febre lenta, anxietate tuſſique moleſtiſſima cum ſputo ſanguinolento, amurcoſo, foetidiſſimo, 51. aetatis anno obiit. Sectione apparuere glandula in

*) Noſol. method. T. II. p. 298.

**) Medical Obſervations and Inquiries, Vol. VI. p. 23.

in latere dextro colli, vltimo vitae tempore diſparuiſſe viſa, nucis iuglandis magnitudine, iugulari internae firmiſſime accreta, mollior et materia amurcoſa, pultacea, granuloſa quaſi, plena; glandulae in inferiori colli regione induratae multumque tumefactae; thymus inſolitae magnitudinis, non tamen conſueto durior; glandula thyreoidea durior et tuberculata; oeſophagus ſuperius tactu durior, ibi vero, vbi dolorem et obſtaculum in depulſione alimentorum ſenſerat aegra, magis praecipue dextrorſum expanſus et tumidus, tunicis tenuiſſimis, quae vel leviter tactae materiam tuſſis ope reiectae ſimilem emittebant; ſuperficies eiuſdem interna eroſa, vlcere in pharynge ad cartilagines arytaenoideas extenſo; inferior cartilaginis cricoideae margo totus nudus, in ſubſtantiam oſſeam mutatus, et infra eum apertura ſurſum in laryngem penetrans; in parte membranacea arteriae aſperae duo foramina ad interiora ipſius penetrantia, per quae materies iſta, ſine dubio etiam potus et medicamenta, tranſierunt, vnde non tantum vaſa aerea, ſed ipſi quoque pulmones ſcatere eadem conſpiciebantur. Similis propemodum caſus enarratur a Cl. LE CAT, cuius olim paucis mentionem fecimus *), aliusque a Cl. BLEVLAND in libellis a nobis indicatis **), pulmonis dextri vbique, maxime vero in facco eius medium occupante, materia griſea, denſa atque grumoſa, lacti corrupto ſimili, repleti, et per aperturam marginibus ſcabris, valde inaequalibus et craſſis cum oeſophago communicantis, oeſophago inferius admodum contracto.

Obſ. III. Femina 59. aetatis annum agens, per triginta fere annos continuo queſta de dolore in epigaſtrio, ad viciniam etiam ſe extendente, variis

 modis

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XVI. p. 95.

**) Eorumd. Vol. XXVIII. p. 60. et Vol. XXXI. p. 547.

modis excruciata, demum ſubinde ſanguinem, ſaepiusque ſputa admodum tenacia cum ſanguine mixta ſummos inter dolores emittens, ab omnibus ingeſtis maximas anxietates perpeſſa, tandem ſymptomatibus auctis multoque ſanguine eiecto viribus exhauſta periit. Inteſtina liuida, coagulato ſanguine diſtenta; ventriculus in loco, ſolito depreſſiore, ad vmbilicum ſe extendens, multo itidem ſanguine grumoſo refertus: pancreas maxime induratum, fere cartilagineum, ſuperius cum ventriculo concretum parte circulari, in medio exulcerata, margine ventriculi calloſo; ſuperficies pancreatis eo in loco tuberculis inaequalis, foraminulis ex arteriae coeliacae ramo lienali hinc inde obſita, alio maiori ductus pancreatici orificium ſiſtente, qui altero fine duodeno inſerebatur; ceterum ventriculi ſuperficie interna parum mutata, niſi quod admodum rugoſa et vbique muco tenaci obducta eſſet. Quae huius vlceris origo fuerit, non conſtat. Filia huius feminae natu minor, de reliquo bene valens, ſaepe de ſimilibus ſymptomatibus ſenſuque grauitatis ac doloris in epigaſtrio, praecipue inſtantibus menſtruis, queritur, nonnunquam etiam ingeſta euomit, vnde metus naſcitur, ne eiuſdem mali initium adſit.

XV.

Oſſervazioni mediche e chirurgiche intorno alle faccoltà febbrifughe ed antiſettiche della corteccia dell' ippocaſtano raccolte da ANTONIO TVRRA medico-filoſofo, ſocio di molte accademie, ec. Vicenza. 1788. nella ſtamperia Turra. 8. mai. pagg. 110.

i. e.

Obſeruationes medicae et chirurgicae ſuper viribus febrifugis et antiſepticis corticis hippocaſtani, collectae ab ANTONIO TVRRA.

Qui

Qui olim iam ſuper viribus corticis huius libellum ediderat Cl. Auctor [a]) iam ſupplementa quaedam ipſi ſubiungit, a nobis nunc indicanda. In praefatione monet, ſe ex propria experientia dubitare, num arboris huius vſus oeconomicus tantus ſit, quantum bb. HALLERVS [b]) et SCOPOLI [c]) praedicarunt. p. 8.

Extractum epiſtolae Cl. IOH. IAC. ZANICHELLII *ad Cl.* IVL. BONFEDERA [d]). p. 9.

De vi febrifuga et antiſeptica corticis hippocaſtani, ex opere coronato Cll. COSTE et WILLEMET [e]). p. 24.

Vtriusque epitomes exhibendae otium nobis fecit Ill. MVRRAY [f]). Nimis compoſita ad verum effectum remedii conſtituendum videtur formula electuarii ex pulueris corticis vncia, gratiolae ſcrupulis duobus, ſalis fixi aſari (!) drachma, et ſyrupo florum perſicorum, cuius ſingulae doſi decoctum cichorei ſylueſtris ſuperbibendum praecipitur.

Obſer-

a) Della febbrifuga facoltà dell' ippocaſtano, lettera ed oſſervazioni di ANTONIO TVRRA, dirette al Nobile Sig. CONTE ANTONIO MARIA PORTO. In Vicenza. 1780. 8. Teutonice vertit, praefationem annotationesque adiecit Cl. BVCHHOLZ, Weimar. 1783. 8.

b) vid. Comm. noſtr. Vol. XVI. p. 664.

c) Eorund. Vol. XVIII. p. 640.

d) Raccolta d' Opoſcoli ſcientifici, e filologici, da ANT. CALAGIERA, T. X. in Venezia. 1734. 12. p. 187.

e) Eſſais botaniques, chimiques et pharmaceutiques ſur quelques plantes indigenes, ſubſtituées avec ſuccès à des végetaux exotiques, auxquels on a joint des obſervations médicinales ſur les mêmes objets. A Nancy. 1778. 8. p. 57.

f) Appar. medicam. Vol. IV. p. 66. ſeqq.

p. 30. *Obſeruationes Cl.* LEOP. MARC. ANT. CALDANI. In quinque aegris, febre tertiana duplici laborantibus, quae cortice peruuiano profligatae redierant vel eidem prorſus non obſequutae fuerant, decoctum vnciae corticis ramorum tenuiorum cum libris duabus aquae ad conſumtionem dimidii, interdum addito cochleari maiori tartari crudi, optatos effectus praeſtitit.

p. 33. *Epiſtola Ill.* COMITIS FERD. GVALDO *ad Cl. Editorem* VALLISNERIVM iam remedii huius mentionem feciſſe. Eius efficacia quatuor obſeruationibus comprobata, in febre tertiana inflammatoriae indolis, in qua aeger corticem peruuianum repudiabat; in tertiana ſaepius recurrente, continuato demum, etiam ſuppreſſis paroxyſmis, vſu deuicta; in tertiana duplicata, et in tertiana cum epilepſia coniuncta, in qua itidem peruuiani corticis vſus irritus fuerat. Conſilia de modo optimo colligendi ſiccandique corticem.

p. 44. *Litterae Cl.* LARBER *ad Ill.* GVALDO. Ex numeroſo grege aegrorum a febribus intermittentibus hoc remedio liberatorum (ex quibus tamen nonniſi in duobus quartanam vicit, in quibus cortici noſtro purgans aut reſoluens quoddam addit, quod in tertianis non ſemper facit) obſeruationes ſex febrium tertianarum et duae iam memoratae quartanarum: primo dedit ſeſquiunciam in octo doſibus, horis quaternis inter duos paroxyſmos, hac autem non ſufficiente, duas vncias iiſdem doſibus, in quartana duas cum ſemiſſe, additis ſalis cathartici anglici drachmis decem vel minus. In quartana corticem peruuianum, in tertiana hippocaſtani praeſtare. Neceſſitas continuati ipſius vſus, febre licet profligata, ſed tunc parcioris.

p. 55. *Extractum epiſtolae Cl.* LVDOVICI TARGIONI
p. 56. *ad Cl. Editorem*, aliusque Cl. IOS. ANT. MACCARI-NI,

NI, qui eius effectus in omni fere febrium intermittentium et remittentium adeoque pernicioſarum genere depraedicat.

Obſeruationes practicae Cl. CAIETANI FORNASA *de viribus antiſepticis et antinecroticis corticis noſtri.* p. 58. Vndecim exemplis vſum externum ſimplicis decocti declarat, etiam in vlceribus faucium venereis, chronicis crurum cum ipſa carie coniunctis; infinito experimentorum numero eo deductus eſt, vt relictis omnibus aliis decoctis antiſepticis hoc ſolo vtatur.

His praemiſſis Cl. Editor ſynonymiam, locum p. 62. natalem et deſcriptionem botanicam arboris exhibet, partemque efficaciſſimam, comparatione per experimenta inſtituta, declarat corticem exteriorem bene ab alburno ſeparatum, praecipue ramorum maiorum; eo meliorem, quo magis ſoli pateat, inque loco arenoſo et elato poſita fuerit arbor. Ab exeunte aprili in iunium vſque, vbi ſuccis ſcatet arbor, collectus is cortex ex vnica drachmam extracti garayani largitur. Ad parandum tamen decoctum, quod efficacius exiſtit a cortice recenti, ſub quouis anni tempore colligi poteſt, modo ab alburno lignoque probe purgetur. Siccandus in loco vmbroſo ſicco, nec, niſi quum eodem vti animus eſt, in puluerem vertendus. Decoctio paratur ex vncia corticis recentis vel ſiccati, minutim conciſi ſeu contuſi, ad quamlibet libram aquae communis donec dimidium conſumtum fuerit; tum fortiter exprimenda et frigida ſervanda. Ad extractum parandum vnciae duae corticis contuſi per biduum aquae communis frigidae libris duodecim infunduntur et crebro agitantur, dein filtrantur, ſine ebullitione euaporationi committuntur, ſique parum fluidi remanſerit, refrigerentur, denuo filtrentur, in orbes planos porcellanos effundantur et ad conſiſtentiam extracti ſicci inſpiſſentur,

probe

probe ab humiditate tuendi, additis aqua aut ſyrupo commode in pilulas redigendi. Pulueris doſis drachma ſeſquialtera ad duas; decocti vnciae duae ad tres; extracti ſcrupulus vnus ad drachmam dimidiam, quarta quaque hora. Decoctum (frigidum vel calidum, quod perinde eſt) minus ingratum puluere, multoque minus extractum. In nullo aegroto moleſtiae ventriculi aut alia incommoda ab vſu harum praeparationum obſeruata, nec ſecretionum aut euacuationum vlla mutatio. Neque vlla febrium criſis ſe monſtrauit, excepta alui ductione, rariore tamen ea.

p. 73. Experimenta ad comparandam inter ſe vim antiſepticam corticis hippocaſtani et peruuiani. Puluis prioris carni inſperſus maiorem eidem duritiem impertit corruptionemque diutius arcet puluere corticis peruuiani, ſed iam praeſentem non cohibet; ſimilis effectus decocti vtriusque; extractum diutius adhuc putredinem coercuit puluere et decocto, minus tamen quam ſal communis; cum corticis peruviani extracto experimenta facta non ſunt.

p. 84. *Obſeruationes quaedam practicae*, numero quadraginta duae, ex multis ſelectae a Cl. Editore partim in noſocomio, partim extra illud inſtitutis, in aegris varii ſexus variaeque aetatis, ab anno 4. ad 72. et vltra, partim tertiana ſimplici, partim duplici, partim quartana remittente (in his octogenaria) quartana ſimplici et compoſita (praecipue memorabili caſu 42. vbi quartana triplex a peruerſe tractato morbo venereo, aegro perfecte ſanitati reddito) laborantibus, in aliis praemiſſis purgantibus et ſanguinis miſſionibus, in aliis protinus exhibito remedio; morbo in quibuſdam antea cortice peruuiano fruſtra oppugnato.

p. 108. *Gangraenae vſu externo decocti curatae* exempla duo: in altero, ſublata gangraena, ſeparatio phalan-

gae

gae primae indicis carioſae cataplaſmate ex radice chelidonii maioris contuſa et in butyro frixa, bis de die applicato, praeſtita.

XVI.

Neues Magazin für Aerzte. Herausgegeben von ERNST GOTTFRIED BALDINGER. *Zehnter Band. Leipzig bey Friedrich Gotthold Jacobäer.* 1788. 8. *pagg.* 570.

i. e.

Nouum promtuarium in vſum medicorum editum ab E. G. BALDINGER. Vol. X.

P. *I.* Cl. SCHAEFFERI, archiatri principis Oettingo-wallerſteinenſis, *epiſtola ad Cl.* BECKER, reſponſionem ad ea exhibens, quae poſterior in praecedente volumine *) de cognatione apoplexiae cum arthritide propoſuerat: ad quam Cl. BECKER iam annotationes quaſdam reſponſionis loco ſubnectit. p. 1.

Tractationum minorum Cl. BÜCKING **) *finis.* Annotationes pharmaceuticae et practicae in vſum medicorum. Reſponſio ad cenſuram in nouis Ienenſibus litteraturam vniuerſam ſpectantibus. p. 12.

Reuiſio eorum, quae fratres BÜCKINGII monuerant ***), auctore Cl. KNACKSTEDT, iam oſteologiae morborumque oſſium prof. publ. ord. in ſchola imperiali medico-chirurgica Petropoli. p. 28.

Super epidemia varioloſa, ab anonymo, de dato *S. im H. B.* 15. Oct. 1787. p. 33.

Hiſtoria morbi feminae 62 *annorum*, auctore Cl. FVCHS. Aſthmati pituitoſo ſuccedebat hydrops, febris ſcarlatina, denique mors. Sectione inueniebantur p. 36.

*) vid. Comm. noſtr. Vol. XXX. p. 621.

**) ibid. p. 643.

***) ibid. p. 621.

tur ſanies ſanguinea in abdomine, colon dextrum coalitum, pleura cum pulmone dextro, ventriculus cum diaphragmate, lien et reliqua omnia, quae peritonaeum tangebant, cum eodem concreta, ouaria indurata, ren ſiniſter permagnus, cor item, liquoris pericardii inſignis copia, calculus biliarius piſi maioris mole, multum aquae in ventriculis cerebri.

p. 39. *Hiſtoria morbi*, auctore B***. Tinctura antimonii acris feminam 69 annorum cachexia cum aſthmate humido et oedemate pedum liberauit; vſa tamen ſimul eſt aliis pectoralibus et reſoluentibus.

p. 41. *De lumbricis*, aphoniam et paralyſin vnius lateris efficientibus, medicamento, quod mercurium dulcem et diagrydium capiebat, curatam: idem effectus in puero epileptico.

p 43. *De vi narcotica papaueris* exemplum. Vterque horum articulorum eidem anonymo B*** debetur.

p. 44. *Hiſtoria morbi*, auctore anonymo B-CH. Femina 58 annorum, per multos iam annos doloribus vagis rheumaticis inprimis in cardia et inteſtinis obnoxia, puluere nicotianae abuſa, ante ſex annos obſtructionem narium querebatur, quae anno ſequenti pure mucoſo erodebantur; poſtea in vtraque cartilagine naſcebantur excreſcentiae durae verrucoſae, lente increſcentes, ſed hucdum remediis nec internis nec externis cedentes, verum a cauſticis incrementum ſenſim maius adeptae. Cultro non ad omnes aditus patet, quem etiam aegra reformidat. Ergo quid agendum ſit quaeritur.

p. 49. *De noxis liquorum ſpirituoſorum, potiſſimum vini aduſti*, auctore C. H. S. in A. Strenuum potatorem elixirio vitrioli Mynſichti et acido vitriolico aqua diluto reſtituit, qui vero ad priſtinos mores rediens macie confectus poſtea periit. Sectio infantis poſt exhibitum crebro ſpiritum vini, quo dentitio facilitaretur, atrophia confecti: viſcera maximam partem exſucca

et

et ſcirrhoſa; loco bilis ichor alcalinus; ſanies foetida in pulmonibus pleurae accretis cet.

Protocollum examinis medicaſtri cuiuſdam. p. 61.

Prandium in promotione Altorfina 1787. p. 65.

Cl. IOH. GOTTHELF HERZOG, medicus Camentienſis, *de catalepſi in puero,* continuato vſu tartari emetici poſteaque corticis peruuiani cum liquore cornu cerui ſuccinato ſublata. p. 67.

Liquidatio chirurgi ſatis enormis, ſubiuncta moderatione. p. 71.

Hiſtoria morbi conſcripta a Cl. KEVP. Faber lignarius 47 annorum per nouem menſes febre quartana affectus multisque omnis generis bonis aeque ac peruerſis medicamentis vſus fuerat; iam ad incitas redactus Cl. Auctoris opem efflagitabat, qui reſolventibus exquiſitiſſimis per 14 dies exhibitis, hisque ſubiunctis euacuantibus, quum paroxyſmi tempore mutarentur et miteſcerent, cortice peruuiano primum cum rheo, tartaro tartariſato et gentiana in decocto, poſtea iam quaſſia in infuſo vinoſo, aegri vires et vigorem reſtituebat, adeo vt conſuetis negotiis rurſus vacare poſſet. Sed breui elapſo tempore ſubito mania corripiebatur; tartari emetici magnae doſes nihil efficiebant; balnea frigida recuſabant propinqui; reliqua auxilia irrita erant, et tertio die accedente nouo horrore aeger moriebatur. p. 76.

Cl. F. A. WEBER, phyſici Heilbronnenſis, epiſtola ad Editorem de variis litterariis, cum adiuncta morbi et ſectionis hiſtoria, viri a pede equi ad canthum internum oculi dextri percuſſi et die ſexto mortui. Diffracta oſſa vſque in ſubſtantiam medullarem cerebri penetrauerunt: ſymptomata tamen funeſta nonniſi 21 ante mortem horis apparebant. p. 81.

Anecdota.

P. II. Continuatio quarta indicis copulatorum cet. p. 92.

in Pomerania Suecica et Rugia a 1. Iul. 1786. — 30. p. 97.

Iun. 1787. auctore Cl. MAVR. (nunc) DE WILLICH. Copulata 469 paria. Nati 1150 pueri, 976. puellae; ex his 153 extra coniugium; mortui 20; gemini 17 paria. Mortui ſunt 1875; a natiuitate ad decimum annum 781; a decimo ad vigeſimum 82; a vigeſimo ad quinquageſimum 332; a quinquageſimo ad ſexageſimum 221; a ſexageſimo ad ſeptuageſimum 243; a ſeptuageſimo ad octogeſimum 121; ab octogeſimo ad nonageſimum 34; a nonageſimo ad centeſimum 12. Morte praeternaturali 40, quorum dimidia pars ſubmerſi, vnus tonitru occiſus, quum ipſe Cl. Auctor vix 40 paſſus ab eodem diſtaret: enecti facies protinus obſcure liuebat, de reliquo nulla laeſio nec metalli, quo veſtimenta obſita erant, fuſio conſpicienda. Idem fulmen vna duos equos necabat, arborem diffindebat et aedificium incendebat. Ipſe Cl. Auctor ſtupidus, triſtis et anxius reddebatur, et per octiduum grauitatis laſſitudinisque ſenſum percipiebat. Senio periere 120; atrophia 109; phthiſi 92; hydrope 60; oedemate 22; tuſſi 16; aſthmate 16; ſpaſmis 22; colica 19; obſtructione alui 22; apoplexia 154; catarrho ſuffocatiuo 20; febribus acutis et pleuritide 159; morbis pectoris 222; haemorrhagiia 11; febribus putridis (ſecundum indices ex parochiis exhibitos, ideoque omni exceptione neutiquam maiores) 37, abſque epidemia; variolis 235; purpura 60; in puerperio 16; e. ſ. p. Ex inſperſis annotationibus haec excerpere liceat. — Oedema ſubito oriens et increſcens, praecipue in obeſis, a refrigerio poſt calorem praeſertim ortum, periculo fere carens, profligatur vino antimonii HVXH. cum dimidia portione tincturae colocynthidis DAHLB. *) ad guttas 30 omni trihorio, vſuque meracioris decocti baccarum iuniperi, quod etiam ſub initiis anaſarcae quamplurimum prodeſt. Spaſmi in

*) vid. Comm. noſtr. Vol. XXII. p. 357.

in infantibus non infrequentes, nec euacuantibus, nec anthelminthicis, ſed ſolis antiſpaſmodicis et cortici cedentes. Hyſteria in femina iuniore, tinctura valerianae, elixirio vitrioli acido Lond. et eſſentia aurantiorum, ad guttas 30. quater de die exhibitis, curata. Obſtructio pertinax cum febre et deliriis, quae ſymptomata nonniſi egeſtis ouis cancrorum, ante quatuordecim dies magna copia aſſumtis, ceſſabant. Vſus ouorum in ictero probatur. Triſtis relatio de maniaco, qui ſibi ipſi aſperam arteriam et oeſophagum diſciderat, vaſis maioribus illaeſis, ſeptimoque demum die moriebatur. Exemplum feminae nunquam menſtruatae, octo tamen liberorum matre: filia eius, ſani habitus, itidem nunquam menſtruata, neque grauida, licet aliquot iam annos nupta. Vetula ſeptuagenaria variolis ſecunda vice correpta obiit. Aduerſus eclampſiam infantum remedium domeſticum, iam ab OSWALDO GAEBELHOVER (*Arzneybuch, Tübing.* 1641. 2. *Aufl.*) propoſitum, ex caruncula lieni ſimili, linguae pulli equini recens nati inhaerente, ſiccata et in puluerem redacta, doſi mane et veſperi in recens natis quantum cultri cuſpis capit, in adultioribus duplo vel triplo maiore, ter vel quater repetenda. Aër fixus methodo Hulmiana exhibitus, omnium lithontripticorum facile princeps. Cereuiſia fermentans remedium domeſticum ad menſes proliciendos, aut, ſi ſuppreſſi fuerint, reuocandos, itidem ob fixum aërem. In cruſta lactea violae tricoloris (bicolorem dici mauult) vſum Cl. Auctor vere vtilem perſpexit: illam et in aliis corporis partibus, facie libera, vidit. Locis humidiſſimis ſemen lycopodii, quod etiam iunctum lotionibus cum aqua frigida excoriationibus optime medetur, inſpergi, vel iiſdem vnguentum ex ſebo ceruino, cremore lactis et eodem ſemine aliquoties de die infricari iubet, quo etiam aduerſus tineam cruſtasque variolarum vtitur.

Iam his indicibus per quatuor annos continuatis finem imponit Cl. Auctor, et conſectaria quaedam generalia ex iis elicit, in quibus etiam metum variolarum naturalium, ab inoculatione non fugandum, exemplo trium fratrum, quibus idem fatum acciderit, et quibus ſimilia alia exſtare aſſerit, adducit.

p. 127. *Hiſtoria morbi*, medicis ad diiudicandum et auxilia ſuadenda propoſita a Cl. GRAVMANN, prof. Butzovienſi. Vir ſexaginta aliquot annorum, vitae ſedentariae laboribusque caput afficientibus deditus, ſubito peculiarem ſenſum in capite, duorum circa, pollicum ſuper aurem ſiniſtram diſtantia, percipit, quem cum ſono elateris in horologio comparat, abſque dolore, ſed cum leuiore gradu deliquii animi et inſigni laſſitudine; ſtrepitus iſte, diuerſimode mutatus, ceſſat, quum corpore in lecto quieſcente caput in ſiniſtrum latus inclinatur; febris nulla vnquam; poſt aliquot hebdomadas, ſtrepitu licet ſubſiſtente, debilitas tamen ſenſim diſparuit, aegerque ad conſueta negotia rediit; ſtrepitus autem ipſe, ab inclinatione verſus terram vel capite menſae impoſito, non ſuſcitandus, tamen per quoſdam menſes bis de die ſtatis horis redit. Auxilia multa tentata, ſed ſine ſucceſſu: quum autem haemorrhoidalia molimina ſub primo morbi acceſſu adeſſent, hirudinum vſus commendatus, quas vero aeger repudiauit. Morbus iam in nonum menſem perdurat.

p. 137. *Cogitata quaedam* auctore Cl. DE WILLICH, de limitibus venaeſectionis in vomitu cruento, et de retroflectionis vteri exemplo, Ill. RICHTERI bibliothecae chirurgicae *) inſerto.

p. 141. *Quaedam ad biographiam medici celeberrimi* (ſatyra, cuius nec veritatem nec ſalem diiudicare nobis datum eſſe fatemur).

p. 144. *Tractatus minores, auctore anonymo.* De difficultatibus

*) Vid. Comm. noſtr. Dec. III. Suppl. IV. p. 708.

tatibus auxiliorum apparenter mortuis ferendorum, et quomodo eae tolli poſſint. De verrucis ſeu clauis digitorum: commendatur frictio crebra cum ſapone ſicco, quo ſenſim deteruntur. Pia deſideria: de medicis in vita academica, imo ſub ipſius practicae initia, ſuſtentandis et ab inopia, adeo largo malorum fonte, defendendis.

Obſeruationes quaedam ſuper hirudinibus, auctore Cl. FIELIZ. Nigrae (*H. ſanguiſuga* L.) ab aliis damnatae, aeque commode in vſum duci poſſunt, ac ſtriatae (*H. medicinalis*). Nec auulſio noxios effectus producit. p. 160.

Obſeruationes variae minores, auctore eodem. Certum indicium grauiditatis primis temporibus iam determinandae a Cl. STEIN propoſitum, orificii vteri in figuram circularem mutatio *). Verſio, capite iam in peluim minorem delato, anceps remedium. De praeſtantia forcipis, inprimis Ormiani, aut Leuretiani brachiis longioribus inſtructi. Iſchias ad vexatiſſimum SVETONII locum ſuccuſſionibus cum virga balaenaria et fotu cum ſacculis arena calefacta impletis ſanata. De docimaſia pulmonum: infantis debilis nati pulmones in aqua fundum petebant, praeter partem inferiorem pulmonis dextri, qui etiam ſeparatus aquae innatabat. Suffocatio in aqua: duo ſubmerſi ſigna manifeſta eius offerebant, glottis aperta erat, aqua paludoſa, ſanguine ſpumeſcente remixta, aeque ac bronchia repleta; tertius, qui vitae reſtituebatur, per aliquot dies inter dolores tenſiuos pectoris et pungentes lateris cum tuſſi vehementi et pertinaci ſimilem materiem eiiciebat. Aqua traumatica, pro arcano habita, ex millefolio, plantagine et chelidonio cum vrina, fermentatione praegreſſa, coctis, dein combuſtis et cum expreſſo hoc ſucco, vitriolo p. 165.

*) In primiparis tantum valens. Vid. Ill. METZGER *Annalen der Staatsarzneykunde*, 1. B. 2. St. S. 76.

triolo et alumine calcinatis, in maſſam nigram lapideam coctis, cum aqua fontana digerendam. Cataracta a terrore ſubito orta, quum operatio ſtaphylomatis incurabilis alterius oculi aegrae denegata fuiſſet. Morbi ficti: excretio materiae ichoroſae a prolapſu vaginae, quae nihil erat niſi ſolutio ſaponis cum puluere laterum mixta; ſimulata tormina ventris a retento ſpiritu, vt in gaſtromythia.

p. 182. *Hiſtoria ſectionis* L. B. DE GREIFFENCLAU, *eccleſiae Spirenſis cathedralis*, iſchuria demortui, conſcripta a C. BIRNSTIEL. Figura externa abdominis multum mutata, veſica vrinaria vſque ſub ſcrobiculum cordis et ad vtrumque latus extenſa; tumor in medio inter regionem epigaſtricam et vmbilicalem pugni magnitudine et pollicis altitudine, aliusque maior ambituque magis irregularis in medio lateris ſiniſtri regionis vmbilicalis. Sub ſectione fundus veſicae protuberabat, omento et inteſtinis e ſitu naturali depulſis. Corpus veſicae plus minus arcte cum peritonaeo coniunctum. Veſicae longitudo a fundo ad collum 10 pollicum, diameter tranſuerſalis in fundo 5 pollicum 6 linearum, in corpore 7 pollicum 3 linearum: ambitus in longitudine 2 pedum 2 pollicum 2 linearum, tranſuerſalis minimus 10 pollicum, maximus 1 pedis 5 pollicum 9 linearum. Corpus et fundum diſtinguebat cingulum tendineum 3 lineas latum, ex quo ſurſum ligamenta oriebantur, fundum in tres eminentias herniis ſimiles, ſed abſque conſtrictione, diuidentia; ſimile ligamentum denſum in ſiniſtro latere deſcendens tumorem maiorem exterius iam conſpicuum efficiebat. In his eminentiis tunicae iuſto tenuiores erant, in reliquis partibus 2 vel 3 lineas craſſae. In latere dextro colli veſicae plexus vaſorum quodammodo turgidiores; in ſuperficie poſteriori veſicae ſugillatio a tentata methodo Fluranti paracenteſi inducta. Proſtata

ſtata et ſphincter multum inflammata, prior $\frac{2}{3}$ naturali maior et durior. Orificium veſicae interius laeviſſimum. Euacuata veſica, quae circa libras 9 vrinae cum muco et pure remixtae capiebat, ex proſtata eximebantur lapilli quinque albi, partim rotundi, partim oblongi, magnitudinis diuerſae globulorum plumbeorum (*Schrot*); caput gallinaginis itidem multum inflammatum, ſed omnia denſitate naturali. In veſica ipſa calculi duo coloris nigrofuſci, maculis rubris variegati, ſplendentes, politi, ſuperficie nonnihil depreſſa, margine ſubrotundo, diametri 1 pollicis latitudine, 6 linearum altitudine, cuius medium album erat, collum formans, calcareum, tactu molle, laminis tenuiſſimis conſtans. Hi calculi conceptaculis peculiaribus incluſi fuerant, quorum 31 in tunica interiore exſtabant, inter ſe non communicantia, a membrana humida gelatinoſa, tremula, deſcendente formata; in his loculis magna copia liquidi purulenti haerebat, procul dubio ex rene ſiniſtro huc delati; vreteris ſiniſtri inſertio adeo ampla, vt nucem auellanam mediocrem caperet; vreter ipſe digiti indicis hominis robuſti capax; peluis renis itidem iuſto amplior, ſed vacua; ren ipſe dimidio maior naturali, exterius multis abſceſſibus pure corruptoque ſanguine plenis obſeſſus; tota ſubſtantia putredine tactus, mollis, digitis in putrilaginem conterendus. Ren dexter, praeter abſceſſus in ſuperficie externa, et magnitudinem eius adhaerentisque vreteris paullo minorem, ſiniſtro ſimilis, aliquot adhuc vncias puris continebat. Inteſtina ſana, ſed iuſto anguſtiora. Ventriculus a medio curuaturae paruae ad medium magnae in partes duas conſtrictione diuiſus, tranſitum tamen non impediente. Reliqua in abdomine et pectore ſana.

P. III. Morbus, mors et ſectio puerperae, auctore p. 193.
C. H. S. medico in A. Biduo poſt puerperium febris

cum lochiorum ſuppreſſione, obſtructione et ſpaſmis abdominalibus, quibus antea crebro obnoxia fuerat, aegram ſubito inuaſit, et licet aluus ſolueretur, tamen morbus increſcebat et accedente demum delirio aegram quinto die tollebat. Sectio monſtrabat aquam in cauitates pectoris, pericardii et abdominis effuſam, pulmones liuidos, ſanguine turgentes, inteſtina liquore lacteo obducta, omentum tenue et marcidum, hepar ingens, pallidum, veſiculam felleam bile obſcure viridi fluida turgidam, lienem fracidiſſimum, ventriculum et inteſtina maxime expanſa et relaxata, et partem tenuium leuiter inflammatam, vterum contractum, exſanguem, orificio cum vagina coniuncto, et in hac excreſcentiam ſeſquipollicem protuberantem. Cauſſas praediſponentes quaerit Auctor in variolis malignis ante ſexennium ſuperatis et peruerſa diaeta.

p. 201. *Mors a deglutitis nucleis prunorum*, auctore eodem, in ruſtico quinquagenario maiore, poſt vomitum diuturnum; cauſſa poſt mortem demum detecta.

p. 204. *Quaedam ſuper ſcabie ad confirmandam Cl.* WICHMANNI *aetiologiam eiuſdem* *), auctore Cl. HENR. ERN. IVSTI, orphanotrophei Annaburgenſis medico. Damna a ſcabie retropreſſa non huic, ſed ſuppreſſae a pinguibus tranſpirationi adſcribenda eſſe; item frigori durante inunctione admiſſo. Salutares ſcabiei effectus creditos eoſdem eſſe cum effectibus veſicatoriorum aliorumque cutim irritantium. Irritationi, quam in vnguento Iaſſeriano vitriolum album, aeque ac mercurius ſublimatus, in cute efficit, puſtulas recens ſurgentes tribuendas, neque eas ſcabioſas dicendas eſſe. Remedium, quod quam maxime vtilitate ſua ſe probauit Cl. auctori, ex florum ſulphuris vnciis tribus, ſalis ammoniaci vncia vna, cum aquae

*) vid. Comm. noſtr. Vol. XXVIII. p. 633. ſeqq.

aquae calcis viuae libris quinque ad reſiduum librarum trium coctis, addendo colaturae mercurii ſublimati in aqua calcis bene ſoluti ſcrupulos duos; hoc remedio veſperi tota ſuperficies corporis, vbicumque puſtula adeſt, abluitur, ſubiuncto altero mane balneo et ſaponis vſu. Hoc modo plus quam 300 intra annuum ſpatium paucis hebdomadibus elapſis ſanauit, nullo vquam incommodo relicto. Immunditiem primariam cauſſam ſcabiei eſſe; febres intermittentes, tineam cet. nullum influxum habere, contagio parum vel nihil tribuendum; diaetae rationem non habendam eſſe; diſpoſitionem humorum ad cutim determinandorum nihil conferre aduerſus Cl. SELLE *).

Cogitata quaedam de publicitate (ſit venia verbo recenti) *in rebus medicis*, occaſione tractatus cuiuſdam Cl. ZIER in indice litterario Brunouicenſi de aqua Toffana (egregie dicta, noſtroque applauſu digniſſima). *Fallacia cauſſae medica:* radices dauci fructusque iuglandis recentes non anthelminthica eſſe, ſed vermibus copioſum nutrimentum praebendo eorum morſus atque inde oriunda ſymptomata praeuertere. *Annotata ad loca quaedam in antecedente volumine huius promtuarii;* fluorem album benignum, etiam chronicum, optime curari laxanti, cui adiunctus mercurius dulcis, dein tinctura antimonii acri cum eſſentia ſuccini et pimpinellae, ac denique eſſentia catechu. *Annotata pharmaceutica* de magnete ferrum cum cupro et orichalco mechanice vnitum attrahente, et de aqua Goulardiana extemporanea ex aquae ſimplicis deſtillatae vnciis duodecim et ſacchari ſaturni drachma vna paranda; *chirurgica* de vnguento nutrito, quarta parte lithargyrii efficaciore reddendo, cet. *practica* de diuerſo effectu corticis peruuiani in laxanda vel adſtringenda aluo. p. 215.

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXVIIII. p. 209.

p. 226. *Extracta ex diariis instituti clinici Gottingensis*, subiunctis quibusdam annotationibus Cl. FISCHER. Intra biennium ex 986 aegrotis mortui sunt 39. Epidemici morbi nulli, nisi 1785. typhus frequens cum petechiis, et 1786. variolae: ex 31 varioloſis sex mortui. Tempus maxime insalubre finis hyemis, februarius et martius.

p. 230. *Breuis historia contagii virulenti a mortuis porcis in homines translati*, auctore Cl. I. D. BVSCH, med. p. p. o. Marburgensi. Seruus carnificis, qui porcum angina inflammatorio-suppuratoria enectum aperuerat, et digitis nondum ablutis nasum emunxerat, ab hac caussa et ab inhalatis putridis vaporibus subito gangraena nasi et ingenti tumore elastico faciei et colli corripiebatur et intra triduum ex improuiso moriebatur, putredine adeo celeriter increscente, vt (licet februario) vltra 36 horas sepultura differri nequiret. Duo canes, qui carnis demortui eiusmodi porci quicquam deuorauerant, intra paucas horas cum omnibus assumti veneni signis perierunt.

p. 234. *Consilium de rheumatismo arthritico chronico in superiori vol.* *) *descripto* a G. medico in F.

p. 237. *Symbola ad formulas medicamentorum peruersas, a pharmacopoeo iuniore in itinere per Germaniam septentrionalem collecta, subiunctis annotationibus.* (*Nux Moschati*, nisi inter errores typographicos referenda, non adeo honorificum de scientiis *praeparantibus* auctoris testimonium exhibere quibusdam videri posset. Formula specierum ad clysterem, non clysteris ipsius, quae est mens auctoris, forte ad copioſiores eosdem Kaempfiana methodo praescripta est, ideoque censuram minus mereretur, licet nec bellis bis in eadem occurrens, nec scriptionis commissa vitia nos lateant; hinc etiam arduum iudicamus de ingredientium inter se relatione compositionisque rationibus

*) vid. Comm. nostr. Vol. XXX. p. 636.

nibus decidere velle, incognitis morbo, aegro eiusque genio, aliisque, quae in itinere non protinus occurrunt, ſed diuturno demum vſu innoteſcunt. Neque tamen his omnibus peruerſarum ineptarumque formularum cauſſam agere ſuſcipimus, aut ignorantiae vel oſcitantiae patrocinari vllo modo voluimus.)

Cogitata quaedam mere medica ſuper manipulatione, auctore BÜCKING. Omnia ad effectus frictionis redire. p. 248.

Remedia quaedam aduerſus rheumatiſmum arthriticum chronicum, cuius paullo ante meminimus, indicata a Cl. ZELLER. Debilitas genu, ſuperata iam acrimonia remanens eiuſdemque tumorem fouens, roborantia externa exigit, lotiones cum aqua vegeto-minerali camphora mixta mane et veſperi ſuper prunis et leni accedente motu, interpoſita applicatione ſparadrapi GOVLARDI ſeu vnguenti eiuſdem, adiunctoque vſu remediorum internorum et fonticuli in brachio, motu corporis in curru, cuius efficacitatem in tumore genu a gonagra reſiduo in ſeipſo expertus eſt Cl. Auctor. Remedia autem ſaturnina nec in metaſtaſi materiae arthritico-rheumaticae ad alia loca, nec in vera gonagra, nec protinus in initio morbi, nec eodem iuſto diutius protracto, commendat. p. 255.

Morbus rarus, ab anonymo deſcriptus, ſed admodum imperfecte, ſiquidem nec eiuſdem initia aut cauſſae praegreſſae memorantur, nec exitus: videtur fuiſſe ſummus aſthmatis ſpaſtici gradus. p. 260.

Morbi cutanei chronici hiſtoria, auctore S-ST. Aegra 32 annorum iam per decem annos cum eodem conflictatur, iam multum mitigato, et procul dubio a vitio hepatis profecto. Hiſtoria morbi ſatis prolixe conſcripta eſt, ſed paucis contrahi a nobis iam nequit. p. 262.

G. in B. *reſponſio ad quaeſtionem, quomodo aegrae ſuccurrendum ſit, cuius hiſtoriam vol. huius P. I. p.* 44. p. 269.

exhi-

exhibuit. Excreſcentiae non cauſticis, ſed cultro tollendae; interne mercurialia cum aconiti extracto aucta ſenſim doſi exhibenda; ſublato malo thermae Emſenſes.

p. 271. *Relatio inoculationis variolarum in carcere Newgate* 1721. *in ſex captiuis a chirurgo* CAROLO MAITLAND *ſuſceptae.* Documentum publicum ad hiſtoriam inoculationis quam maxime pertinens.

p. 278. *Anecdota.* (Ad phaenomeni phyſici n. 7. propo-
p. 280. ſiti explicationem putamus rationem haberi oportere vaſis, diuerſae conditionis calcis viuae, et proportionis eiuſdem ad quantitatem aquae).

p. 289. *P. IV. Examen phyſico-chemicum fontis chalybeati Langenſchwalbacenſis.* Grauitas ſpecifica ad aquam ſimplicem deſtillatam eſt 1,0011 ad 1,000. Librae medicae (=℥xii) 48 continent ſalis culinaris grana 5; alcali mineralis ſicci aërati 6; ſelenitae 16; terrae calcareae aeratae 33; magneſiae aeratae 20; ferri aerati 29; praeterea veſtigium ſubſtantiae reſinoſae (non tamen adeo aquae ipſi, quam vaſis pice obturatis adſcribendum) et extractiuae. Ex libris duabus euoluebantur acidi aerei pollices cubici $32\frac{1}{2}$, et aeris dephlogiſticati $\frac{1}{2}$.

